




ACADEMIÆ HARVARDIANÆ SIGILLUM
VE RI TAS
1638.
FROM THE
DONATION FUND
OF
MDCCCXLII.
Rec^d Oct. 12,
1847.

ISOCRATIS
AREOPAGITICUS.

CUM

PRIORUM EDITORUM ANNOTATIONIBUS

EDIDIT

SUASQUE NOTAS ADIECIT

GUSTAVUS EDUARDUS BENSELER,

PHIL. DR., AA. LL. M. GYMNASII FRIBERGENSIS ADIUNCTUS.

LIPSIAE,

SUMTIBUS C. E. KOLLMANNI.

MDCCCXXXII.

PRAECEPTORI
CARISSIMO ET AETERNUM VENERANDO

CAROLO AUGUSTO RUEDIGERO
DEMOSTHENIS EDITORI CELEBERRIMO

HUNC LIBRUM
SUMMA CUM PIETATE

CONSECRAVIT
EDITOR.

ΙΣΟΚΡΑΤΗΣ ΒΕΝΣΕΛΕΡΩΙ.

Ἡδέως ἂν ἕνεκα τῶν λόγων τῶν ἐμῶν εἰς τὴν Γερμανίαν νῦν πολλάκις ἐξενεχθέντων καὶ διαδοθέντων καὶ παρ' ὑμῖν ἐν ταῖς τῶν νεωτέρων διατριβαῖς ἀγαπωμένων ἀφικοίμην ὡς ἡμᾶς, καὶ διαλεχθείην αὐτὸς, εἰ γένοιτ' ἐξουσία τοῖς τετελευτηκόσιν, ἐπιξενοῦσθαι καὶ παραγενομένους συμβουλεύεσθαι περὶ τῶν ὑμετέρων πραγμάτων. Εὐμενῶς γὰρ ἀποδεχόμεθα μὲν καὶ χαίρομεν ὁρῶντες τὴν περὶ τοὺς λόγους τοὺς ἡμετέρους ἐπιμελείαν, πολὺ δ' ἔτι πλείω χάριν ἔχομεν τοῖς αὐτοὺς ἐπανορθοῦσιν καὶ διαδιδοῦσιν. Ἀναγιγνώσκων δὲ καὶ διεξιὼν τὰς σοῦ σημειώσεις, ἐδυσχέρανον μὲν οὐκ ἐπὶ τοῖς γεγραμμένοις, ἐπῄνεσα δὲ τὴν σὴν διατριβὴν, οὐ μὴν ἀλλ' οὐκ ἡδέως εἶχον ἐπὶ πολλοῖς τοῖς ὑπὸ σοῦ λεγομένοις. Πρῶτον μὲν δοκεῖς πολλάκις ὅμοιος εἶναι τοῖς λέγουσιν, ὅ τι ἂν τύχωσιν καὶ τοῖς γράφουσιν ἔξω τῶν ὑποθέσεων· ἔπειτα τῶν ἀλλοτρίων πλείω τῶν μετρίων προςδεξάμενος ταύτας μὲν τὰς σημειώσεις εὐπορωτέρας ἐποίησας, τοῖς δ' αὐτὰς διεξιοῦσιν πολλὴν ἀπορίαν παρέσχηκες. Ἔτι δ' οὐ πολλά σε διαπέφευγεν, ὧν διενοήθης.


ACADEMIÆ HARVARDIANÆ SIGILLUM
VE RI TAS
1638.
FROM THE
DONATION FUND
OF
MDCCCXLII.
Rec^d Oct. 12, 1847.

ISOCRATIS
AREOPAGITICUS.

CUM

PRIORUM EDITORUM ANNOTATIONIBUS

EDIDIT

SUASQUE NOTAS ADIECIT

GUSTAVUS EDUARDUS BENSELER,

PHIL. DR., AA. LL. M. GYMNASII FRIBERGENSIS ADIUNCTUS.

LIPSIAE,

SUMTIBUS C. E. KOLLMANNI.

MDCCCXXXII.

frequentissime usu venire. *Versionem* nullam adjiciendam putavimus, primum ob eam, quam diximus, Isocrateae dictionis facilitatem; deinde quia, sicubi difficultas esset, eam in Annotatione tollere conati sumus; denique quod ea molem libri augeri existimabamus, non item utilitatem. Doctiores enim Graeca ipsi sine ope versionis intelligunt: minus doctis et tironibus ad rectam eorum intelligentiam obesse magis, quam prodesse subinde solet. Quod si quis eam omnino adhibendam sibi ducat, pervulgatae sunt Editiones Wolfianae minores, probabili Versione Latina instructae.

Subsidia laboris nostri quaenam fuerint jam declaremus. Subsidia Scriptorum Veterum edendorum universe duplicis sunt generis, *Libri Scripti* et *Editi*. Ex his illorum loco haberi possunt et parem fere Codicibus Manuscriptis auctoritatem habent eae *Editiones*, quae vulgo *Principes* dicuntur, hoc est quae non ipsae ex aliis, sed e solis Codicibus fluxerunt. Ejus generis quod ad Isocratem attinet, extra omnem controversiam duae sunt, *Mediolanensis* et *Aldina*, utraque solas Orationes complexa, et forma maxima. Illa Mediolani prodiit anno 1493, cura Demetrii Chalcondylae (docti Graeci, Theodori Gazae discipuli) ut constat ex iis, quae in extrema pagina leguntur: titulo enim caret hicce liber, qui, ut quidem teste Heerenio in Opere Germanico de Historia Studii Literarum Graecarum et Romanarum, T. II.

p. 109., refert Langius in Praef. ad Isocr. p. 38., secundus est, qui Graece typis expressus fuerit inde ab inventa arte Typographica. Aldus autem viginti annos postea aliam Editionem, additis Alcidamae, Gorgiae et Aristidae nonnullis, procuravit Venetiis anno 1513, repetiit anno 1534. Utramque Editionem, quarum illa nondum usus erat Wolfius, recentiore aetate ab aliis collatam, nos denuo cum textu Wolfiano contulimus. Utramque nobis suppeditavit Bibliotheca nostra Publica Lugduno-Batava, quae Mediolanensis duo exemplaria, quorum alteri eadem typorum forma accedunt Theocritus et Hesiodus, Aldinae posterioris item duo, prioris unum exemplar possidet.

Praeter has sunt aliae Editiones antiquiores: *Haganoënsis* ex Officina Seceriana, anni 1533: *Basileënsis* prima anni 1546, Epistolas primum complexa, adeoque hac parte *principibus* annumeranda, e qua Wolfium suam describi curavisse Langius testatur Praef. p. 40: altera per Thomam Guarinum anni 1565: tertia item anni 1579. Omnes illae forma octava. Sed harum inspiciendarum nobis copia defuit*). Si quae ex iis enotata reperiantur ad hanc Orationem pertinentia, ea Langio aut Corajo debemus. Verum diligenter denuo in subsidium

*) Ex Haganoënse et Basileënse altera, quas ipse possideo, hic illic lectiones attuli. Editiones Mediolanensem et Aldinas ex Bibliotheca Paulina Academiae Lipsiensis et Senatoria habui. (*B.*)

vocavimus aliam Editionem antiquiorem, quae eadem forma prodiit *Basileae apud Michaëlem Isingrinium* sine anno. Ejus exemplar e Bibliotheca V. Cl. Luzacii, in quam cum tota Valckenaeriana venerat, sibi comparaverat Cl. Sluiterus: nos quo tempore hujus Libri distrahebantur, emtione nostrum fecimus. Frequenter in hujus Ed. margine notatae sunt, quas Wolfius in Castigationibus protulit, conjecturae: quae indene in eam venerint, an ex ea a Wolfio desumtae sint, dijudicari nequit, nisi de tempore, quo ea in lucem exierit, constet: quod quo jure Langius p. 50. ponat in annum 1550, ignoro. Additae sunt Harpocrationis et Suidae quorundam vocabulorum Isocratis explicationes. Meo exemplari hic illic paucula adscripsit Cl. Valckenaerius, et titulo quidem haec: „Miscell. „Observ. V. II. p. 324. (credo T. II.) quam le-„ctionem a Stephano neglectam —, offendi in „Basileënsis illius, quam *Isingrinius* adcuravit, „nequaquam contemnendae editionis margine „jam dudum adnotatam."

Primus Isocratem interpres tractare medio Seculo XVI aggressus est *Hieronymus Wolfius*, primum edita anno 1548 *Basileae apud Oporinum* Orationum Epistolarumque Latina interpretatione, addita Castigatione et Annotatione, neutra contemnenda. Hanc tertio anno post 1551. ita correctam, ut plane nova videretur, una cum textu Graeco Lutetiae Parisiorum vulgavit: tertiis autem curis, addita longe uberiore

et Castigatione et Commentario, repetiit anno 1570, forma maxima: atque haec ea est, quae *κατ' ἐξοχὴν Wolfii Editio major* vocatur, ut a *minoribus*, quae recissa omni annotatione magno numero forma octava itidem Basileae et alibi prodierunt, secernatur. Subsidia sui laboris in Praef. ad Castig. T. II. p. 806. memorat Editiones Aldinam, Haganoënsem, Brubachianam Francofurtensem, et Oporinianam Basileënsem; tum Excerpta sibi suppeditata e Codice quodam Huldrici Fuggeri, inde Fuggeriani dicti. Nonnunquam suas ipsius conjecturas in textum recepit; qua tamen de re monuit in Castigationibus, quae ut Annotationes ita scriptae sunt, ut futuro Editori magno usui esse possint, non item Editionis omnibus numeris absolutae locum teneant. Optime de Wolfii meritis judicasse putamus Langium p. 41, *ea, licet successori plura reliquerit tollenda, tanta tamen esse, ut a nullo editore, qui quidem adhuc eum secuti sint, superata videantur.* Acerbius sententiam dixit Harlesius in Intr. in Hist. L. Gr. p. 159. Ac haud scio an immerito et hic et alii Wolfium culpaverint, quod contra Editiones antiquas abusus sit apostrophis: quod de minoribus Editionibus, quarum in re critica nulla fere auctoritas est, concedere possumus, de majori hacce non possumus. Certe in hac Oratione edenda ejus rei nullum indicium deprehendimus: contra ubicunque minor Editio, cujus quo ego usus sum exemplo prodiit Ba-

sileae anno 1602, hac parte peccabat, majoris ab ea dissensum et cum antiquis consensum animadverti*). Ejus autem usum mihi concessit Cl. Wyttenbachius: nec primae illius Versionis anni 1548 inspiciendae opportunitate carui.

Wolfianum exemplar fere, nec tamen ubique, secutus est *Henr. Stephanus*, qui novam Editionem procuravit, itidem forma maxima, anno 1593. Praeter Aristidis Panathenaicum aliaque nonnulla, addidit septem Diatribas Isocrateas, subjectis item nonnullis Emendationibus, quae maximam ejus Editionis commendationem faciunt. Ejus, utpote notissimae, paginas, literarum notis distinctas, vulgo in laudando Isocrate sequimur.

*) Exempli gratia, si cui conferendi otium sit, inspiciantur ex hac Oratione Cap. II. δὲ ἐνδείαις, C. IV. τοὺς δὲ ἡμετέρους, C. VI. Κλεισθ. δὲ ὁ. C. VII. ἐγὼ δὲ ὡς. C. VIII. τὴν δὲ ἐξουσίαν, μέγιστον δὲ αὐτοῖς. C. IX. δὲ ἀπείχοντο, οὐδὲ ἀπό. C. XI. οὔτε ἐθερ. οὔτε ὠργίαζον. C. XII. ὥστε ὁμοίως, δὲ εἰς, τοὺς δὲ ἂν. C. XIII. δὲ αἰτίας, δὲ οἶμαι. C. XVIII. τοῖς δὲ ἠπείλει, τοὺς δὲ ὡς, δὲ ἔφευγον, ὥστε εἰ, δὲ ἐμελέτων. C. XIX. ὥστε οὐκ ἄν. C. XX. οὐδὲ ἐγκλημ. οὐδὲ εἰσφ. ὥστε ἀγαπᾶν, μηδὲ εἰς, ἀλλὰ αἱρεῖσθαι, οὐδὲ ἐκ, τῶν δὲ Ἑλλ. δὲ ἐν τούτοις. C. XXIV. νῦν δὲ οὐδὲν, τὰς δὲ ἰσότητας. C. XXVI. δὲ ὁ λόγος, οὔτε ἀνωφ. C. XXVII. δὲ οἱ τριάκοντα, δὲ οἱ φεύγ. ὥστε ἔτι. C. XXXI. δὲ ἐξαμαρτ. C. XXXIV. δὲ ὧν. C. XXXVII. δὲ οἱ τριάκοντα, δὲ οἱ φεύγ. ὥστε ἔτι. C. XXXI. δὲ ἐξαμαρτ. C. XXXIV. δὲ ὧν. C. XXXVII. ὥστε οὔτε, δὲ εἰς, ὥστε οἱ. C. XXXVIII. δὲ εἰς, ὥστε οὐδ' εἷς. In quibus omnibus Edd. minores, certe nonnullae, apostrophen admittunt.

Jacuit per integrum Seculum XVII studium Isocrateum, non nisi saepius minori forma repetita Wolfiana Editione frequentatum; donec Seculo XVIII *Guilielmus Battie*, Anglus, novae Editionis curam in se suscepit. Exemplum Oporinianum, ut ait in Praef. secutus, ei subjecit varias lectiones Editionis Aldinae, Stephanianae, tum Codicis anno 1593, ut ait, impressi (non aliam esse quam Editionem Mediolanensem, addito tantum falso anni numero, censet Langius p. 39 et 44), qui una cum Codice Mss. in Bibliotheca Collegii Novi apud Oxonienses reservatur; nec non quatuor MSS. Bodlejanorum, ac duorum Harlejanorum. Additis annotationibus, plerumque e Wolfiano Commentario excerptis, hisce subsidiis ita usus est Editor, ut Doctorum desiderio non satisfaceret. Volumen I. septem Orationes una cum Epistolis complexum, prodiit Londini anno 1729, repetitum cum altero reliquas Orationes complexo anno 1749. Eam nobis suppeditavit Cl. T. E. Waterus.

Majoribus subsidiis Codicum decem Bibliothecae Regiae Parisiensis, e quibus tamen nullus XIV. Seculo antiquior erat, nec nisi tres omnes Orationes complectebantur, instructus; Editione item principe utraque, nec non Wolfiana, Stephaniana, Battieana usus, manum operi admovit *Athanasius Auger*, tribusque Voluminibus forma octava anno 1782. Lutetiae Parisiorum in lucem emisit Isocratem, addita nova Versione Latina, Annotationibus et Variis Le-

etionibus. Nihilominus et hic diligentiam suam Doctis minus probavit. Ipso ejus Opere uti nobis non licuit, ita ut quaecumque ex eo retulimus, iis, qui eum secuti sunt, Editoribus debeamus*), eorumque fide scripta sunt.

Vigesimo namque et primo anno post 1803 Isocratem Graece uno Vol. forma octava Halis edidit *Wilhelmus Lange*. Praecedentium Virorum Doctorum subsidiis diligenter usus, adhibitisque praeterea duobus aliis Codicibus, altero Bavarico Seculi XIII. exeuntis, quatuordecim Orationes complexo, altero Augustano primam tantum exhibente, novam textus recensionem adornavit, emendatiorem sine dubio quam quae antea prodierant, subjecta Graecae Orationi Lectionis Varietate, nec tamen ea integra. Majus profecto pretium hujus Editionis foret, si priori Volumini accessisset alterum Notarum et Introductionum in singulas Orationes, promissum in Praef. p. 20., sed quantum scio nondum editum.

Postremus omnium, qui totum Isocratem ediderunt, Corajus est, cujus Editio continetur Bibliothecae Graecae ab eo editae Tomo I, qui prodiit anno 1807, duabus partibus constans. Altera textum Graecum maxima cura et diligentia mendis purgatum continet. Altera Annotationes, quas *σημειώσεις* dixit, complectitur,

*) Habui hanc editionem cum aliis a Bergmanno commemoratis ex Bibliotheca Paulina Academiae Lipsiensis. (*B.*)

breves illas quidem, sed utilissimas cum ad interpretationem, tum ad judicium de genuina lectione regendum, omnes autem mere Graecas. Multum in hac praestantissima Editione adornanda Viro Doctissimo profuit, praeter reliqua illa subsidia, usus Codicis omnium qui adhuc collati erant antiquissimi. Qui Codex ad eos pertinet, qui victoriis Gallorum ex Italia in Bibliothecam tunc Imperatoriam allati sunt, scriptusque est in membrana anno 1063, manu Theodori Notarii, exceptis octo prioribus foliis maximam partem Orationis ad Demonicum continentibus, quae ab indocto homine abscissae, seriore minusque perita manu suppletae sunt. Epistolae non insunt. Hic illic scholia margini adscripta reperiuntur, partim eadem, partim seriore manu; quae Scholia Corajus textui Graeco subjecit pag. 440—448. Vid. quae ipse de hoc Codice dedit in Scriptione de sua Editione, itidem Vol. I. subjecta, pag. 68—72. (οη—πβ). Ejus, ut et Langii Opus, nobis suppeditavit Bibliotheca Academiae nostrae.

Ne nunc de singularum Orationum Editionibus, veluti Panegyrici *Mori*, Euagorae *Findeisenii* cura repetiti, aut etiam de praestantissima Epistolarum editione a *Matthaeo* procurata anno 1776, de qua breviter retulit Cl. Wyttenbachius Bibl. Crit. Vol. I. P. III. p. 98; dicamus; haec adhuc erant, de quibus plura si quis cognoscere cupiat, praeter Fabricium et Harlesium in Biblioth. Graeca, adeat Morum

in Notitia Codicum et Editionum Panegyrico praefixa, Langium in Praef. p. 36 et seqq. Corajum l. c. p. 63—68. (ογ—οη); cum ea fuerit temporum nostrorum felicitas, ut post omnes Virorum Doctorum labores nova editione frequentaretur una ex praecipuis Isocratis Orationibus, ea, quae inscribitur περὶ τῆς ἀντιδόσεως, sive *de Permutatione*, qua se ipse adversus malignorum hominum calumnias defendere studuit Orator; neque hoc ita ut simpliciter jam antea edita recuderentur, sed ut, ingenti lacuna suppleta, integra, ut ex auctoris manibus exierunt, in lucem prodirent. *Andreas* enim *Mustoxydes* doctus Graecus, Bibliothecas Italas perscrutans, si forte alicubi codicem inveniret, quo suppleri posset ingens lacuna, quae in Panathenaico esse fertur auctore Scaligero Epist. 431, et de qua vid. Augerius in Disputatione subjecta T. II. a quo sua sumsit Langius in Add. p. 83, forte fortuna incidit in duos Codices, alterum Bibliothecae Ambrosiacae, alterum Laurentianae, qui *octoginta* fere paginis majorem, quam antea edita fuerat, Orationem illam περὶ τῆς ἀντιδόσεως exhiberent, quam maximam reliquarum omnium esse Photius Cod. CLVIII. (vid. Corajus T. II. p. μη.) aliique tradiderant. Mox anno 1812 integram Orationem cum parte recens reperta edidit, hoc titulo: *ΙΣΟΚΡΑΤΟΥΣ ΛΟΓΟΣ ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΑΝΤΙΔΟΣΕΩΣ*, ἤδη πρῶτον εἰς τὴν ἀρχαίαν γραφὴν διασκευασθεὶς καὶ ὀγδοήκοντα περὶ

που σελίδας ἐπαυξηθεὶς, *σπουδῇ ΑΝΔΡΕΟΥ ΜΟΥΣΤΟΞΥΔΟΥ, ΙΣΤΟΡΙΟΓΡΑΦΟΥ ΤΩΝ ΙΩΝΙΩΝ ΝΗΣΩΝ. ΕΝ ΜΕΔΙΟΛΑΝΩ, ἐκ τῆς τυπογραφίας* Ι. Ι. *ΔΕΣΤΕΦΑΝΟΥ. αωιβ* 8°. Annotationis scribendae curam futuro Editori reliquit Mustoxydes. Eam suscepit *Orellius*; repetiitque biennio post idem opus hac inscriptione: *ΙΣΟΚΡΑΤΟΥΣ ΛΟΓΟΣ ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΑΝΤΙΔΟΣΕΩΣ*, *vervollständigt herausgegeben von Andreas Mustoxydes, Historiographen der Ionischen Inseln. Verbessert mit Anmerkungen und Philologischen Briefen begleitet von* Johann Kaspar von Orelli, *Mitglied der Italienischen Gesellschaft der Wissenschaften, Litteratur und Künste. Nebst zwei Anhängen. Zurich,* 1814. Pars antea inedita interjacet verbis Ed. Steph. p. 343, C: *τοσούτῳ μᾶλλον τὴν αὑτοῦ διάνοιαν ἀσκήσει* et *πολλῶν δ' ἐφεστώτων μοι λόγων ἀπορῶ πῶς αὐτοὺς διάθωμαι*, legiturque inde a pag. 53—131. Missis reliquis, quae ingenium Isocrateum perfecte referunt, suntque lectu suavissima, repetuntur loca ex Orat. ad Nicocl. Ed. Steph. p. 17, D: *μάλιστα δ' ἂν αὐτὸς ὑπὸ σαυτοῦ παρακληθείης* — 22, C: *χρῶ τοῖς εἰρημένοις ἢ ζήτει βελτίω τούτων*· inde a pag. 53—58, tum ex Orat. contra Soph. *εἰ δὲ δεῖ μὴ μόνον κατηγορεῖν τῶν ἄλλων* — *ἀνάγκη ταύτῃ χεῖρον διακεῖσθαι τοὺς πλησιάζοντας*, inde a pag. 95—97. Steph. 293, E — 295, A. non ea ad verbum, sed ita ut ab antea editis paullulum

*2

differant, et ipso fatente Isocrate 'κομψοτέρως dicta sint. Non esse quod dubitetur quin omnia ab ipsius manu profecta sint, idoneis argumentis ostenderunt Mustoxydes et Orellius in sua quisque Praefatione. Annotatio optimae frugis est, uti et Epp. Philologicae. Appendix I. constat Editione Orationis Isaei de Meneclis haereditate, addita animadversione et varia lectione: II. animadversionibus in Xenophontis Symposium Libri, cujus primam notitiam hauseram ex J. G. Reuvens Collect. Liter. p. 160, usum ejusdem Viri Cl. humanitati debeo. Ejusdem inter opera olim commemoranda meminit Cl. Wyttenbachius Philom. L. III. p. 323. Ex his autem facile intelligitur, quantum ille ad studium Isocratis conferre possit: ac revera in hacce Oratione Areopagitica edenda insignem nobis utilitatem praestitit: quare paucis de eo referre operae pretium duximus.

Sequitur ut dicamus de alio, eoque novo subsidio ex altero illo, quod diximus, genere, quod nobis eadem Bibliotheca Lugduno Batava praebuit, de Codice inquam Manuscripto, qui in ea servatur, cujusque usum debemus Cl. Bakii humanitati. Codex memoratur inter Codices Mss. No. 29. Catalogi p. 340, indeque in Fabricii Biblioth. Gr. II, 26, 5. Ed. Harles. Vol. II. p. 793. Chartaceus est, nitide scriptus, forma quarta, sive potius, ut vulgo dicunt, in folio minori. Testante inscriptione in pagina prima Eilhardus Lubinus dono dedit Josepho

Scaligero. Omissis Epistolis, insunt omnes Orationes. Codicem non antiquiorem esse posse Seculo XVI cum ex literarum forma, praesertim e valde depressa et fere ad ω accedente, tum e chartae indole, in qua forcipis figura est, quae recentiore demum aetate fuit, apparet, mihi ostendit Vir Cl. Bilderdykius. Nec tamen temere quis suspicetur eum ex antiquiore descriptum esse, sive ipsius Lubini manu, sive sub ejus auspiciis. Complures enim bonas et antiquas lectiones continet; ut manifeste apparet ex frequenti ejus consensu cum Codice illo antiquissimo, quo Corajum usum esse diximus, quem consensum in hujus Orationis varietate notanda saepius animadvertere nobis licuit. Nec tamen propterea censendus est ex illo fluxisse. Nam haud paucioribus locis ab illo discedit, et nonnulla habet quae alibi non repeniantur*). Ne dicam de ordine Orationum, quem in illo Coraji Codice eum esse, ut primo loco posita sit Oratio ad Demonicum, quemadmodum item

*) *Ad consensum* quod attinet, vid. hujus Orationis Cap. I. ἐτόλμησε. V. ζητοῦμεν. XI. δίκαιον ἡμῖν δοκεῖ; item προσθήσουσιν; καὶ γάρ τοι. XII. χρησθεὶς omissum. XVI. τὰ πράγματα. XXIV. τοῖς ἄλλοις ἐπιτηδεύμασι. XXVII. ἀποδαμάτευον. XXXI. πρός γε τούτοις· item τῶν πρῶν· item ἄλλως τε καὶ· item προσῆκον ἡμῖν ἐστι. XXXIII. ἀξίους. *Dissensus* apparet in his: Cap. IX. ἐνίοτε δεῆσαν. XVI. ἂν παρασκευάσωσι. XXXII. ἰδέας: alibi. *Singulares Cod. L.B. lectiones* sunt: Cap. V. ὅσην et μέλλων. VIII. ἰσοτήτων. XI. τριακοσίας. XIII. οὐ μὴν omissum. XIV. ἡμῶν οἱ πρόγονοι. XVI. ἁπλῶς.

in Editionibus Principibus res sese habet, ex iis quae antea diximus apparet: in nostro vero Codice Lugduno-Batavo plane alia ratione dispositae leguntur, haec: Ἰσοκράτους· πρὸς νικοκλέα· περὶ βασιλείας. νικοκλῆς· ἢ συμμαχικός. πανηγυρικός. πρὸς δημόνικον. ἑλένης ἐγκώμιον. εὐαγόρας. ἐγκώμιον εἰς βούσιριν. κατὰ σοφιστῶν. πλαταϊκός. ἀρεοπαγιτικός. φίλιππος. περὶ τῆς εἰρήνης. ἀρχίδαμος. παναθηναϊκός. περὶ τῆς ἀντιδόσεως. κατὰ τοῦ λοχίτου. πρὸς εὐθύνουν· ἀμάρτυρος. περὶ τοῦ ζεύγους. αἰγινητικός. τραπεζιτικός. παραγραφικὸς πρὸς καλλίμαχον. In qua postrema Oratione versus finem paucula verba desunt. Hinc ergo fit, ut ubicunque uterque Codex in aliqua bona lectione conveniunt, non unum sed duos testes ea habeat; ubi autem noster LB. solus hanc vel illam bonam lectionem offert, non obstet ejus recentior aetas, quominus ea lectio pro antiqua et vera habeatur.

Haec igitur (nam quae apud Fabricium B. Gr. II, 26, 5. Ed. Harles. V. II. p. 786. peculiaris memoratur *Areopagitici Editio Graeco-Latina*, cura *Jo. Breneccii*, Helmstadii edita anno 1638. 4°. ejusdemque *Versio Latina* a *Ludovico Vive* facta, Opp. T. I. p. 308. eae nomine tantum nobis cognitae sunt), ne Grammaticos aliosve Scripto-

XVII. τὴν additum. XXI. τῶν νέων. XXVI. παραλείπειν et ἔστι δέ. XXVII. παρ' αὐτῶν. XXVIII, δυνήσεσθαι ἄν. alia. Nisi ex his quaedam ei communia sint cum Codicibus Augerii, aliisve: nam difficile ea de re judicium est, nisi omnium Codicum diligenter varietatem cognitam habeas.

res, quos, sicubi aliquid ex Isocrate retulisse suspicabamur, inspeximus et cum ad interpretationem tum ad usum criticum adhibuimus; commemoremus; de subsidiis, quibus ad hanc Editionem adornandam accessimus, dicta sunto. Quae si cui forte longiora videantur quam pro consilio nostro, qui non integrum Isocratem, sed unam tantum ejus Orationem edendam suscepimus; maluimus longiores videri quam ea omittere, e quibus intelligeretur, et quid in Isocrate edendo jam praestitum sit, et quid adhuc perfici possit. Namque etsi qui primus eum critica ratione tractandum sumsit Wolfius, tantum et doctrinae ubertate et ingenii felicitate in eo et interpretando et emendando effecerit, ut ex iis qui idem opus postea aggressi sunt neminem sibi parem habeat; etsi eorum, qui secuti sunt, Virorum Doctorum, Battiei, Augerii, Langii, Coraji, cura ac diligentia in evolvendis perscrutandisque Veteribus Editionibus Codicibusque, post Wolfii operam, multum ad politissimi Scriptoris opera perpolienda, Coraji autem breves annotationes plurimum ad eorum intelligentiam contulerint; nihilo tamen secius nulla adhuc Editio exstat, in qua omnia ita pertractata et explicita sint, ut, quantum quidem in hac humana imbecillitate fieri potest, suis absoluta numeris dici queat: unde fit ut haud supervacanea eorum opera futura sit, qui eam curam, laboris plenam, in se suscipiant. Nec vero haec eo valere debent, ut de nobis ita existimari cupiamus, ac si in hujus Ora-

tionis Editione omnia ea, quae adhuc desiderabantur, perfecerimus: nostrae nobis tenuitatis conscii ab ista arrogantia alienissimi sumus. Et quamvis fateamur nos in hac quidem Oratione tractanda consilium Editionis omnibus numeris absolutae temere aliquando esse secutos, non assecutos esse et certo scimus, nec prae nobis ferimus, neque a juvene Academiae spatia modo relinquente, necdum in Doctorum numerum admisso, aut exspectari aut postulari vel potest vel solet. Hoc animo hocce, qualecunque tandem sit, profectuum nostrorum, si qui sint, specimen Doctorum judicio permittimus, tum demum satis dignum laboris praemium consecuturi, si intellexerimus aliquid saltem et nostram operam contulisse ad elegantissimi Oratoris intelligentiam adjuvandam, ejusque amorem in aliorum animis excitandum.

PROLEGOMENA.

Oratio Areopagitica latine senatoria sive censoria dici potest, sive de corrigenda et ordinanda republica. Scopus enim et summa ejus est: *ὅτι δεῖ ὀχλοκρατίαν καὶ ἀναρχίαν ἀνελόντας μεταλαμβάνειν δημοκρατίαν ἢ πολιτείαν*: id est, sublata licentia ista populari contemtuque magistratuum restituendam esse democratiam, hoc est, rempublicam in qua libertas ex praescripto legum gubernetur. Haec summa est *αἰτιολογία* seu confirmatio, quia sine honesta disciplina reipublicae neque secundae res conservari neque adversae aut caveri aut propulsari possint; id quod exemplis demonstratur. Insunt autem descriptiones perturbati status luculentae et insignis locus de necessitate et utilitate honestae disciplinae. Sed quia hic de corrigenda, ut dictum est, republica disseritur, brevis hic typus de rerum publicarum formis teneatur:

πολιτεῖαι αἱ ψυχαὶ οὖσαι τῶν πόλεων γ' εἰσί:

- ά. μοναρχία ἢ
  - δικαία καὶ νομίμη, βασιλεία.
  - παράνομος καὶ βιαία, τυραννίς.
- β'. ὀλιγαρχία ἢ
  - δικαία καὶ νομίμη, ἀριστοκρατία.
  - παράνομος καὶ βιαία, ὀλιγαρχία ἢ τιμοκρατία. Diogenes in Platone (128, a.) ὀλιγαρχία ἐστὶν, ὅταν ἀπὸ τιμημάτων αἱ ἀρχαὶ αἱρῶνται.
- γ'. δημοκρατία ἢ
  - δικαία καὶ νομίμη, πολιτεία ἢ δῆμος ἢ δημοκρατία.
  - ἄδικος καὶ βιαία, ὀχλοκρατία ἢ ἀναρχία, ὅπου ἀκούει οὐδεὶς οὐδὲν οὐδενός, καθάπερ παρὰ τοῖς Κύκλωψι.

Ἐκ τούτων γίγνονται μίξεις τινὲς, καὶ ἄκρατοι μὲν ὀλίγαι πάνυ εἰσὶν, ἐκ δὲ τοῦ πλεονάζοντος γίγνονται αἱ ἐπωνυμίαι. — Nunc ad Isocratem redeamus et inscriptionem Areopagitici consideremus.

Ἀρειοπαγιτικὸς] Ἄρειος πάγος vicus seu tumulus Martius (Romanorum campum Martium an Athenas transferre liceat dubito) praetorium seu concilium fuit Athenis, in quo et capitales causae judicabantur et censura morum agebatur et

gravissima quaeque negótia deliberabantur. Sic enim scribit Cicero de Natura Deorum (II, 29.): Atheniensium respublica regitur consilio Areopagi, et primo de Officiis (II, 2.): hoc concilio leges Atheniensium, hoc majorum instituta servantur. Hesychius ait fuisse δικαστήριον ἐν ἀκροπόλει, quod nescio quam verum sit. Julius Pollux scribit ὅτι ὑπαίθριοι ἐδικάζοντο καὶ οὔτε προοιμιάζεσθαι οὔτε οἰκτίζεσθαι ἐξῆν. Recentiores quidam tradunt, eos in tenebris judicasse, ut ἄνευ προςωποληψίας sententias dicerent: quod ego me apud veteres scriptores legisse non recordor. Nunc Etymologiam subjiciamus. ὁ Ἄρης Mars est, belli deus, unde Ἄρειος Martius seu Martialis et Martinum quidam graece Ἀρήτιον vocant. Praetorium autem hoc a Marte nomen accepisse ferunt, vel quod Amazones Martis filiae in eum locum impetum fecerint, cum bellum inferrent Atheniensibus, vel quod Mars Halirothoo Neptuni filio propter filiam suam Alcippen ab illo stupratam interfecto, duodecim Diis judicantibus, causam dixerit et cum urnae adaequassent, fuerit absolutus. Nam τὸ ἀκριβοδίκαιον postulabat homicidam interfici, sed τὸ ἐπιεικὲς veniam dedit paterno dolori contumelia irritato. Vel propter causas capitales, quae in eo loco disceptabantur. Notum autem est Martem (sive superstitione veterum sive astrologica ratione) vulneribus et caedibus praeesse. Nunc etiam alteram vocem videamus: τὸν πάγον παρὰ τὴν πηγὴν deducunt, quod pagi et vici juxta fontes

condi soleant. Significat praeterea λόφον ἢ ὑψηλὸν τόπον, tumulum, locum editum et praecipitium, id est, κρημνόν. Item τὸ πάγος ἢ ὁ παγετὸς, unde παγετώδης, significat glaciem et crustas, aqua frigore densata. Plinius Areopagum alias vicum Martium, alias templum Martis appellat. A pago fit latine paganus, κωμήτης, pagatim, κωμηδόν. Pagani etiam dicuntur οἱ ἀστράτευτοι, id est, qui non militant: interdum indocti et rudes. Unde apud Persium (Prol. v. 6.) semipaganus pro semidocto et inurbano. Pagi Helvetiorum apud Caesarem (de bell. Gall. I, 12.) sunt αἱ διοικήσεις, id est, provinciae attributae praecipuis pagis: nunc *Ort* vel *Oerter* appellant. Ab Areopago fit Ἀρειοπαγίτης καὶ Ἀρειοπαγιτικὸς per ει in syllaba secunda (*Wolf.*). Inscribitur haec oratio Ἀρειοπαγιτικὸς, scilicet λόγος. Sic certe legitur in editione Wolfiana maiori et minori et apud reliquos Wolfium aetate consecutos editores, Stephanum, Battieum, Augerium, Langium, Corajum. Sed veteres multi neglecta diphthongo scripserunt Ἀρεοπαγιτικός. Hoc habent primum editiones Mediolanensis, Aldina, (Haganoensis), Isingriniana: deinde codex Lugduno-Batavus; denique scriptores veteres Dionysius Halicarnassensis duobus locis, quibus de hac oratione agit de Comp. Verb. T. V, 182. ed. R. et in vita Isocratis c. 4. Harpocration in διεσκαριφησάμεθα, ἐπιθέτους ἑορτὰς, ὅσιον, συγγραφεῖς. Etymologus in ἐπιθέτους ἑορτάς. Grammaticus περὶ συντάξεως a Bekkero editus

in Anecd. Gr. Vol. I. p. 125. in ἀμύνω καὶ ἐπαμύνω et in ἀποῤῥῶ. Photius Cod. CLVIII, cuius verba retulit Corajus inter testimonia veterum de Isocrate T. II, p. 48. (μη). Pseudo-Plutarchus in Vita Isocratis p. 838. B. Quaeritur quae sit verior scriptura. Quod si auctoritatibus certandum est, sane illi haec anteponenda videtur, sed videndum, quid cum linguae analogia, quid cum usu veterum conveniat. Quod ad hunc attinet, Areopagi tribunal a Graecis frequentissime dici τὴν ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴν, vel et τὴν ἐν Ἀρείῳ πάγῳ βουλὴν, ducta appellatione a loco quodam Athenis, qui Ἄρειος πάγος, hoc est, Martius collis diceretur, non est quod dedita opera ostendamus: Cf. modo cap. XIV. Plutarchus in Sol. p. 88. D. E. Dicitur etiam Ἄρειος πάγος. Vid. cap. XV. (quamquam ibi fortasse de ipso Martis colle appellatio adhibetur potius quam de senatorum concilio). Panath. p. 265. B. Plutarch. p. 88. F. Aristoteles Rhet. I, 1, 3. Aristides Panath. p. 15. E. Usquamne duabus vocibus in unam conflata dicatur Ἀρειόπαγος vel et Ἀρεόπαγος ignoro. Sed apud Graecos certe illud frequens non est; nam latini scriptores constanter Areopagum, consilium Areopagi appellant. Vid. Cicero de Nat. Deor. II, 29. de Div. I, 25. ad Att. V, 11.; quibus tamen locis Ernestus edidit Ariopagus, uti et apud Senecam de Tranq. An. c. 3. in f. Ariopagus legitur. Juvenalis et Ovidius graecam rationem secuti appellant, ille Sat. IX, 101. curiam Martis, hic Met. VI, 70.

scopulum Mavortis. Quidquid vero ejus rei sit, ab ista appellatione Ἄρειος πάγος ducitur judicum, sive senatorum appellatio Ἀρειοπαγῖται: Plutarch. p. 88. E.*). Sed frequentioris usus videtur neglecta diphthongo Ἀρεοπαγῖται. Plutarch. p. 89. A. T. II. p. 348. B. Hyperides apud Athenaeum XIII. p. 566. laudandus cap. XVIII. Lucianus de Gymnas. T. I. p. 742. et 743. ed. Bas. (c. 19.). Dinarchus contra Demosth. p. 96. ed. St., etiam Lucas Act. XVII, 34. Hinc latinum *Areopagitae*. Cicero de Officiis I, 22. Phil. V, 5. Balb. 12. item de Div. I, 25. ubi tamen ed. Ern. habet Ariopagita. ad Div. XIII, 1. Quinctilianus V, 9. Gellius XII, 7. Macrobius Saturn. VII, 1. Unde formatum adjectivum Areopagiticus habet Sidonius Apollinaris IX. Ep. 9. Ut videatur apud Graecos usurpatum fuisse Ἀρεοπαγιτικός (quae et orationis Lysiacae VII. inscriptio est, non autem Ἀρειοπαγιτικός) itidem ductum a nomine substantivo Ἀρεοπαγίτης. Quod nisi praestet totam varietatem librariis tribuere, ex linguae analogia forte ita explicari potest, ut dictum dicas non e conjunctione adjectivi Ἄρειος cum nomine substantivo πάγος, h. e. collis Martius, sed ab Ἄρεος, Genitivo nominis Ἄρης; quemadmodum a Genitivo nominis Pelops ducitur Πελοπόννησος pro Πέλοπος νῆσος: ab Ἀρεόπαγος autem, etsi non videatur in usu fuisse,

*) Quod tamen librariis potius quam Plutarcho tribuendum esse videtur, quem hoc quoque in loco, uti in ceteris Ἀρεοπαγῖται scripsisse verisimile est. (B.)

ducatur Ἀρεοπαγίτης. Accedit fortasse Latinorum etsi non constans consuetudo diphthongum ει in ι mutandi; ut si graece nunquam aliter scriptum fuisset quam Ἀρειόπαγος, Ἀρειοπαγίτης, illi potius scripturi fuisse videantur Ariopagus, Ariopagita, Ariopagiticus. Sed et hic libri variant. Certe cum Ἀρεοπαγιτικὸς in inscriptione Isocratei operis, grammaticorum, aliorum scriptorum, codicis unius (et fortasse plurium, nam de ista varietate nemo quod sciam eorum, qui eos contulerunt, quidquam annotavit), postremo editionum principum auctoritate nitatur; sic statuo, eam scribendi rationem non plane spernendam, sed ulteriore examine dignam esse. Maluimus tamen vulgo recepto Ἀρειοπαγιτικὸς suum locum relinquere (*Bergmann.*). Bekkerus ex Urbinate recepit Ἀρεοπαγιτικὸς, quod jam Schaeferus ad locum Dionysii supra allatum probaverat laudaveratque Berglerum ad Alciphr. 226. (ubi Ἀρεοπαγῖτις βουλὴ legitur) coll. I, 13. Ἀρεοπαγίτου στεγανώτερος. III, 43. et Schol. ad Aesch. Eum. v. 618. Θεσμὸν] τὸν Ἀρεοπαγιτικόν. Equidem omnino dubito, num unquam a Graecis Ἀρειοπαγίτης dictum sit, nec in Cicerone probandum esse videtur, si de Divin. I, 25. ed. Orell. Ariopagitae et ad Att. IV, 15. Τρισαρειοπαγίτης legitur. Nec probo quod de Nat. Deor. et de Div. I. I. Ernestius Ariopagus edidit, quem certe Orellius sequi non debebat. Graeci enim nomina ex adjectivis et substantivis composita non formare sole-

bant (v. Buttmann, Gr. Gr. T. II. p. 365.); neque prorsus inusitatum erat dicere Ἄρεος πάγον (Sophocl. Oed. Col. 972.). Hinc seriorum scriptorum Ἀρεοπαγίτης ortum esse videtur. De etymo vocis Ἀρεόπαγος imprimis digna esse videntur quae legantur, verba Scholiastae ad Aristid. 185. B. ed Frommel. Ἀλιῤῥόθιος, υἱὸς Ποσειδῶνος, ἠράσθη Ἀλκίππης, τῆς Ἄρεως θυγατρὸς καὶ εὑρὼν ὑδρευομένην αὐτὴν ἐπεχείρησε βιάσασθαι. ἡ δὲ τῷ πατρὶ ἀπήγγειλεν· ὁ δὲ ἀπιστῶν καὶ βουλόμενος θεατὴς γενέσθαι ἀπέστειλε πάλιν ὑδρεύσασθαι· αὐτὸς ὑπάρχων κατάσκοπος καὶ λαβὼν αὐτὸν ἐπιχειροῦντα ἀνεῖλε· καὶ ἐγκαλεῖ Ποσειδῶν Ἄρεϊ περὶ τοῦ φόνου τοῦ παιδὸς, καὶ γίνεται ἐν Ἀθήναις ἡ κρίσις δικαζόντων τῶν θεῶν. Ἐκλήθη Ἄρειος πάγος ὁ τόπος, ἔνθα ἡ δίκη γέγονε διὰ τὸν Ἄρεα ἐκεῖ πήξαντα τὸ δόρυ. Οἱ δὲ ἐκ τούτου κεκλῆσθαί φασιν· ἐπεὶ ὁ Ἄρης τὰς Ἀμάζονος θυγατέρας (alii Ἀμαζόνας v. Hellanicus in Etym. M. s. v. Ἄρειος πάγος Fromm.) ἀνῃρημένας ὑπὸ Ἀθηναίων ἰδὼν ἐστράτευσε κατ' αὐτῶν καὶ ἐν τούτῳ τῷ τόπῳ καθήμενος ἐπολιόρκει τὴν πόλιν. Ἄλλοι δὲ ἁπλῶς λέγουσι δια τὸ πολλοὺς ἐκεῖσε γενέσθαι φόνους, οἱ δὲ φόνοι Ἄρεως εἶναι νομίζονται. Τινὲς δὲ τὸν μῦθον ἀναπτύσσοντες οὕτω λέγουσιν, ὅτι ὀργιζόμενος ὁ Ἀλιῤῥόθιος ὑπὲρ τῆς ἥττης τοῦ πατρὸς ἐπεχείρησε κόψαι τὴν ἐλαίαν καὶ πληγεὶς ὑφ' αὐτοῦ ἐτελεύτησεν· ὅθεν ὁ Ποσειδῶν κατηγορεῖ τοῦ Ἄρεως ὡς δεσπότου τοῦ σιδήρου. Ἄριστα δὲ ὁ Χάραξ ιω (δεκάτῳ

τῶν χρονικῶν Fromm.) *φησὶ, ὅτι πάγος πᾶς ὑψηλός ἐστι τόπος. ἐπεὶ οὖν ἐνταῦθα παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις ἐκρίνετο τὰ φονικὰ, ὑψηλὸς δὲ ἦν ὁ τόπος, ἐλέγετο πάγος ὡς ὑψηλὸς, ἄρειος δὲ διὰ τὸν φόνον, ὅς σιδήρῳ ἀπολεῖται. Ἄρης ὁ φόνος, ἀφ᾽ οὗ καὶ ἔναρα τὰ ὅπλα καὶ ἔναροι οἱ πεφονευμένοι. ὡς καὶ χαρωνεῖον ἡ τοῦ δεσμωτηρίου ἐλέγετο θύρα, ἀφ᾽ ἧς οἱ πρὸς χάρωνα ἀγόμενοι τῶν καταδίκων, τουτέστιν οἱ τὴν ἐπὶ θανάτῳ δεχόμενοι ψῆφον, ᾔεσαν* (*B.*)

Quaeritur insuper qua de causa ita inscribatur oratio. Nihil hac de re veteres. Vulgo existimatur eam ita dictam esse, quod ab Isocrate in Areopago habita fuerit. Vid. Wolfii argumentum in fine, qui praeterea in annotatione ait eam latine dici posse senatoriam, sive censoriam sive de corrigenda et ordinanda republica. Potius simpliciter vertatur oratio Areopagitica, vel et Areopagiticus. Aliter H. Stephanus in Diatribe Isocratea III., qua agitur de diversis titulis seu inscriptionibus quarundam orationum, p. 10. censet fieri etiam posse, suo quidem judicio, ut a dignitate et praestantia nomen hoc consequuta sit: tanquam digna quae vel in medio Areopago haberetur. Oblocutus quoque est vulgari sententiae auctor Gallicus (Bréquigny) vitarum veterum oratorum Graecorum*) T. I. p. 88., qui

---

*) Liber anno 1752 Lutetiae Parisiorum, non addito auctoris nomine, forma octava editus inscribitur: Vies des Anciens Orateurs Grecs avec des Reflexions

putat ita inscriptam esse hanc orationem ob magnificam Areopagi, quae in ea legitur, laudationem; neque enim, si eam habuisset Isocrates coram Areopago, eum de hujus quae erat sua aetate, conditione tanta fiducia et acerbitate dicturum fuisse, quantae v. gr. cap. XV. apparent. Mihi quidem neque Stephani neque huius ratio placet: neque enim Areopagi laudes praecipuum argumentum operis faciunt. Sed ne vulgaris quidem sive Wolfii sententia stare potest, si quidem vere referat Pseudo-Plutarchus in Vita Isocr. p. 837. A. Isocratem tenui voce prae-

sur leur Eloquence, de Notices de leurs Ecrits, et des Traductions de quelques uns de leurs Discours. Duos operis tomos possideo, quorum altero de Isocrate, altero de Dione Chrysostomo agitur. Utrum plures prodierint ignoro; certe consilium operis hisce duabus tractationibus minime absolutum est. Prior autem ille complectitur primum vitam Isocratis, deinde observationes de ejus eloquentia, tum dissertationem de operibus ejus, addita eorum tabula chronologica, porro disputationem de historia Athenarum ad illustrandas orationes Isocratis inprimis Panegyricum, postremo interpretationem gallicam nonnullarum orationum, Nicoclis, Panegyrici, Laudationis Evagorae, Amartyri adversus Euthynem. Opus non indoctum nec ineleganter scriptum, quod etiam post Wolfium in Ed. Isocr., Fabricium in Bibl. Graeca cum fructu legi potest et multa continet nisi vera, certe vero quam simillima dignaque quae diligentius perpendantur, maxime in ea parte, ubi de operibus Isocratis agitur (Bergmann.). At in iis ipsis, quae Bréquigny de orationibus Isocratis et de tempore quo sint scriptae, disputavit, plures ab eo commissos esse errores, significavi in vita Isocratis versioni germanicae operum Isocratis Prenzlav. 1829. 16. p. 17—85. praemissa (*B.*).

ditum et in dicendo timidum unam tantum habuisse orationem de Permutatione (cf. et p. 838. 4.), sed schola instituta Panegyricum et alias quasdam orationes generis deliberativi (τῶν συμβουλευτικῶν) partim ipsum qui scripserat recitavisse (nimirum in schola coram paucis auditoribus coll. p. 838. D.), partim aliis recitandas tradidisse. Hujus autem orationis mentionem cum Laudationis Helenae mentione conjunxit nihil aliud dicens quam hoc p. 838. B.: ἐποίησε δὲ καὶ εἰς Ἑλένην ἐγκώμιον καὶ Ἀρεοπαγιτικόν. Cur isti auctori fides denegetur causa nulla est, quandoquidem ejus testimonium ipse Isocrates comprobat in exordio Panathenaici. Ergo falsum est orationem hanc habuisse Isocratem, falsum etiam eam coram Areopagi senatu habitam esse. Et tamen nulla satis probabilis ratio inscriptionis afferri potest, si ea non habita est in Areopago. Quamobrem ego quidem sic existimem, dictam eam esse Areopagiticam, quia fingebatur habita esse in Areopago, sive quod eodem redit, quia ab Isocrate ad Areopagitas missa est. Nihil, fateor, certi hac de re novimus: sed maxime probabilia sequimur. Neque si ita statuas, quidquam valet quod a scriptore Gallico opponi videmus; Isocratem audacius quam par esset, Areopagitas reprehendisse. Aliud enim est dicere, aliud scribere. Quae dicere forte erubuisset, commode scribere potuit: quae auribus forte ingrata fuissent, prudenti lectori displicere non poterant: neque Areopagi erat, ae-

quissimi judicii, in Isocratem vera praedicantem ira commoveri. Neque alia ratio videtur, ob quam Lysiae quoque illa oratio Areopagitica dicatur, quam quod coram Areopagi judicibus habita fuerit, inprimis cum causa esset ad religionem pertinens (continetur enim ea *ὑπὲρ τοῦ σηκοῦ ἀπολογία*: de sacrae olivae trunco, ut vertit interpres latinus), quales Areopagus dijudicare solebat. Vid. Harpocr. in *ἐπιθέτους ἑορτάς*. Parum autem refert utrum dicas de oratione aliqua eam esse habitam, an habitam fingi tantum (*Bergmann*). At oratio quae ad Areopagitas habita esse fingitur, hos etiam prae ceteris spectare nec alios alloqui debet. Accuratius autem si consideraveris ea quae scripsit Isocrates, videbis, eum ubi de Areopagitis loquitur, loqui de iis tamquam absentibus (p. 147. c.), ubi autem quosdam est alloquutus, nullos alios posse intelligi nisi Athenienses omnes seu populum Atheniensium (v. 141. c. et 142.). Unde patet sententiam Bergmanni non veram esse. Hoc tamen recte monuit Vir Doctus Wolfii rationem ea quoque de causa non posse probari, quia Isocrates hanc orationem non habuerit. Isocrates enim nullam omnino habuit orationem, id quod tum patet ex Pseudo-Plutarchi verbis, qui tamen errat referens unam tantummodo orationem de Permutatione ab eo esse habitam. Nam ne hanc quidem habuit, quod vel ex primis elucet verbis; *εἰ μὲν ὅμοιος ἦν ὁ λόγος ὁ μέλλων ἀναγνωσθήσεσθαι* — quibus addas §. 12.

ed. Bekk. χρὴ δὲ τοὺς διεξιόντας αὐτὸν — μὴ ζητεῖν εὐθὺς ἐπελθόντας ὅλον αὐτὸν διελθεῖν. — Tum ex orationibus ipsis earumque indole ostendi potest, eas ad inspiciendum delectationis causa ab Isocrate scriptas esse (v. Cic. Orat. II, 37. et Quinctil. X, 1, 79.) et (auctore Hieronymo apud Dion. Halic. c. 12.) μήτε τόνον, μήτε πάθος, μήθ' ὑπόκρισιν δύνασθαι φέρειν. Non major autem fides quam Pseudo-Plutarcho Philostrato est habenda, qui in Vit. Sophist. p. 503. tradit, Isocratem Panegyricum Olympiae recitasse. Multo enim verisimiliora sunt quae Anonymus in Vit. Isocr. ed. Dindorf. p. IX. tradit his verbis: οὕτως ἦν δειλὸς καὶ αἰδήμων καὶ μὴ φέρων λέγειν ἐν τοῖς πλήθεσι διὰ τὸ ἀπαῤῥησίαστον, ὥστε λέγεταί ποτε ὡς αὐτοῦ ἐξηγουμένου ἐπεισῆλθον τινὲς αὐτοῦ ἀκοῦσαι· ὁ δὲ αἰδούμενος ἐσιώπησεν. coll. Pseudo-Plut. 838. et Isocr. Phil. 98. — Si igitur oratio haec nomen non accepit ab iis, ad quos est scripta, videndum est, ne nomen acceperit ab iis, de quibus est scripta. Tertia enim ratio, quam iniit Stephanus, nullo modo probari potest. Nam hoc jam prorsus inauditum est orationem aliquam nomen quoddam ob praestantiam accepisse. Deinde ne laus quidem est, si oratio digna censetur, quae coram Areopago habeatur. Constat enim non licuisse coram Areopago prooemiis, epilogis ceterisque ornamentis dicendi in quibus ars oratoris cernitur, uti (cf. Arist. Rhet. I, 1. Jul. Poll. supr. laud. Luc. de Gymn. l. l. et Interpret.

Hermog.). Probabiliora igitur sane sunt quae Bréquigny et Auger. de hac re statuerunt monentes, Areopagiticam dici orationem ob nihil aliud quam quod ibi multa mentio fiat Areopagitici senatus. At hanc quoque rationem habere quo offendere possit, recte animadvertit Bergmannus. Hinc altius et ex consilio argumentoque orationis ipso res repetenda esse videtur. *Non enim hac de causa oratio Areopagitica est nuncupata quia multa Areopagi fit mentio, sed quia orator in tota oratione nihil aliud vult, nisi ut Areopagus in pristinam restituatur dignitatem.* Recte quidem dixit Augerus orationis propositum hoc esse, emendare praesentem reipublicae statum et rempublicam veterem revocare. At summum discrimen inter utramque reipublicae conditionem recentem et veterem in ipsa vel majori vel minori Areopagi auctoritate ex Isocratis sententia positum erat, cf. p. 147. ubi aperte dicit, causam cur prioribus temporibus res tam bene gessissent Athenienses, in Areopago positam fuisse. Nec mirum est quod Isocrates Areopagum tanti fecit. Erat enim eodem modo quo praeceptor Socrates ejusque discipuli Plato et Xenophon plebis imperio infestissimus; id quod tum ex vita tum ex scriptis ejus patet. Uti enim Plato amicus Dionysii, uti Xenophon Agesilai, sic Isocrates amicus laudatorque Salaminiorum regum fuit. Hinc non mirum est, quod ad Dionysium scripsit Phil. 98., nec Philippi imperium sprevit, dummodo ille pro

Graecis contra Persas pugnaret. Nec minus discipuli ejus laudatores tyrannorum sunt facti. Philistus enim scripsit historiam Dionysii, et Theodectes, Isocrates Apolloniates, Theopompus et Naucrates de praemio in laudando Mausolo certarunt (Suid. s. v. Ἰσοκράτης). Inde jam laudes explicabis, quas Lacedaemoniis tribuit (Nicocl. 31. d. Archidam. pluribus in locis, Areopag. 152. Panath. 282. sqq.), et acerbam vituperationem quam cives saepissime in ejus orationibus subeunt (Paneg. 52. de Pace et Areopag.); inde locum Nicoclis 20. c. et sqq. ubi demonstrat, imperium unius ceteris praestare. Optimatum autem parti studens non poterat non optare, ut Areopagus in pristinam restitueretur dignitatem. Hujus enim senatus auctoritate minuta sublata simul erat civium optimorum potestas auctumque plebis imperium. Nam cum Areopagitae non sorte sed suffragriis eligerentur et in suffragiis ferendis cives opulentiores semper habeant quo praevaleant, Aristotele de civ. IV, 9. coll. II, 10. recte monente: *δοκεῖ δημοκρατικὸν μὲν εἶναι τὸ κληρωτὰς εἶναι τὰς ἀρχας, τὸ δ' αἱρετὰς ὀλιγαρχικὸν*, inde jam patet, cur hoc concilium plebi ἐπαχθὲς et ὀλιγαρχικὸν visum sit (Plut. IX, 213. ed. R.). Huc autem accedebat, quod Areopagitae non ex omnibus, sed ex primoribus tantum et opulentissimis civium classibus eligebantur, Plut. Sol. 19. et Arist. 1., ita ut videas, quo jure civium optimorum potestas in Areopagi potestate sita fuisse dicatur, quam se-

cundum Solonis instituta satis magnam fuisse ex ipsa hac oratione potest colligi. Cura enim ejus non quidem in eo posita erat, ut novas ferret leges, sed ut antiquas servaret (148. et 145. c.); nec in eo, ut singulas civium lites dijudicaret, sed ut caveret, ne a judicibus et magistratibus injusti quid perpetraretur (151.), neque tam in eo, ut cives coercerentur quam ut bene educarentur (148. c.), neque tam ut pauperes publice alerentur quam ut operibus faciundis occuparentur (148. d.). Quibus si addis judicia quae iis de gravissimis criminibus, de caedibus factis et de sacrilegiis ferenda erant, facies cum Cicerone l. l. dicente, rempublicam Atheniensium regi concilio Areopagi. At quo magis potestas optimatum hac Areopagi potestate nitebatur, eo molestius eam quicunque populi imperio studebant, ferebant. Hinc fiebat ut Pericles per Ephialtem auctoritatem hujus concilii imminuere studeret. Quod quomodo sit factum ex hac ipsa oratione fortasse concludi poterit. Primum enim *αἵρεσις* et *δοκιμασία* mutata esse videtur (147. c.), ita ut nunc jam non amplius quaereretur, num quis bene esset natus probumque se gesseiset cum in vita privata tum in muneribus administrandis. Dicit enim Isocrates 147. b. olim neminem in hunc ordinem esse admissum nisi qui honesto loco natus et virtute ac modestia vitae spectatissimus fuerit, nunc autem omnia quae ad eligendi et probandi rationem pertineant, negligi. Videntur igitur eodem modo quo archontes, ex

quorum numero eligebantur, sorte esse electi, quod fortasse ex verbis quae p. 144. leguntur, concludi poterit, ubi Isocrates de majoribus, qui civitatem ex Solonis et Clisthenis institutis administraverint, dicit: *ᾤκουν τὴν πόλιν οὐκ ἐξ ἁπάντων τὰς ἀρχὰς κληροῦντες, ἀλλὰ τοὺς βελτίστους καὶ τοὺς ἱκανωτάτους ἐφ' ἕκαστον τῶν ἔργων προκρίνοντες*, quae verba quominus de archontibus intelligantur, hoc impedit, quod hi jam ex Clisthenis institutis sorte eligebantur, Dem. c. Timocr. 747. Cum autem nunc jam de Areopagitis ipsis non amplius quaereretur, quales se prius praebuerint, hoc sponte inde secutum esse videtur, ut etiam eorum non amplius esset de aliorum moribus quaerere, quod colliges ex verbis quae 147. d. et seqq. leguntur. Hinc non amplius quaerebant, unde cives sibi victum pararent p. 146. d. et seqq. nec quid juvenes agerent 148. b. et sq., quamquam etiam nunc sophronistae juvenum erant moderatores, 147. et si Pseudo-Aeschini in Axioch. 8. fides est habenda Areopagus non omnem deposuerat curam in hac re. Sed praecipue potestas Areopagi eo imminuta esse videtur, quod iis non amplius licebat, eos qui magistratus male gesserant notare et qui res bene administraverant, laudare, id quod patere videtur ex verbis quae p. 151. leguntur. Postquam enim exposuit orator, quam corrupti nunc sint civium mores pergit ita: *Ὧν οὐδὲν ἦν ἐπ' ἐκείνης τῆς βουλῆς· ἀπήλλαξε γὰρ τοὺς μὲν πένητας*

τῶν ἀποριῶν ταῖς ἐργασίαις καὶ ταῖς παρὰ τῶν ἐχόντων ὠφελείαις, τοὺς δὲ νεωτέρους τῶν ἀκολασιῶν τοῖς ἐπιτηδεύμασι καὶ ταῖς αὐτῶν ἐπιμελείαις, τοὺς δὲ πολιτευομένους τῶν πλεονεξιῶν ταῖς τιμωρίαις καὶ τῷ μὴ λανθάνειν τοὺς ἀδικοῦντας, τοὺς δὲ πρεσβυτέρους τῶν ἀθυμιῶν ταῖς τιμαῖς ταῖς πολιτικαῖς καὶ ταῖς παρὰ τῶν νεωτέρων θεραπείαις. coll. p. 145. Inde autem explicandum esse videtur, quod in Plutarchi Pericl. 9. legitur, Areopago plurima fuisse adempta judicia. Hue enim judicium quod de caedibus factis et de sacrilegiis ab iis exercebatur, non esse referendum ex pluribus patet locis. De sacrilegiis conferas Lys. Areop. et Pseudo-Demosth. in Neaer. 1372., de judiciis capitalibus autem quae Forchhammerus de Areopago non privato per Ephialten homicidii judicio contra Boeckhium (Kiel. 1828.) et *Hermannus*, *Vir Praestantissimus* in Dissertatione de Hyperbole Lips. 1829. p. 17 - 19. disputarunt. Haec igitur cum ita se habeant vides quid sibi Isocrates hac oratione voluerit; nihil aliud enim voluit, quam ut Areopago in pristinam dignitatem restituto plebis imperium frangeretur, civibusque optimis administratio reipublicae redderetur. Hinc etiam timebat ne videretur τὰ βέλτιστα συμβουλεύων μισόδημος εἶναι καὶ τὴν πόλιν ζητεῖν εἰς ὀλιγαρχίαν ἐμβαλεῖν. Apparet autem inde, quam apte haec oratio Areopagitica sit nuncupata. (*B.*)

Sequitur ut de orationis argumento ejusque tractandi ratione dicamus. Qua de causa ad dicendum accesserit orator, jam inde ab initio declaraverit, cum diceret sese περὶ σωτερίας τὴν πρόσοδον ποιήσασθαι, quod ut haud male Wolfius monuit, idem valet ac si latine dicas, de eo dicere providendum esse ne quid respublica detrimenti capiat, uti et docent sequentia. Quo autem consilio (ἥντινα γνώμην ἔχων) cum res Atheniensium satis prosperae viderentur, de eo providendum esse censeret, docent haec ex ultimo capite: ἡγούμενος μὲν οὖν ἐγὼ, ἢν μιμησώμεθα τοὺς προγόνους καὶ τῶν κακῶν ἡμᾶς τούτων (odio Graecorum, contemtu barbarorum, paupertate caet. quae capitibus duobus praecedentibus enumeraverat) ἀπαλλαγήσεσθαι καὶ σωτῆρας οὐ μόνον τῆς πόλεως, ἀλλὰ καὶ τῶν Ἑλλήνων ἁπάντων γενήσεσθαι, τήν τε πρόσοδον ἐποιησάμην καὶ τοὺς λόγους εἴρηκα τούτους. Hoc ergo sibi vult, ut ad majorum imitationem Athenienses adhortetur, atque hoc consilio laudandam sibi sumsit eam reipubl. administrandae rationem, qua usi majores optime rem gesserant et in qua sola civitatis salus posita erat. Docent id quae cap. V. in f. et VI. leguntur: ὑπὲρ ἧς usque ad κατέστησαν. Illam ergo reipublicae formam primum a Solone constitutam, deinde sopita Pisistratidarum tyrannide a Clisthene revocatam et magis magisque confirmatam, quae vero postea, inprimis postquam Periclis et Ephial-

tae opera Areopagi auctoritas labefactata erat, quod ipse Isocrates significat cap. XIX., a prudenti rerum omnium administratione, quae aequa *ἀριστοκρατίας* ac *δημοκρατίας* mixtura sive conjunctione efficiebatur, in intolerabilem plebis insanientis dominationem bonorumque magistratuum inopia, in omnis generis turpissimam licentiam, *εἰς ὀχλοκρατίαν καὶ ἀναρχίαν*, ab altera vero parte in paucorum tyrannidem sive *ὀλιγαρχίαν* conversa fuerat (cf. Wolfius initio Annot.); illam, inquam, pristinam reipublicae formam in praesentis et corrupti rerum status locum restituendam esse, summum est dicentis consilium dicendorumque argumentum. In quo pertractando ita versatur ut utriusque reip. formae virtutes, vitia, commoda, incommoda exponat. Summam omnium paucis verbis complexus est Photius l. c. *Καὶ ὁ Ἀρεοπαγιτικὸς δὲ*, inquit, *τῶν συμβουλευτικῶν ἐστὶ, προτρέπων τοὺς Ἀθηναίους ἐπ' ἀρετὴν, ἐξ ἐπαίνου μὲν τῶν προγεγονότων, καταδρομῆς δὲ τῶν ἔτι τῷ βίῳ περιόντων.* Majore ubertate et orationis elegantia Dionysius Halicarnassensis in Vita Isocratis c. 8. insigni loco, quem plerique editores argumenti loco operi Isocrateo praefixerunt, nos huc referre maluimus, censentes Dionysium non adeo argumentum sibi conscribendum sumsisse, quam praestantiam operis ostendere voluisse, de hac oratione ita disserit: *Τίς δὲ τὸν Ἀρεοπαγιτικὸν ἀναγνοὺς λόγον οὐκ ἂν γένοιτο κοσμιώτερος;*

ἢ τίς οὐκ ἂν θαυμάσειε τὴν ἐπιβολὴν *) τοῦ ῥήτορος; ὃς ἐτόλμησε διαλεχθῆναι περὶ πολιτείας Ἀθηναίοις, ἀξιῶν μεταθέσθαι μὲν**) τὴν τότε καθεστῶσαν δημοκρατίαν ὡς μεγάλα βλάπτουσαν τὴν πόλιν, ὑπὲρ ἧς [τῶν] δημαγωγῶν οὐθεὶς***) ἐπεχείρει λέγειν· θεωρῶν εἰς τοσαύτην αὐτὴν προεληλυθυῖαν ἀκοσμίαν, ὥστε μηδὲ τοὺς ἄρχοντας ἔτι τῶν ἰδιωτῶν κρατεῖν, ἀλλ' ἕκαστον ὅ τι καθ' ἡδονὴν αὐτῷ γίνοιτο καὶ ποιοῦντα καὶ λέγοντα καὶ τὴν ἀκαι-

---

*) τὴν ἐπιβολὴν τοῦ ῥήτορος] id est ἔννοιαν, ἐγχείρησιν, id est, cogitationem, conatum seu institutum. Suidas elegans Polybii dictum citat, quod adscribendum censui: ἔστι μὲν γὰρ ὅτε καὶ ταὐτόματον ἀντέπραξε ταῖς ἐπιβολαῖς τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν, ἔστι δ' ὅτε πάλιν κατὰ τὴν παροιμίαν ἐσθλὸς ἐὼν ἄλλου κρείττονος ἀντέτυχεν, id est, nam alias fortuna etiam praestantium virorum conatibus adversatur, alias, ut proverbio dicitur, fortis et ipse quidem, at fortior alter adest. Verbum ἐπιβάλλειν Aristoteles etiam in hac significatione II. Πολιτικῶν (c. 4.) capit, ὅταν ἐπιβάλῃ περὶ τῆς τοιαύτης πολιτείας ἡ σκέψις: id est, cum de tali republica disputatio instituetur: vel ut Strebaeus vertit, cum dabitur de ejusmodi republica disputandi locus. Nisi quis accipere malit: ὅταν προσῆκον ἔσται σκέψασθαι, quum disputare de hac conveniat. (*Wolf.*) Nos eodem modo Vorwurf dicimus. Polybius autem vocem frequentissime hac significatione adhibuit. cf. Histor. I, 4. 2. I, 88. 2. IV, 1. 8. Idem ἐπιβάλλεσθαι II, 1. 2. II, 2. 6. et sic saepius. (B.)

**) μεταθέσθαι μέν] Huic respondet infra ἀνασώσασθαι δέ. (*Auger.*)

***) τῶν δημαγωγῶν οὐθεὶς] Libri antiqui δημαγωγῶν οὐθείς. Articulum jam Wolfius addidit. *Cor.* οὐδείς. οὐθενὶ infra quoque libri habent. (*B.*)

ρον παῤῥησίαν δημοτικὴν ἐξουσίαν ὑπὸ πάντων νομιζομένην· ἀνασώσασθαι δὲ τὴν ὑπὸ Σόλωνός τε καὶ Κλεισθένους κατασταθεῖσαν πολιτείαν· ἧς τὴν προαίρεσιν καὶ τὰ ἔθη *) διεξιὼν δεινότερον μὲν ἡγεῖσθαί φησι τους τότε ἀνθρώπους τὸ τοῖς πρεσβυτέροις ἀντειπεῖν ἢ [τὴν τάξιν λύειν] **)· δημοκρατίαν δὲ αὐτοὺς νομίζειν οὐ τὴν ἀκολασίαν, ἀλλὰ τὴν σωφροσύνην· τὸ δὲ ἐλεύθερον οὐκ ἐν τῷ καταφρονεῖν τῶν ἀρχόντων, ἀλλ' ἐν τῷ τὰ κελευόμενα ποιεῖν τίθεσθαι· ἐξουσίαν τε οὐθενὶ τῶν ἀκο-

---

*) ἔθη] Ἀντὶ τοῦ παρ' ἅπασιν, ἔθη, δεῖν γράφειν ὑπέλαβον, ἤθη, διὰ τὸ οὕτω γεγράφθαι ἐν τοῖς ἐκδεδομένοις τοῦ Διονυσίου συγγράμμασιν ὑπὸ τοῦ Ῥεϊσκίου (Τομ. Ε, σελ. 550.), καὶ ὅτι μονονοὺ δι' ὅλου τοῦ λόγου Ἰσοκράτης ἠθῶν οὐκ ἐθῶν μνημονεύει, καίπερ ἑκατέρου τοῦ ὀνόματος ταὐτό πως σημαίνοντος· ὡς γάρ φησιν Ἀριστοτέλης (Ἠθ. Νικομ. Β, ά.) „ἡ ἠθικὴ ἐξ ἔθους περιγίνεται, ὅθεν καὶ τοὔνομα ἔσχηκε, μικρὸν παρεγκλῖνον ἀπὸ τοῦ ἔθους." (*Coraes*). Non secutus est Bergmannus: recte. Est enim hic eodem sensu dictum quo Dem. Olynth. III, 34. τούτῳ τῷ ἔθει καὶ τῷ τρόπῳ τῆς πολιτείας χρῆσθαι coll. in Androt. 610. (*B.*)

**) τὴν τάξιν λύειν] Pro λύειν forte legendum λιπεῖν. (*Aug.*) Non male. Etsi enim utrumque eundem sensum reddit, posterius tamen in hac phrasi usitatius. (*Langius.*) Equidem omnino censeo, haec verba non esse a Dionysio profecta. Oppositio enim, quae his in verbis inest, valde est inepta. Huc accedit, quod in oratione ipsa p. 149. multo aptius ἢ νῦν περὶ τοὺς γονέας ἐξαμαρτεῖν legitur. Fortasse Dionysius ἢ τους τοκέας λυπεῖν scripsit. Certe λύειν minime in λιπεῖν mutandum, cum λύειν aptius etiam sit significans: ordinem non servare, i. e. imperio morem non gerere. (B.)

λάσσων ἐπιτρέπειν, ἀλλ' ἐν τοῖς βελτίστοις*) ἀνατιθέναι τὰς ἀρχὰς, τοιούτους ἔσεσθαι τοὺς ἄλλους ὑπολαμβάνοντας, οἷοίπερ ἂν ὦσιν οἱ τὴν πόλιν διοικοῦντες· ἀντὶ δὲ τοῦ τὰς ἰδίας οὐσίας ἐκ τῶν δημοσίων ἐπανορθοῦν τοὺς ἰδίους πλούτους εἰς τὰ κοινὰ καταχορηγεῖν**). χώρις δὲ τούτων πλείω τὴν ἐπιμέλειαν ποιεῖσθαι τοὺς πατέρας τῶν υἱῶν ἀνδρῶν γενομένων, ἢ παίδων ὄντων ἐποιοῦντο· ἐνθυμουμένους ὡς οὐκ ἐξ ἐκείνης τῆς παιδείας***), ἀλλ' ἐκ ταύτης τῆς σωφροσύνης μᾶλλον ὠφελεῖται τὸ κοινόν· κρείττονά τε ὑπολαμβάνειν τὰ χρηστὰ ἐπιτηδεύματα τῆς ἀκριβοῦς νομοθεσίας, σκοποῦντας οὐχ ὅπως ταῖς τιμωρίαις τοὺς ἁμαρτάνοντας ἀνείρξουσιν, ἀλλ' ὡς μηδὲν ἄξιον ζημίας ἕκαστον ἐπιτηδεύειν †)· καὶ τὴν μὲν

*) ἀλλ' ἐν τοῖς βελτίστοις] Sic edit. Mediol. et Hagan. vulgo: ἀλλὰ τοῖς βελτίστοις. Attulit Chr. Fr. Matthaei in Dissert. de Dionysio Halicarnassensi Vitembergae 1789. 4. locum ex Phurnuto de nat. deor. p. 181. οἱ πλείους μέντοι ἐν τῇ Ἀθηνᾷ καὶ τῷ Ἡφαίστῳ αὐτὰς (τὰς τέχνας) ἀνατιθέασι. (*B.*)

**) καταχορηγεῖν] Ἐξ ἡμετέρας διορθώσεως ἀντὶ τοῦ καταχορηγήσειν· ἀνθ' οὗ Οὐόλφιος καταχορηγῆσαι. (*Cor.*) Wolfium secutus est cum ceteris editoribus Bergmannus. (*B.*)

***) παιδείας] παιδιᾶς (puerili aetate) correxi ex orationis c. 14. unde Dionys. haec hausit, ubi e voce ἀκμαῖς et sequentibus παῖδες ὄντες vera lectio progreditur. (*Lang.*) cf. annot. ad locum Isocr. c. XIV. (*Bergmann.*)

†) ἕκαστον ἐπιτηδεύειν] Διορθοῦσι τὸ τέλος τοῦ χωρίου ὁ μὲν Ῥεΐσκιος (Διονυσ. Ἁλικαρν. Τ. Ε.

πατρίδα δεῖν οἰομένους ἐν ἐξουσίᾳ διάγειν μεγάλῃ, τοῖς δ' ἰδιώταις μηδὲν ἐξεῖναι ποιεῖν ὅ τι ἂν οἱ νόμοι κωλύωσι· καρτερεῖν δὲ τὰ δεινὰ καὶ μὴ ἐκπλήττεσθαι ταῖς συμφοραῖς.

Haec ille. Nos pauca adjungamus de argumenti tractandi ratione sive de ea, quam dispositionem vocant rhetores.

De exordio, quod capp. V. prioribus continetur, vere utique judicavit Wolfius ad verba cap. IV. καὶ ταῦτ' εἰκότως καὶ ποιοῦμεν καὶ πάσχομεν: „Quia," inquit, „apud Areopagitas neque exordiis uti, neque movere affectus licebat, in hoc principio non magnopere curantur praecepta exordiorum. Etsi enim loci benevolentiae et attentionis passim in eo sparguntur: reprehensione tamen magna ex parte constat. Primum recensetur inanis fiducia Atheniensium (c. I.). Deinde ostenditur, ut felices et potentes revera essent, fortunae tamen non esse fidendum, exemplis adductis (cap. I. II. III.). Tertio loco negat eos esse fortunatos: ac potius in periculo constitutos re male gesta demonstrat (c. IV.). Nunc quarto loco αἰτιολογίαν subjicit calamitatum eaque ratione commode ad propositionem accedit: corrigendam et ordinandam esse rempublicam, quod labe-

σελ. 683.) γράφειν παραινῶν, ἕκαστος ἐπιτηδεύῃ· ὁ δ' Αὔγηρος, ἕκαστος ἐπιτηδεύσει. (*Cor.*) Probo quod nec Coraes nec Bergmannus secutus est, ὡς hic consilium indicat. cf. Bornemannum in Diar. litt. Lipsiens. ann. 1829. N. 71. (*B.*)

factata disciplina et superiorum calamitatum causa fuerit, et nisi ea in integrum restituatur, majores impendeant (cap. V. VI. et VII.)."

Exordium et propositionem excipit ipsius argumenti proprie ita dicta pertractatio constans comparatione veteris reipublicae formae a Solone et Clisthene constitutae cum ea, quae ipsius aetate obtineret, inde a cap. VII—XXII. Primum de civitatis constitutione universe loquitur cap. VIII—X. Deinde ad singulas ejus partes et vitae quotidianae consuetudinem transit agitque cum de cultu Deorum c. XI., tum de ditiorum pauperiorumque mutua necessitudine et concordia cap. XII., tum etiam causam rei exponens c. XIII. de liberorum institutione et honestatis cura Areopagi senatui mandata, de cujus senatus laudibus, sapientissimoque ejus instituendi majorum consilio et ad honestam vitae rationem servandam et ad scelera praevidenda et occupanda et ad omne commodi genus civitati afferendum, deinceps usque ad c. XXII. ita disserit, ut Solonis rempublicam oculis quasi cernere tibi videaris.

De hac autem utriusque reipublicae formae comparatione ante omnia hoc tenendum est, in ea ita versari Isocratem, ut in laudibus majorum reprehensio suae aetatis, in hujus reprehensione laus majorum cernatur; sive, ut aliis verbis utar, plerumque eam constare commemoratione vitiorum, quibus illa careret, praesens premeretur, et praedicandis virtutibus beniisque, qui-

bus illa abundaret et excelleret, haec careret. Animadvertit hoc jam omnium interpretum primus atque haud scio an princeps dicendus, Wolfius, annot. ad initium cap. VIII.: οἱ γὰρ κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον κ. τ. λ. „Descriptio," inquit, „veteris laudataeque reipublicae κατ' ἀφαίρεσιν καὶ θέσιν tractata. Nec enim id tantum dicit, quod fecerint illi, id est τὰ δέοντα, quod nunc non fiat: sed etiam quid non fecerint, id est τὰ γιγνόμενα, quod nunc fiat." Et passim in commentario hac de re monuit. Conferantur etiam Photii verba modo laudata: inprimis quae e Dionysio Hal. retulimus, quae si quis contulerit cum locis Isocrateis, quae ista scribens in animo habebat, videbit eum idem sensisse et illustrare voluisse. Nos quoque operam dabimus, ut in praecipuorum locorum interpretatione idem ostendamus. Vid. animadversiones nostrae ad capp. VIII., XII., XVIII., XIX. Pertinet haec observatio non solum ad artificii rhetorici, quo ad evitandam reprehensionis acerbitatem invidiamque depellendam orator usus sit, intelligentiam, neque ad orationis tantum elegantiam pulchritudinemque sentiendam ejusque consilium perspiciendum; sed etiam haud parum confert ad civitatis formam, mores et vitae consuetudinem Atheniensium cognoscendam; cum quae Solonis eumque proxime secuta aetate fuerint, tum quantum de majorum virtute ac severa disciplina desciverint, atque in ignaviam, gravissimarum rerum incu-

riam, luxuriam, morum corruptelam atque omni reprehensione dignam licentiam inciderint, et quousque jam Isocratis aetate prolapsi fuerint: quae vitia in causa fuisse amissae Graecorum libertatis, quae fusis Atheniensium sociorumque copiis ad Chaeroneam a Philippo Macedone Isocratis senectuti morte finem imposuit, non dubitandum est. Cf. Valckenaerius in Orat. de Philippo Mac. p. 241 et 272., ibique annotationes.

Diximus de artificio rhetorico. Id in reliqua orationis parte aeque ac in superiore elucet. Inde a cap. XXIII — XXV. occurrit Isocrates reprehensioni adversariorum, qui objicere poterant eum operam inanem ludere, et periculum esse ne novarum rerum studiosus videretur. Non nova se sed vetera atque omnibus nota suadere dicit, indeque maxime suam sententiam apparere, quod in plerisque orationibus paucorum cupiditates reprehendisset, aequam populi dominationem, τὰς δημοκρατίας, laudasset, quas sciret vel tum, cum non essent optime constitutae, tamen longe praestare ταῖς ὀλιγαρχίαις. Quod ut ostendat atque odium, si quod forte sibi contraxisset, diluat, praesentis ab omnibus reprehensae reip. formae cum XXX virorum tyrannide comparatae laudationem (quamquam sese a proposito averti sentiebat) suscipit, capp. XXV — XXIX. Quod cum fecisset eique denuo objici posset, cur tandem eam civitatis administrationem, quam modo

tantopere laudavisset, abrogandam aliamque ejus loco substituendam censeret: ita dicenti sic occurrit cap. XXX. ut contendat Athenienses non satis sibi ducere debere si paulo meliores essent pessimis civibus, XXX tyrannis, sed graviter ferre quamdiu majoribus pejores essent. Inde ad pristinum argumentum redit ac rursus incidit cap. XXXII. in laudes fortitudinis et ingenii, quibus majores excelluerant, sed a quibus cap. XXXIII. eorum posteri h. e. sui aequales turpiter degeneraverant, ita ut illae ipsis dedecori essent: quod dum agit se ipsum eorum numero non excludit, sed invidiae minuendae causa per κοίνωσιν prima persona utitur ἡμεῖς. Mox tamen isti vituperationi, ne propositum plane desereret, fine imposito, perorandi initium facit cap. XXXIV., atque utilis et noxii ratione inita aggreditur brevem comparationem sive potius ἀνακεφαλαίωσιν praecipuorum commodorum, quae prudens reip. forma majorumque disciplina civitati olim attulerant calamitatumque et periculorum, quorum praesens perversa rerum administratio et ignavia civium causae exstiterant: cap. XXXV—XXXVIII. Postremo consilii quo ad dicendum prodierat, brevi facta significatione et re judicio Areopagitarum commissa, qui quod optimum civitati ipsis videretur eligerent, dicendi finem facit cap. XXXIX.

Comparationes ejus generis, quod postremo loco diximus, apud oratores non sunt infre-

quentes. Simili arte usus est Demosthenes Olynth. III. et περὶ συντάξεως ed. Reisk. p. 34 et seqq. et 174 et seqq. Lycurgus adv. Leocratem p. 165. et seqq. ed. Reisk. contulit veterum temporum felicitatem cum infelici et servili civitatis Atheniensis totiusque Graeciae conditione, quae pugnam Chaeronensem est consecuta. Quae loca cum argumento hujus orationis contulisse operae pretium fuerit. (*Bergmann.*)

Neque Bergmannus neque Augerus qui haec habet: „(oratio) non constat certis partibus, quae definiri queant. Per totum discursum nonnullis praemissis laudatur respublica vetus collata cum praesenti: fiunt excursus aliqui quos notabimus" satis perspexisse videntur, quaenam sit orationis partitio. Ipsi igitur nunc partes orationis breviter describamus:

Prooemium: Temere opibus, quibus respublica nunc gaudet, confidete p. 140. Nam

1) Res secundas excipere solent res adversae p. 141.
2) Res vestrae non tam bene se habent, quam vobis habere videntur p. 141.
3) Civitas, quae bonis caret institutis omnino rebus secundis non diu frui potest p. 142.

Propositio. Hinc jam locuturus sum de republica, quae civibus post Solonis et Clisthenis tempora erat et quae multo praestat ei, qua nunc utimur p. 143.

Pars I. Praestantia ejus, quae cernebatur
1) in administranda civitate in universum p. 144.
2) in ratione, qua in vita communi cives se gerebant p. 145. eaque apparebat
a) in pietate, qua Deos colebant p. 145.
b) in benevolentia, qua cives se amplectebantur p. 146.

Pars II. Causae, cur res suas tam bene administraverint; eaeque positae erant in Areopago instituto p. 147.
1) Quaenam omnino hujus senatus fuerit praestantia p. 147.
2) Singularis ejus laus
a) ob curam, quam posuit in bonis civium moribus servandis p. 148.
b) ob curam, quam adhibuit in juvenibus educandis p. 149.
c) ob egregios fructus, quos tulit haec Areopagitarum diligentia p. 150.

Pars III. Refutatio adversariorum, qui dicent
1) oratorem imperio paucorum studere. Quod tamen non verum esse colligi potest
a) ex vera consilii, quod dederit ratione p. 151.
b) ex iis, quae prioribus temporibus de rebus publicis disseruerit p. 152.
c) ex eo, quod etiam praesentem reipublicae statum, quem omnes reprehen-

dant, praestare censeat imperio paucorum p. 153.

2) mutationem quam suaserit, non esse necessariam, quia in praesenti rerum statu multa sint, quae ex oratoris ipsius sententia recte laudari possint p. 154. At his potest opponi:

a) quod homines ingenui nobilibusque majoribus nati non debent acquiescere in iis, quae sunt minus prava, sed potius ea appetere, quae sunt optima p. 155.

b) quod periculum est, ne qui eodem modo quo antea rempublicam administrant idem etiam patiantur quod antea p. 156.

c) quod praesens rerum status aperte pejor est, quam quo majores sunt gavisi p. 156.

Epilogus: Vestrae et aliorum salutis causa mihi qui haec suasi, obtemperetis p. 157.

Iis autem, quae Bergmannus supra de laudibus hujus orationis disseruit, id addatur, hanc quoque orationem, uti fere omnes Isocratis orationes, ita esse comparatam, ut ne oratorem quidem ipsum latere potuerit, se ea id quod vellet, minime esse assecuturum (p. 151. e). Oratio Panegyrica autem et quam de pace scripsit Isocrates non tantum eodem vitio laborant quo haec, sed etiam eodem modo comparationibus veteris reipublicae conditionis cum praesenti insignes sunt. (*B.*)

Superest tertio loco difficilior quaestio de tempore, sive, quo aetatis anno eam orationem scripserit Isocrates. Nihil hac de re veteres, pauca recentiores in medium attulerunt: ut ex ipso operis argumento aliisque indiciis responsio petenda sit. Nonnisi Wolfius et quem supra laudavimus, auctor Gallicus aliquid monuerunt. Ille annot. ad verba e cap. I.: *ὧν ὑπαρχόντων κ. τ. λ.* ita disputavit, ut appareat illum in ea versatum sententia, scriptionem hujus orationis secutam victoriam navalem Cononis, antecessisse bellum sociale et scriptam orationem de pace: „Ex hac," inquit, „enumeratione copiarum Atheniensis reipubl. colligitur orationem hanc scriptam esse post navalem Cononis victoriam, qui patriae dignitatem pristinam restituit, quam filius ejus Timotheus, felicissimus imperator, et conservavit et amplificavit. Etsi autem in hac oratione mentio nulla fit Philippi: tamen urbium Thraciae amissionem (vid. c. IV.) nullam ego quidem aliam novi, nisi eam, cum Olyntho expugnata etiam caeterae in ejus potestatem ceciderunt. Nam Thraciae quidem reges quorum prima Olynthiaca mentionem facit Demosthenes, *ἀκύρως ἄγαν πόλεις* vocarentur. Sed utut et *χρονολογία* et *ἱστορία* se habeant, cum videret Isocrates honestam disciplinam labefactari et multa temere geri ex fiducia virium: mature monuit, occurrendum esse his periculis, quae temeritatem consequi soleant: ut vates potius quam

orator fuisse videatur. „Nec enim ita multo post propter Atheniensium tyrannidem Chii et Rhodii et Coi et Byzantii aliique eorum socii bellum iis intulerunt, quod ὁ συμμαχικὸς πόλεμος dicitur: de quo agit in oratione περὶ εἰρήνης.“ Fluctuavit Wolfius et in annotat. ad cap. IV. de Thebanis aperte fassus est temporum rationes sibi non satis perspectas esse. Alter autem ille scriptor quem diximus, annum scriptae orationis accuratius definire tentavit. Censet op. l. p. 87. cum propter mentionem Lacedaemoniorum contra Thebanos ab Atheniensibus auxilia petentium (vid. cap. XXVIII.) tum epistolarum recens a Persiae rege missarum, in quibus Athenienses parum honorifice tractaverat (c. XXXVII. in f.); ratione temporum adhibita scriptionem ejus ponendam esse in annum a. Ch. 368. (laudans ad h. a. Usserium) Isocratis LXVIII. Eamque sententiam secutus est in conficienda tabula chronologica operum ejus, p. 124. Ex mea quidem sententia seriora sunt hujus libri tempora. Primum de eo nullum dubium est, quin cap. XXVIII. uti et III. mentio fiat temporum, quae Leuctricam pugnam, quae fuit anno a. Ch. 371. proxime consecuta sunt, ut suo loco videbimus. Sed de epistolis regis Persarum, quae cap. XXXVII. memorantur, non aeque expedita res est, et nescio an usquam apud historicos earumdem, quas Isocrates significavit, mentio occurrat; nam saepius accidit, ut literae ab illo

in Graeciam perferrentur. Verum nequaquam haec sunt unica indicia, quae sequi in hac quaestione aut possimus aut debeamus. Contra plura alia adsunt. Mentio fit cap. I. pacis, qua terra marique Atheniensium civitas utebatur; classis ducentarum amplius triremium, quam possidebant; sociorum multorum ad opem, ubi opus esset, ferendam paratissimorum, aliorum tributa pendentium; cap. III. coll. XXXVII. renovati odii contemtusque Graecorum et inimicitiae cum rege Persarum; cap. IV. amissarum omnium Thraciae civitatum, frustra in conducticias copias consumtorum mille amplius talentorum, calumniarum, quibus a Graecis petebantur Athenienses, belli adversus barbarum orti, auxiliorum Thebanorum amicis sive sociis praestitorum, propria culpa perditorum et amissorum suorum sociorum, denique sacrificiorum laeti nuntii, quae in tot tantisque rebus adversis celebrata fuerant. Praeterea cap. XXIV. loquitur Isocrates de compluribus orationum a se habitarum, in quibus pravas paucorum imperantium cupiditates reprehendisset, atque reipubl. popularis formam laudavisset. Similiterque cap. XXXII., postquam superiori dixisset, Atheniensibus studendum esse non ut pessimis hominibus meliores essent, sed ne majoribus pejores, et cum his virtutis certamen illis ineundum esse, subjicit se haec non nunc primum, sed saepius jam et in multorum conventu dixisse: καὶ τοῦτον εἴρηκα τὸν λόγον

οὐ νῦν πρῶτον, ἀλλὰ πολλάκις ἤδη καὶ πρὸς πολλούς. Quorum ratione habita sponte eo ducimur ut statuere debeamus, cum hanc orationem scriberet Isocrates, eum jam multas quin reliquarum plerasque edidisse: atque adeo non tantum post editum Panegyricum, cujus hoc praecipuum est argumentum ut majorum fortia facta suis ad imitationem proponat, ac de quo merito dicere poterat se dixisse coram multis, πρὸς πολλούς: scripta enim erat ista oratio ut in publico Graecorum conventu πανηγύρει, unde etiam nomen habet, recitaretur; ejus autem scriptae tempus ex Mori quidem sententia incidit in Olympiadem XCVII. vel XCVIII. hoc est, intra annos a. Ch. 388. et 380.*): sed etiam post tempora belli socialis Atheniensium contra socios, quod fuit inde ab anno 358—356., et scriptae orationis de pace, περὶ εἰρήνης, qua de hoc bello agitur; idque inprimis egit Isocrates ut injustas paucorum cupiditates increparet, temerariam rerum publicarum administrationem vituperaret majorumque qui tempore bellorum Persicorum vixerant, aequitatem et virtutem solas aemulatione dignas esse ostenderet. Vide ibi p. 166. D. et alibi. Deinde si ad uberem illam, quam diximus, rerum gestarum enumerationem attenderis, nulla alia tempora intelligi posse opinor, quam quae in extremam oratoris

*) Rectius in Ol. 99, 4. vel 100, 1. dices. v. Spohnii Coroll. de ann. ed. Paneg. p. XXX — XXXIX. et ed. Dindorf. XVII — XXVI. (Bl)

senectutem cadant. Nam quod Wolfius ait nullam aliam se nosse urbium Thraciae amissionem, nisi eam, cum Olyntho expugnata etiam ceterae in Philippi potestatem ceciderunt; id rectissime animadversum puto ut loco laudato, sic in annot. ad cap. IV., ubi vid. et nostra animadversio. Quod vero propterea miratur nullam fieri Philippi mentionem, eam ab illo non animadversam revera fieri censemus, si modo eodem cap. ὁ βάρβαρος non de rege Persarum, sed de Philippo intelligatur, ut intelligi debere verosimillimum est. Quapropter minime possumus probare quod addit, Isocratem vatem potius quam oratorem egisse, ut mox secutam sociorum defectionem sibi praevisam praedixerit. Nec enim ea, quae cap. IV. leguntur, ita referuntur, ut ea aut fieri posse aut futura esse significetur, sed ea ratione ut manifesto appareat, res jam ante aliquod tempus gestas referri, ob quas etiam laeti nuntii festa celebrata fuerint. Sed ut ad Thraciae civitates redeamus, Olynthus, ut postea videbimus, expugnata est anno a. C. 348., quo tempore Isocrates annum agebat octogesimum octavum. Natus enim est orator auctoribus Pseudo-Plutarcho p. 836. E. et Dionysio Hal. in vita Isocr. p. 94, 1. (534. B. c. 1.) Olymp. LXXXVI. quinto anno ante bellum Peloponnesium, h. e. anno a. C. 436., si belli istius initium ponas in annum 431. Interea jam per aliquot annos contra Phocenses bellum sacrum gerebatur a Thebanis

eorumque sociis primum solis, deinde duce et adjutore Philippo, qui altero postea anno 346. finem ei imposuit cum gravi sacrilegorum damno. Quorum impiam causam cum Athenienses tutati essent, hinc odium Graecorum invidiamque sibi contraxerant, cum Philippo autem et hac et aliis de causis inimicitiam habuerant bellumque adversus eum gesserant: quo pertinere videntur cum quae cap. III. leguntur de odio Graecorum, tum verba e cap. IV.: *πρὸς δὲ τοὺς Ἕλληνας διαβεβλημένοι καὶ τῷ βαρβάρῳ πολέμιοι γεγονότες*, ut suo loco videbimus. Non autem usque ad finem belli duravit inimicitia cum Macedone. Metuens enim ne diuturnitate belli pressi Thebani Atheniensium societatem peterent, Philippus illis auxilia, his pacem promisit, narrante Demosthene de Corona p. 231. Pacis conditiones accipiunt Athenienses. Ipso autem suasore Demosthene mox legati ad regem mittuntur qui de foedere cum eo agant. In his Aeschines fuit, qui inde pacis auctorem arguit Demosthenem, adv. Ctesiph. p. 176. et sqq. (62. ed. Steph.). Demosthene culpam in illum transferente pag. 231. et sqq. Philippo autem in Thracia commorante ibique omnia sibi subjiciente legati per tres menses otiosi in Macedonia consident. Subito ille e Thracia per Thermopylas in Phocidem transit bellumque conficit eversis Phocensium urbibus. Huc referam pacis mentionem cap. I. Nec opinatus vero de

Philippo adveniente nuntius Atheniensibus, etsi pace ab eo accepta, tantum terrorem injecit, ut, ac si infesto animo Macedo adventaret, omnia ex agris in urbem comportanda esse decernerent, referentibus itidem Demosthene pag. 237. Aeschine p. 185. (65. ed. Steph.), quo fortasse Isocrates respexit cap. XX. Apparet certe, quamvis pacis tempore, attamen minime prosperas, sed potius lubricas atque in periculo constitutas fuisse civitatis res: quod diserte Isocrates significat cap. I. Nam dum a Philippo decipiebantur, ad hunc compositi belli gratia, ad illos odium invidiaque pervenerunt; cf. iterum Demosth. l. c. et passim alibi. Hisce autem temporum indiciis animadversis cum et reliqua, quae Isocrates refert de Thebanorum sociis servatis, suis amissis, aut non multo post aut paulo antea accidisse videantur, de quo suo loco videbimus, spero nos non plane a vero aberraturos esse, si statuamus hoc fere tempore, id est, XC. circiter oratoris anno hanc ab eo missam esse orationem ad Areopagi senatum, qui de periculoso rerum statu deliberaret, quidque optimum factu et civitati utilissimum videretur audita sive potius lecta ejus sententia decerneret; v. fin. orat.

Nolim nimium huic conjecturae tribuere. Attamen aliunde patere videtur ad extremam Isocratis senectutem hoc opus referendum esse, quippe quod scriptum videatur demum post habitam orationem de permutatione, περὶ τῆς ἀν-

τιδόσεως, quam ad annum aetatis ejus octogesimum secundum refert Pseudo-Plutarchus pag. 837. F. Cum autem orationem dico περὶ τῆς ἀντιδόσεως, non eam intelligo, quae in omnibus operum Isocratis editionibus fertur, sed eam, quam ingenti lacuna suppleta cum sua animadversione edidit Orellius; de quo in praefatione dictum est. In ista enim recens inventa hujus libri parte complura sunt, quae Areopagitico mirificam lucem affundant, partim distinctius quam in hac fit relata, partim uberius declarata, partim qui Atheniensium depravati mores obiter tantum in hac perstringuntur, eos ita increpantia, ut manifestum sit, cum illam haberet Isocrates, turpissima vitia in civitate locum habuisse et in omni vitae genere licentiam quaecunque vellet quis faciendi, obtinuisse. Vid. annot. ad capp. VI, XVIII, XXVII. Quae si jam tum ita fuerint, quis miretur octo post annis nova ea reprehensione digna censuisse oratorem atque in hac oratione Areopagitica dedita opera sibi vituperanda sumsisse? Ne autem quis dicat ea ex hac in illam postea fuisse translata, uti multa alia ex antea editis scriptis, nos quidem id facile concederemus, si in illa περὶ ἀντιδόσεως uspiam Areopagitici mentionem factam videremus, quemadmodum diserte memorantur Panegyricus, oratio de pace, oratio ad Nicoclem, libellus contra sophistas, caet., e quibus integrae ῥήσεις eaeque longiores fere verbotenus transcriptae referun-

tur. Vid. ed. Steph. p. 321 c. — 332. d. 333. b. — 342 b. 342 c. — 343. c. Orell. p. 53 — 58. et 95 — 97. Areopagiticus vero tantum abest ut usquam memoretur, ut contra quae ejus locis quibusdam simillima sunt, ea ita dicantur, ut non ex priore opere translata, sed tum primum a scriptore dicta videantur. Quod si autem jam tunc scriptus erat Areopagiticus, quid tandem causae esse poterat, cur hanc tantae praestantiae orationem, quae civilis prudentiae laudem adeo sibi vindicaret, ne semel quidem nominatim memoraret Isocrates, neque quae in ea sapientissime coram Areopagi judicibus disputaverat, itidem aut nulla aut levi mutatione ex ea referret? Nihil profecto magis ab Isocratis ingenio et consilio illius, qua se ab adversariorum calumniis liberare studebat, orationis abhorrere videtur, quam istud de suo opere silentium. Contra si aliquot annis post illam compositus censeatur Areopagiticus, haud postremum locum illa tenebit inter πλείστους illos λόγους suos, quos capp. XXIV. et XXXII. memorat. Ne dicam de argumento ejusque tractandi modo universe ita comparatis, ut quo provectiore aetate scripserit Isocrates, eo seni venerabili et sapientiae laude clarissimo digniora videantur. Ac ne quis de tanta senectute sollicitus sit, novimus postea duplo minimum longiorem orationem Panathenaicam ab eo conscriptam esse, quam nonagesimo quarto aetatis anno sese scribere aggressum esse, ab-

solvisse nonagesimo septimo ipse fatetur pag. 233. b. et 289. c. Ut merito dixerit Cicero de senect. 5. „Est etiam quiete et pure et eleganter actae aetatis placida et lenis senectus. Qualem accepimus Platonis, qui uno et octogesimo anno scribens mortuus est. Qualem Isocratis, qui eum librum, qui Panathenaicus inscribitur, quarto et nonagesimo anno scripsisse dicitur, vixitque quinquennium postea.“ Quo loco a Cicerone positum esse *scripsisse se dicit*, quod et in uno Cod. Palatino repertum fuit, comparato Isocrate p. 288. E., existimat Valckenaerius in Diatr. Euripidea c. XXIII. p. 255. a. (*Bergmann.*) *Scripsisse se dicit*, quod ego quoque unice verum esse arbitror, recepit jam Ernestius, quem secutus est *Gernhardus*, *Vir Excellentissimus*, cujus memoriam semper recolam et Orellius. Iis autem quae Bergmannus de tempore, quo sit haec oratio scripta, habet primum adjungam ea, quae G. Langius in versione Germanica Isocratis orationum, cujus primus tomus Berol. 1798. editus est, p. 280 — 282. de hac re disseruit. Verba ejus sunt haec: *Das Gemählde von Athen und dessen Verhältniss gegen die übrigen Griechischen Staaten reicht aber nicht hin, die Zeit genau anzugeben, in welcher diese Rede geschrieben ist. Es erhellet daraus bloss so viel, dass sie nach dem Siege des Konon, wodurch die Athenienser die Herrschaft zur See wieder erhielten und der Staat sein vormahliges Ansehen*

zum Theil wieder bekam, welches sein Sohn Timotheus erhielt und noch vergrösserte, geschrieben worden sey, nicht aber genau das Jahr oder der Zwischenraum einiger weniger Jahre, da sie Isokrates schrieb. Wolf, der sich um die Chronologie nicht viel bekümmert, wie er offenherzig gesteht, lässt es bey obiger allgemeinen Bestimmung schon bewenden, und Auger begnügt sich, wie gewöhnlich, damit, dass er ohne weitere Gründe das Jahr angiebt, in welchem sie ihm geschrieben zu seyn scheint. Er nennt hier das Jahr 348 v. Chr. oder das 88ste Lebensjahr des Isocrates.

In Fabric. Bibl. graec. edit. Harl. Vol. II. p. 786. *wird die Verfertigung derselben nach* Ol. 102. *gesetzt,* „post rogatos," *wie es hier heisst,* „a Lacedaemoniis Athenienses, ne se a Thebanis funditus exscindi paterentur." *Diese Bestimmung ist aus dem* 28. *Kap. der Rede entlehnt, woher sie gar nicht zu entlehnen war, und ist überdies wegen ihrer Allgemeinheit so gut als gar keine. Wenn sich aus der Rede selbst etwas Genaueres darüber bestimmen lässt, so muss es aus dem* 4. *Kap. derselben geschehen, wo die zum Beyspiele angeführten Fakta, wenn deren Zeit genau angegeben werden kann, und wenn man in Rücksicht der Anspielung sicher ist, in dem Zusammenhange so stehen, dass sie mit der Verfertigung der Rede in dieselbe Zeit fallen. „Wir haben," heisst es daselbst, „alle*

Staedte in Thracien verloren, haben die Freunde der Thebaner erhalten und die unsrigen eingebüsst." Wolf macht p. 477. hierüber die Anmerkung: „Etsi in hac oratione mentio nulla fit Philippi, tamen urbium Thraciae amissionem nullam ego quidem aliam novi, nisi eam, cum Olyntho expugnata, etiam caeterae in illius potestatem ceciderunt." *Diese Eroberung der Thracischen Städte aber fiel nach* Diod. Ol. 107, 4., *und stimmt übrigens mit dem, was von der Macht der Athenienser im ersten Kap. dieser Rede gesagt wird, ziemlich überein, wiewohl ich mir dennoch nichts mit Gewissheit anzugeben getraue. Vergl. Meiners Gesch. der Wissensch. Th. II. p.* 588, 579. *Diesem nach wäre also die Rede* Ol. 107, 4. *und also in die Zeit des heiligen Kriegs zu setzen, nicht aber, wie Wolf meint (p. 477.), vor dem Bundsgenossen-Kriege, nach dem Siege des Konon, welcher* Ol. 96, 2. *fiel, geschrieben."* Multo rectius de hac re statuerunt novissimis temporibus Clinton in Fastis Hellenicis p. 131. ed. sec. et Pauly in Progr. quod edidit Heilbronn. 1828. 4. p. 8—11. qui haecce habet: De tempore quo scripta atque edita sit haec oratio, etsi non habemus ad liquidum prorsus perducere quaestionem, expromamus tamen, quae ad veri similitudinem proxime nobis accedere videantur. Remittimur praecipue ad loca nonnulla capitum 1. et 4. Priore isto capite sermo est de conditione rei-

publicae Athenarum ad externam quidem speciem fortunatae: triremes possidere civitatem amplius ducentas, pace frui saltem intra fines suos, tenere imperium maris, socios habere cum multos, a quibus, si res postulet, promptissime adjuventur, tum longe plures, qui et tributa pendant et dicto sint audientes. Sed rerum hujus status, quem cives, qua erant caecitate, splendidissimum esse opinabantur, lautam illam speciem, ubi propius rem inspexeris, evanescere, demonstrat c. 4. Urbes enim quas habuisset civitas in Thracia esse amissas, ultra mille talenta in stipendia militum frustra profusa, reliquis Graecis suspectos esse atque exosos Athenienses Barbaroque hostes factos, Thebanorum amicos servare coactos, suos ipsorum socios perdidisse. Quae res si non incidunt in tempus, quod bellum sociale Ol. CVI, 1. a. Ch. 356. finitum proxime insequutum est, equidem aliud tempus, in quod rectius dicantur incidere, indicare nequeam. Etenim non multum ante pacem cum sociis factam Athenienses, quas habuerant in Thracia atque Chalcidice et colonias et socias urbes, amiserant, ut Amphipolin, Olynthum, Potidaeam, Pydnam (Ol. CV, 3. Diod. Sic. XVI, 8. Demosth. Olynth. p. 12. Reisk.) Chalcedonem, Selymbriam (Demosth. de Rhod. libert. p. 198.): magnam pecuniae vim, dum adversus socios bellum gerebant, in mercenarios milites nequicquam profuderunt, quum secundiore sane eventu cives

armis in manus sumtis rem suam ipsi gessissent, qua de re vehementer querebantur istius temporis oratores et ipse noster Isocrates orat. de pace 13. quae oratio, dum sociale bellum gerebatur, scripta est, et Philippo 40. Demosth. Olynth. III. p. 36., loco cum Areop. 4. comparando, de detrimentis disserens, quae post bellum illud ceperit resp. (ex. c. οὓς δ' ἐν τῷ πολέμῳ συμμάχους ἐκτησάμεθα, εἰρήνης οὔσης ἀπολωλέκασιν οὗτοι) procul dubio eandem illam supervacaneam indicat pecuniarum profusionem verbis πλείω ἢ χίλια καὶ πεντακόσια τάλαντα ἀνηλώκαμεν, εἰς οὐδὲν δέον. In odium Graecorum incurrerunt eodem illo tempore Athenienses superba illa et iniqua, quam exercuerant in socios, dominatione belloque cum iis gesto (de Pace 9. de eodem illo bello: πρὸς τοὺς Ἕλληνας διαβέβληκεν ἡμᾶς). Persarum autem regis susceperunt inimicitiam, propterea quod Artabazo rebelli operam tulerat Chares στρατηγός Atheniensium (Ol. CVI, 1. Diod. Sic. XVI, 22.). Ipsis porro pacis (anno eod.) conditionibus coacti sunt, ut sociorum iis, qui defecerant atque inde ab Ol. CIV, 1. amicitia quadam juncti erant cum Thebanis (Θηβαίων φίλοι, ut Chios, Byzantium, Rhodus, Diod. Sic. XV, 79. ib. Wessel.) libertatem largirentur (σώζειν ἠναγκασμένοι). Multos denique e sociis suis eosque validissimos eadem illa pace amiserunt, ut praeter civitates modo dictas Samum (si fides habenda est Nepoti, Ti-


mosth. 8.) Con, pluresque, quae consociatae cum ipsis antea erant, urbes Thraciae, cf. Boeckhii Staatshaush. T. I. p. 453. Attamen quamquam gravissima erant ista detrimenta, remanebant tamen circa Ol. CVI, 1. 2. Atheniensibus et possessiones haud contemnendae, Euboeae praesertim urbes, et magna pars sociorum illorum LXXV, quorum συνέδριον Athenis constituerat Timotheus; Aeschin. de falsa legat. 20. ed. Bremi. Xen. Hist. gr. V, 4. Diod. Sic. XV, 28. 30. 36. 40. sqq. Nep. Tim. 2. Qua ex re facile, puto, intelligitur, qui fieri potuerit, ut Attica illa temeritas, quum navium, imperii maritimi, sociorum tributorumque reliquias aliquas sibi superesse videret, pacis dulcedine quasi delinita atque in socordiam versa tutam se esse ac validam adeo arbitraretur (c. I.) praesertim quum quod Demosth. indicat Olynth. III. l. c. tempore illo Spartanorum opes fractae, Thebani alias essent occupati. Sed haud scio an nequiverit orator res Atheniensium ad externam quidem speciem floridas sic ut fecit c. I. depingere, nisi si orationem scripsit ante tempus illud, quo respublica vixdum restaurata aliquantum pristinique roboris nonnihil adepta, cum Philippo Macedone infeliciter dimicans potissimis suis possessionibus, quas in insulis inprimisque in Euboea habuerat, cedere coacta est (Ol. CVIII, 2. a. Ch. 347.), sensimque illas civitates LXXV. omnes, quarum συνεδρίου praeses facta erat a Timotheo, et

misero duce isto Charete naves centum quinquaginta magnasque insuper pecunias perdidit. Aeschin. l. c. cf. Boeckh. T. I. p. 454. sqq. Accedit quod e verbis c. 3. τῆς ἔχθρας τῆς πρὸς τὸν βασιλέα πάλιν ἀνακεκαινισμένης conspicuum fit, editam esse hanc orationem tunc, quum recens adhuc erat illa cum Rege inimicitia: recens autem cum erat, coacti sunt Athenienses minis Artaxerxis III. ut bellandi cum sociis finem facerent. Unde videtur effici, ut statim post pacem cum sociis factam aut eodem ipso anno, aut quod verisimilius, anno proximo (Ol. CVI, 2. a. Chr. 355.) priusquam ad Phocensis belli societatem accederent Athenienses, scripta sit atque edita oratio Areopagitica. Neque adstipulandum censeo Bergmanno, qui, quum pacem, quae c. 1. memoratur, illam esse pacem putet, quae Ol. CVIII, 2. a. Ch. 347. facta est cum Macedone, anno insequente hanc orationem esse editam copiosa disputatione probare satagit.“ Miror quod Vir Doctus, qui haec tam accurate et diligenter exposuit, ut in paucis tantum mihi ab eo discedendum sit, quae ad singulos locos annotabo, ultimum Bergmanni argumentum non magis spectavit, quod equidem gravissimum Bergmanni argumentorum dixerim. Recte enim ostendit, offendere debere, quod Isocrates si hanc orationem ante orationem de permutatione scripserit, ejus in illa oratione non mentionem fecerit, esse enim hanc orationem ita comparatam, ut aptissimus

ejus fuisset locus in illa oratione. Nec minus bene docuit, esse multo verisimilius, ea quae Areopagiticus communia habeat cum oratione de permutatione, ex hac esse hausta quam vice versa, id quod locorum similium ipsa doceat ratio. Hinc probo omnino, quae Clinton l. c. de hac re habet sub anno 353., Ol. 106, 4., (quo anno orationem de permutatione esse scriptam coll. c. 5. p. 312. et p. 66. Orell. p. 444. ed. Oxon. confirmavit), dicens: „Isocrat. Ἀρεοπαγιτικός. Soon after the peace with the Confederates: conf. c. I. p. 140. and yet, probably, not published before the oration περὶ ἀντιδόσεως, in which he would be likely to have quoted it.“ Hinc equidem censeo hanc orationem anno 352. a. Ch. Ol. 106, 4. extremo ab Isocrate esse scriptam, cum annum LXXXIII. ageret. — *B.*

ΙΣΟΚΡΑΤΟΥΣ

ΑΡΕΟΠΑΓΙΤΙΚΟΣ.



ΙΕΡΩΝΥΜΟΥ ΟΥΟΛΦΙΟΥ
ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΟΥ ΛΟΓΟΥ.

Δύο ἐστὶ τὰ βλαβερώτατα ταῖς πολιτείαις, ἓν μὲν τυραννὶς, ὅταν οἱ ἄρχοντες κατὰ τὸ δοκοῦν αὐτοῖς βιάζωνται τοὺς ἀσθενεστέρους εἰς τὰς ἰδίας μόνον ἐπιθυμίας καὶ πλεονεξίας καὶ φιλοτιμίας ἁπανταχοῦ ἀποβλέποντες· ἕτερον δὲ ἀναρχία, τοῦ δήμου τῶν μὲν νόμων τε καὶ τῶν ἀρχόντων καταφρονοῦντος, τοῦ πᾶν δὲ καὶ ποιεῖν καὶ εἰπεῖν ἐξουσίαν λαμβάνοντος. μηδετέραν δὲ ταῖν ταραχαῖν καὶ συγχύσεων οἷόντ' ἐστι πολὺν διαμεῖναι χρόνον, ἀλλ' ἐξ ὑποδοχῆς καθάπερ οἱ σπαρτοὶ ἐκεῖνοι ἡ ἑτέρα τὴν ἑτέραν ἀναιρεῖ, ἡ δὲ μεταξὺ τούτων κατάστασις ἀρίστη καὶ ὡς ἀληθῶς ἐλευθερία ἐστὶν, ὅταν εὐνομία τά τε τῶν ἀρχόντων καὶ τὰ τῶν ἀρχομένων ἀμετακινήτως διοικῇ καὶ οἱ μὲν φρονιμώτατοι καὶ βέλτιστοι τὰς ἀρχὰς ἔχωσι, τὸ δὲ πλῆθος σωφρονῶν πειθαρχῇ καὶ οἱ νεώτεροι μετὰ πλείστης ἐπιμελείας παιδεύωνται· οὐ μὴν ἀλλὰ καθάπερ τὰς Ἀθήνας ἄλλοτε μὲν οἱ τύραννοι ἐλυμήναντο, οὕτω δὲ κατὰ τουτονὶ τὸν καιρὸν τῷ μὲν λόγῳ ἕτερον, τῷ δὲ ὄντι τὸ αὐτὸ κακὸν καὶ ὠμοτάτη γε τυραννὶς ἡ τοῦ δήμου ἀκολασία ἐνειστήκει. Ἰσοκράτης οὖν γέρων ἀνὴρ ὢν καὶ ἐπὶ φρονήσει καὶ ἀρετῇ εὐδοκιμῶν εἰσηγήσατο περὶ πολιτείας ἐπανορθώσεως, τοῦτο ποιῶν ἐν τῷ κρατίστῳ τῶν συνεδρίων τῶν Ἀθήνησιν Ἀρείῳ πάγῳ· ὅθεν καὶ τοὔνομα ἔσχεν ὁ λόγος Ἀρειοπαγιτικὸς ἐπιγραφόμενος.

4*

ΙΣΟΚΡΑΤΟΥΣ
ΑΡΕΟΠΑΓΙΤΙΚΟΣ.

Πολλοὺς ὑμῶν οἶμαι θαυμάζειν ἥντινά 140 (Steph.)
ποτε γνώμην ἔχων περὶ σωτηρίας τὴν πρόσοδον
ἐποιησάμην, ὥσπερ τῆς πόλεως ἐν κινδύνοις οὔσης
ἢ σφαλερῶς αὐτῇ τῶν πραγμάτων καθεστώτων,
ἀλλ' οὐ πλείους μὲν τριήρεις ἢ διακοσίας κε-
κτημένης, εἰρήνην δὲ καὶ τὰ περὶ τὴν χώραν
ἀγούσης καὶ τῶν κατὰ θάλατταν ἀρχούσης, b
2 ἔτι δὲ συμμάχους ἐχούσης πολλοὺς μὲν τοὺς
ἑτοίμως ἡμῖν, ἤν τι δέῃ, βοηθήσοντας, πολὺ
δὲ πλείους τοὺς τὰς συντάξεις ὑποτελοῦντας
καὶ τὸ προσταττόμενον ποιοῦντας· ὧν ὑπαρ-
χόντων ἡμᾶς μὲν ἄν τις φήσειεν εἰκὸς εἶναι
θαῤῥεῖν ὡς πόῤῥω τῶν κινδύνων ὄντας, τοῖς
δ' ἐχθροῖς τοῖς ἡμετέροις προσήκειν δεδιέναι
καὶ βουλεύεσθαι περὶ σωτηρίας.
3 (Κεφ. β'.) Ὑμεῖς μὲν οὖν οἶδ' ὅτι τούτῳ
χρώμενοι τῷ λογισμῷ καὶ τῆς ἐμῆς προσόδου c
καταφρονεῖτε καὶ πᾶσαν ἐλπίζετε τὴν Ἑλλάδα
ταύτῃ τῇ δυνάμει κατασχήσειν· ἐγὼ δὲ δι'
αὐτὰ ταῦτα τυγχάνω δεδιώς. ὁρῶ γὰρ τῶν
πόλεων τὰς ἄριστα πράττειν οἰομένας κάκιστα
βουλευομένας καὶ τὰς μάλιστα θαῤῥούσας εἰς
4 πλείστους κινδύνους καθισταμένας. αἴτιον δὲ
τούτων ἐστίν, ὅτι τῶν ἀγαθῶν καὶ τῶν κακῶν d
οὐδὲν αὐτὸ καθ' αὑτὸ παραγίγνεται τοῖς ἀν-
θρώποις, ἀλλὰ συντέτακται καὶ συνακολουθεῖ
τοῖς μὲν πλούτοις καὶ ταῖς δυναστείαις ἄνοια
καὶ μετὰ ταύτης ἀκολασία, ταῖς δ' ἐνδείαις 141
καὶ ταῖς ταπεινότησι σωφροσύνη καὶ πολλὴ

5 μετριότης. ὥστε χαλεπὸν εἶναι διαγνῶναι πο-
τέραν ἂν τις δέξαιτο τῶν μερίδων τούτων τοῖς
παισὶ τοῖς αὑτοῦ καταλιπεῖν. ἴδοιμεν γὰρ ἂν
ἐκ μὲν τῆς φαυλοτέρας εἶναι δοκούσης ἐπὶ τὸ
βέλτιον ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ τὰς πράξεις ἐπιδιδού-
σας, ἐκ δὲ τῆς κρείττονος φαινομένης ἐπὶ τὸ
6 χεῖρον εἰθισμένας μεταπίπτειν. καὶ τούτων ἐν-
εγκεῖν ἔχω παραδείγματα πλεῖστα μὲν ἐκ τῶν
ἰδίων πραγμάτων, πυκνοτάτας γὰρ ταῦτα λαμ- b
βάνει τὰς μεταβολάς, οὐ μὴν ἀλλὰ μείζω γε
καὶ φανερώτερα τοῖς ἀκούουσιν ἐκ τῶν ἡμῖν
καὶ Λακεδαιμονίοις συμβάντων. (Κεφ. γ'.)
Ἡμεῖς τε γὰρ ἀναστάτου μὲν τῆς πόλεως ὑπὸ
τῶν βαρβάρων γεγενημένης διὰ τὸ δεδιέναι
καὶ προσέχειν τὸν νοῦν τοῖς πράγμασιν ἐπρω-
τεύσαμεν τῶν Ἑλλήνων, ἐπειδὴ δ' ἀνυπέρβλη-
τον ᾠήθημεν τὴν δύναμιν ἔχειν παρὰ μικρὸν
7 ἤλθομεν ἐξανδραποδισθῆναι· Λακεδαιμόνιοί
τε τὸ μὲν παλαιὸν ἐκ φαύλων καὶ ταπεινῶν c
πόλεων ὁρμηθέντες διὰ τὸ σωφρόνως ζῆν καὶ
στρατιωτικῶς κατέσχον Πελοπόννησον, μετὰ δὲ
ταῦτα μεῖζον φρονήσαντες τοῦ δέοντος καὶ λα-
βόντες καὶ τὴν κατὰ γῆν καὶ τὴν κατὰ θά-
λατταν ἀρχὴν εἰς τοὺς αὐτοὺς κινδύνους κα-
τέστησαν ἡμῖν.
8 Ὅστις οὖν εἰδὼς τοσαύτας μεταβολὰς γε-
νομένας καὶ τηλικαύτας δυνάμεις οὕτω ταχέως
ἀναιρεθείσας πιστεύει τοῖς παροῦσιν, λίαν ἀ-
νόητός ἐστιν, ἄλλως τε καὶ τῆς μὲν πόλεως ἡ-
μῶν πολὺ καταδεέστερον νῦν πραττούσης ἢ d
κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον, τοῦ δὲ μίσους τοῦ
τῶν Ἑλλήνων καὶ τῆς ἔχθρας τῆς πρὸς βασι-
λέα πάλιν ἀνακεκαινισμένης, ἃ τότε κατεπο-
9 λέμησεν ἡμᾶς. (Κεφ. δ'.) Ἀπορῶ δὲ πότερον
ὑπολάβω μηδὲν μέλειν ὑμῖν τῶν κοινῶν πρα-
γμάτων ἢ φροντίζειν μὲν αὐτῶν, εἰς τοῦτο δ'

ἀναισθησίας ἥκειν ὥστε λανθάνειν ὑμᾶς εἰς
ὅσην ταραχὴν ἡ πόλις καθέστηκεν. ἐοίκατε e
γὰρ οὕτω διακειμένοις ἀνθρώποις, οἵτινες ἁ-
πάσας μὲν τὰς πόλεις τὰς ἐπὶ Θρᾴκης ἀπολω-
λεκότες, πλείω δ' ἢ χίλια τάλαντα μάτην εἰς
10 τοὺς ξένους ἀνηλωκότες, πρὸς δὲ τοὺς Ἕλλη-
νας διαβεβλημένοι καὶ τῷ βαρβάρῳ πολέμιοι
γεγονότες, ἔτι δὲ τοὺς μὲν Θηβαίων φίλους
σώζειν ἠναγκασμένοι, τοὺς δ' ἡμετέρους αὐ-
τῶν συμμάχους ἀποδεδωκότες, ἐπὶ τοσαύταις 142
πράξεσιν εὐαγγέλια μὲν δὶς ἤδη τεθύκαμεν,
ῥᾳθυμότερον δὲ περὶ αὐτῶν ἐκκλησιάζομεν τῶν
πάντα τὰ δέοντα πραττόντων.

11 Καὶ ταῦτ' εἰκότως καὶ ποιοῦμεν καὶ πά-
σχομεν· οὐδὲν γὰρ οἷόν τε γίγνεσθαι κατὰ
τρόπον τοῖς μὴ καλῶς περὶ ὅλης τῆς διοική-
σεως βεβουλευμένοις, ἀλλὰ κἂν κατορθώσωσι
περί τινας τῶν πράξεων ἢ διὰ τύχην ἢ δι' ἀν-
δρὸς ἀρετήν, μικρὸν διαλιπόντες πάλιν εἰς τὰς b
αὐτὰς ἀπορίας κατέστησαν. καὶ ταῦτα γνοίη τις
12 ἂν ἐκ τῶν περὶ ἡμᾶς γεγενημένων. (Κεφ. ε'.)
Ἁπάσης γὰρ τῆς Ἑλλάδος ὑπὸ τὴν πόλιν ἡμῶν
ὑποπεσούσης καὶ μετὰ τὴν Κόνωνος ναυμα-
χίαν καὶ μετὰ τὴν Τιμοθέου στρατηγίαν οὐ-
δένα χρόνον τὰς εὐτυχίας κατασχεῖν ἠδυνή-
θημεν, ἀλλὰ ταχέως διεσκαριφησάμεθα καὶ
διελύσαμεν αὐτάς. πολιτείαν γὰρ τὴν ὀρθῶς ἂν
τοῖς πράγμασι χρησαμένην οὔτ' ἔχομεν οὔτε κα- c
13 λῶς ζητοῦμεν. καίτοι τὰς εὐπραγίας ἅπαντες ἴσ-
μεν καὶ παραγιγνομένας καὶ παραμενούσας οὐ
τοῖς τὰ τείχη κάλλιστα καὶ μέγιστα περιβεβλη-
μένοις, οὐδὲ τοῖς μετὰ πλείστων ἀνθρώπων εἰς
τὸν αὐτὸν τόπον συνηθροισμένοις, ἀλλὰ τοῖς
ἄριστα καὶ σωφρονέστατα τὴν αὐτῶν [πόλιν] δι-
14 οικοῦσιν. ἔστι γὰρ ψυχὴ πόλεως οὐδὲν ἕτερον
ἢ πολιτεία, τοσαύτην ἔχουσα δύναμιν ὅσηνπερ

ἐν σώματι φρόνησις. αὕτη γάρ ἐστιν ἡ βου-
λευομένη περὶ ἁπάντων, καὶ τὰ μὲν ἀγαθὰ
διαφυλάττουσα, τὰς δὲ συμφορὰς διαφεύγου- d
σα. ταύτῃ καὶ τοὺς νόμους καὶ τοὺς ῥήτορας
καὶ τοὺς ἰδιώτας ἀναγκαῖόν ἐστιν ὁμοιοῦσθαι
καὶ πράττειν οὕτως ἑκάστους οἵανπερ ἂν ταύ-
15 την ἔχωσιν. ἧς ἡμεῖς διεφθαρμένης οὐδὲν
φροντίζομεν οὐδὲ σκοποῦμεν ὅπως ἐπανορθώ-
σομεν αὐτήν· ἀλλ᾽ ἐπὶ μὲν τῶν ἐργαστηρίων
καθίζοντες κατηγοροῦμεν τῶν καθεστώτων καὶ
λέγομεν ὡς οὐδέποτ᾽ ἐν δημοκρατίᾳ κάκιον e
ἐπολιτεύθημεν, ἐν δὲ τοῖς πράγμασι καὶ ταῖς
διανοίαις αἷς ἔχομεν μᾶλλον αὐτὴν ἀγαπῶμεν
τῆς ὑπὸ τῶν προγόνων καταλειφθείσης. ὑπὲρ
ἧς ἐγὼ καὶ τοὺς λόγους μέλλω ποιεῖσθαι καὶ
τὴν πρόσοδον ἀπεγραψάμην.
16 (Κεφ. ς΄.) Εὑρίσκω γὰρ ταύτην μόνην 143
ἂν γενομένην καὶ τῶν μελλόντων κινδύνων ἀ-
ποτροπὴν καὶ τῶν παρόντων κακῶν ἀπαλλα-
γήν, ἢν ἐθελήσωμεν ἐκείνην τὴν δημοκρατίαν
ἀναλαβεῖν, ἣν Σόλων μὲν ὁ δημοτικώτατος
γενόμενος ἐνομοθέτησε, Κλεισθένης δ᾽ ὁ τοὺς
τυράννους ἐκβαλὼν καὶ τὸν δῆμον καταγα-
17 γὼν πάλιν ἐξ ἀρχῆς κατέστησεν. ἧς οὐκ ἂν
εὕροιμεν οὔτε δημοτικωτέραν οὔτε τῇ πόλει
μᾶλλον συμφέρουσαν. τεκμήριον δὲ μέγιστον·
οἱ μὲν γὰρ ἐκείνῃ χρώμενοι, πολλὰ καὶ καλὰ b
διαπραξάμενοι καὶ παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις εὐ-
δοκιμήσαντες, παρ᾽ ἑκόντων τῶν Ἑλλήνων τὴν
ἡγεμονίαν ἔλαβον, οἱ δὲ τῆς νῦν παρούσης
ἐπιθυμήσαντες, ὑπὸ πάντων μισηθέντες καὶ
πολλὰ καὶ δεινὰ παθόντες, μικρὸν ἀπέλιπον
τοῦ μὴ ταῖς ἐσχάταις συμφοραῖς περιπεσεῖν.
18 καίτοι πῶς χρὴ ταύτην τὴν πολιτείαν ἐπαινεῖν
ἢ στέργειν τὴν τοσούτων μὲν κακῶν αἰτίαν c
πρότερον γενομένην, νῦν δὲ καθ᾽ ἕκαστον τὸν

ἐνιαυτὸν ἐπὶ τὸ χεῖρον ἀεὶ φερομένην; πῶς δ' οὐ δεῖ δεδιέναι μὴ τοιαύτης ἐπιδόσεως γιγνομένης τελευτῶντες εἰς τραχύτερα πράγματα τῶν τότε γενομένων ἐξοκείλωμεν;

19 (Κεφ. ζ'.) Ἵνα δὲ μὴ συλλήβδην μόνον ἀκηκοότες, ἀλλ' ἀκριβῶς εἰδότες ποιῆσθε καὶ τὴν αἵρεσιν καὶ τὴν κρίσιν αὐτῶν, ὑμέτερον μὲν ἔργον ἐστὶ παρασχεῖν ὑμᾶς αὐτοὺς προσέχοντας τὸν νοῦν τοῖς ὑπ' ἐμοῦ λεγομένοις, ἐγὼ
δ' ὡς ἂν δύνωμαι συντομώτατα περὶ ἀμφοτέ- d
ρων τούτων πειράσομαι διελθεῖν πρὸς ὑμᾶς.

20 (Κεφ. η'.) Οἱ γὰρ κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον τὴν πόλιν διοικοῦντες κατεστήσαντο πολιτείαν οὐκ ὀνόματι μὲν τῷ κοινοτάτῳ καὶ πρᾳοτάτῳ προσαγορευομένην, ἐπὶ δὲ τῶν πράξεων οὐ τοιαύτην τοῖς ἐντυγχάνουσι φαινομένην, οὐδ' ἣ τοῦτον τὸν τρόπον ἐπαίδευε τοὺς πο-
λίτας ὥσθ' ἡγεῖσθαι τὴν μὲν ἀκολασίαν δημο- e
κρατίαν, τὴν δὲ παρανομίαν ἐλευθερίαν, τὴν δὲ παρρησίαν ἰσονομίαν, τὴν δ' ἐξουσίαν τοῦ ταῦτα ποιεῖν εὐδαιμονίαν, ἀλλὰ μισοῦσα καὶ κολάζουσα τοὺς τοιούτους βελτίους καὶ σωφρο-
21 νεστέρους ἅπαντας τοὺς πολίτας ἐποίησεν. μέ-
γιστον δ' αὐτοῖς συνεβάλετο πρὸς τὸ καλῶς
οἰκεῖν τὴν πόλιν, ὅτι δυοῖν ἰσοτήτοιν νομιζο- 144
μέναιν εἶναι, καὶ τῆς μὲν ταὐτὸν ἅπασιν ἀπονεμούσης, τῆς δὲ τὸ προσῆκον ἑκάστοις, οὐκ ἠγνόουν τὴν χρησιμωτέραν, ἀλλὰ τὴν μὲν τῶν αὐτῶν ἀξιοῦσαν τοὺς χρηστοὺς καὶ τοὺς πονηροὺς
22 ἀπεδοκίμαζον ὡς οὐ δικαίαν οὖσαν, τὴν δὲ κατὰ τὴν ἀξίαν ἕκαστον τιμῶσαν καὶ κολάζουσαν προῃροῦντο, καὶ διὰ ταύτης ᾤκουν τὴν πόλιν οὐκ ἐξ ἁπάντων τὰς ἀρχὰς κληροῦντες, ἀλλὰ τοὺς βελ-
τίστους καὶ τοὺς ἱκανωτάτους ἐφ' ἕκαστον τῶν b
ἔργων προκρίνοντες. τοιούτους γὰρ ἤλπιζον ἔσεσθαι καὶ τοὺς ἄλλους, οἷοί περ ἂν ὦσιν οἱ

23 τῶν πραγμάτων ἐπιστατοῦντες. ἔπειτα καὶ δη-
μοτικωτέραν ἐνόμιζον εἶναι ταύτην τὴν κατά-
στασιν ἢ τὴν διὰ τοῦ λαγχάνειν γιγνομένην·
ἐν μὲν γὰρ τῇ κληρώσει τὴν τύχην βραβεύ-
σειν, καὶ πολλάκις λήψεσθαι τὰς ἀρχὰς τοὺς
ὀλιγαρχίας ἐπιθυμοῦντας, ἐν δὲ τῷ προκρίνειν
τοὺς ἐπιεικεστάτους τὸν δῆμον ἔσεσθαι κύριον
ἑλέσθαι τοὺς ἀγαπῶντας μάλιστα τὴν καθε- e
24 στῶσαν πολιτείαν. (Κεφ. θ'.) Αἴτιον δ' ἦν
τοῦ ταῦτα τοῖς πολλοῖς ἀρέσκειν καὶ μὴ περι-
μαχήτους εἶναι τὰς ἀρχάς, ὅτι μεμαθηκότες
ἦσαν ἐργάζεσθαι καὶ φείδεσθαι, καὶ μὴ τῶν
μὲν οἰκείων ἀμελεῖν, τοῖς δ' ἀλλοτρίοις ἐπι-
βουλεύειν, μηδ' ἐκ τῶν δημοσίων τὰ σφέτερ'
αὐτῶν διοικεῖν, ἀλλ' ἐκ τῶν ἑκάστοις ὑπαρχόν-
των, ὁπότε δεήσειε, τοῖς κοινοῖς ἐπαρκεῖν, μηδ'
ἀκριβέστερον εἰδέναι τὰς ἐκ τῶν ἀρχείων προσ- d
όδους ἢ τὰς ἐκ τῶν ἰδίων γιγνομένας αὑτοῖς.
25 οὕτω δ' ἀπείχοντο σφόδρα τῶν τῆς πόλεως, ὥστε
χαλεπώτερον ἦν ἐν ἐκείνοις τοῖς χρόνοις εὑρεῖν
τοὺς βουλομένους ἄρχειν ἢ νῦν τοὺς μηδὲν
δεομένους· οὐ γὰρ ἐμπορίαν, ἀλλὰ λειτουρ-
γίαν ἐνόμιζον εἶναι τὴν τῶν κοινῶν ἐπιμέλει-
αν, οὐδ' ἀπὸ τῆς πρώτης ἡμέρας ἐσκόπουν
ἐλθόντες εἴ τι λῆμμα παραλελοίπασιν οἱ πρό-
τερον ἄρχοντες, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον εἴ τινος e
πράγματος κατημελήκασι τῶν τέλος ἔχειν κα-
26 τεπειγόντων. ὡς δὲ συντόμως εἰπεῖν, ἐκεῖνοι
διεγνωκότες ἦσαν ὅτι δεῖ τὸν μὲν δῆμον ὥσπερ
τύραννον καθιστάναι τὰς ἀρχὰς καὶ κολάζειν
τοὺς ἐξαμαρτάνοντας καὶ κρίνειν περὶ τῶν ἀμ- 145
φισβητουμένων, τοὺς δὲ σχολὴν ἄγειν δυναμέ-
νους καὶ βίον ἱκανὸν κεκτημένους ἐπιμελεῖ-
27 σθαι τῶν κοινῶν ὥσπερ οἰκέτας, καὶ δικαίους
μὲν γενομένους ἐπαινεῖσθαι καὶ στέργειν ταύ-
τῃ τῇ τιμῇ, κακῶς δὲ διοικήσαντας μηδεμιᾶς

συγγνώμης τυγχάνειν, ἀλλὰ ταῖς μεγίσταις ζη-
μίαις περιπίπτειν. καίτοι πῶς ἄν τις εὕροι ταύ-
της βεβαιοτέραν ἢ δικαιοτέραν δημοκρατίαν,
τῆς τοὺς μὲν δυνατωτάτους ἐπὶ τὰς πράξεις
καθιστάσης, αὐτῶν δὲ τούτων τὸν δῆμον κύ- b
ριον ποιούσης;
28 (Κεφ. ι΄.) Τὸ μὲν οὖν σύνταγμα τῆς
πολιτείας τοιοῦτον ἦν αὐτοῖς· ῥᾴδιον δ᾽ ἐκ
τούτων καταμαθεῖν ὡς καὶ τὰ κατὰ [τὴν] ἡμέ-
ραν ἑκάστην ὀρθῶς καὶ νομίμως πράττοντες
διετέλεσαν. ἀνάγκη γὰρ τοὺς περὶ ὅλων τῶν
πραγμάτων καλὰς τὰς ὑποθέσεις πεποιημένους
καὶ τὰ μέρη τὸν αὐτὸν τρόπον ἔχειν ἐκείν-
οις.
29 (Κεφ. ια΄.) Καὶ πρῶτον μὲν τὰ περὶ τοὺς
θεούς, ἐντεῦθεν γὰρ ἄρχεσθαι δίκαιον, οὐκ
ἀνωμάλως οὐδ᾽ ἀτάκτως οὔτ᾽ ἐθεράπευον οὔτ᾽ c
ὠργίαζον· οὐδ᾽ ὁπότε μὲν δόξειεν αὐτοῖς, τρια-
κοσίους βοῦς ἔπεμπον, ὁπότε δὲ τύχοιεν, τὰς
πατρίους θυσίας ἐξέλειπον· οὐδὲ τὰς μὲν ἐπι-
θέτους ἑορτὰς αἷς ἑστίασίς τις προσείη, μεγα-
λοπρεπῶς ἦγον, ἐν δὲ τοῖς ἁγιωτάτοις τῶν ἱε-
30 ρῶν ἀπὸ μισθωμάτων ἔθυον· ἀλλ᾽ ἐκεῖνο μό-
νον ἐτήρουν, ὅπως μηδὲν μήτε τῶν πατρίων
καταλύσουσι μήτ᾽ ἔξω τῶν νομιζομένων προσ- d
θήσουσιν. οὐ γὰρ ἐν ταῖς πολυτελείαις ἐνό-
μιζον εἶναι τὴν εὐσέβειαν, ἀλλ᾽ ἐν τῷ μηδὲν
κινεῖν ὧν αὐτοῖς οἱ πρόγονοι παρέδοσαν. καὶ
γάρ τοι καὶ τὰ παρὰ τῶν θεῶν οὐκ ἐμπλή-
κτως οὐδὲ ταραχωδῶς αὐτοῖς συνέβαινεν, ἀλλ᾽
εὐκαίρως καὶ πρὸς τὴν ἐργασίαν τῆς χώρας
καὶ πρὸς τὴν συγκομιδὴν τῶν καρπῶν.
31 (Κεφ. ιβ΄.) Παραπλησίως δὲ τοῖς εἰρη- e
μένοις καὶ τὰ πρὸς σφᾶς αὐτοὺς διῴκουν. οὐ
γὰρ μόνον περὶ τῶν κοινῶν ὡμονόουν, ἀλλὰ
καὶ περὶ τὸν ἴδιον βίον τοσαύτην ἐποιοῦντο

πρόνοιαν ἀλλήλων, ὅσηνπερ χρὴ τοὺς εὖ
32 φρονοῦντας καὶ πατρίδος κοινωνοῦντας. οἵ τε
γὰρ πενέστεροι τῶν πολιτῶν τοσοῦτον ἀπεῖχον 146
τοῦ φθονεῖν τοῖς πλείω κεκτημένοις, ὥσθ' ὁ-
nior nunc legitur forma in Demosth. 94, 30. 34. 98, 66. 102, 93 bis. 103, 100. Arist. 107, 15. 19. Phil. 108, 1., ita ut non dubitem, quin Demosth. 94, 35. e Codd. A. et B. καθεστηκότα pro καθεστῶτα, quod vulgo legitur, sit recipiendum; in *feminino* ἐνεστώσης legitur Dem. 91, 14. In *Aeschine* ne unus quidem est locus, quo libri varient. v. Aesch. Tim. I, 4. 11, 79. 15, 108. 16, 117. de mal. gest. leg. 28, 5. 32, 29. 35, 58. 44, 123. 46, 138. 141. 48, 153. in Ctesiph. 53, 2. 54, 6. 69, 113. 70, 117. 118. 76, 159. 77, 163. 164. 83, 207. 84, 211. 87, 232. 90, 257. In *Demosthene* libri formam pleniorem constanter his in locis exhibent: Ol. II, 26, 28 bis. 29. Phil. II, 72; 29. Cherson. 92, 10. 93, 17. 101, 46. Phil. III, 117, 24. Phil. IV, 132, 4. Symmor. 179, 4. Megalop. 209, 28. pr. Cor. 241, 46. 255, 96., ubi al. παρεστακότι. 286, 175. 287, 176. ubi alii καθισταμένων. 288, 179. 293, 196. de mal. gest. leg. 344, 10. 346, 16. 411, 226. 433, 287. 436, 297. ubi alii προσηκόντων. 298. 437, 300 bis. 440, 309. 442, 314. Lept. 469, 42. 471, 49. 507, 165. ubi Cod. r. περιεστηκόντων. Mid. 518, 13. 520, 17. 535, 65. 582, 213. Androt. 600, 24. 605, 37. Aristocr. 634, 45. Aristog. I, 791, 69. 799, 98. Aphob. 850, 18. Zenoth. 885, 10. Phorm. 911, 14. Lacrit. 933, 32. Pant. 969, 10. Steph. I, 1105, 13. Timoth. 1188, 23. Polycl. 1214, 24. (Aug. l. om.) Nicostr. 1251, 14. Con. 1263, 22. 1266, 29. 1269, 41. Dionys. 1285, 9. Eubul. 1299, 1. 1303, 16. 1316, 59. Epit. 1395, 21. 1396, 24. Prooem. 24, 1434. 36, 1445. 41, 1449. Epist. I, 1464. 1465. 1466. *Brevior* autem forma a libris exhibetur in orat. ad Phil. Epist. 153, 5. (quae tamen non est Demosthenis) pro Rhod. libert. 193, 9. Dem. Cor. 280, 157. (in epistola Philippi) Leptin. 462, 17. Pant. 980, 48. Eubul. 1302, 15. 1317, 60. Erot. (quae non est Demosth.) 1413, 6. Prooem. 41, 1450. In aliis locis libri variant. Sic Phil. III, 116, 20. Bekker. ex Σ. καθεστώτων pro ceterorum καθεστηκότων recepit, quod non probabis. Pantaen. 978, 39. ubi Bekk. συνεστώτων, quod etiam Aug. 1. praebet; dedit, pro vulgato συνεστηκότων quod Codd. F. Φ. confirmant. In *feminino pleniorem* formam legimus Chers. 92, 10. Phil. IV, 143, 46. de mal. gest. leg. 420, 252. Apatur.

896, 10. 14. Phorm. 918, 39.
1150, 37. 1158, 61. Dio-
viorem Phil. II, 71, 22. L
lej. συνεστῶσει, Lept.
moth. 764, 216. Prooem.
ferendum si libri varie
Aristog. 795, 84. Bekk ex
Bodlej. Obsop. Aug. M P
nenat. Lutet. ex indic
uti videtur, suis Codd.
gato προσεστηκυία
Cod. Lindenbr. et Ita
bent. In forma τεθ
apud Atticos oratores
Antiph. I, 112, 3. IV
38. *Lyc.* 164, 114.
39. *Argum.* ad Antiph
in Leoch. 1080, ita ut
et in Lycurgo, uti in
oratorum locis τεθνεὼς
ἀλλ' οὐ — ἀρχ
belli Phocensis a Philip
tam ab iisque acceptam
proxime consecuta est;
p. 37. et sqq.) ex vari
bus et nunc addantur,
hoc loco refert Isocrate
habuisse videntur. Et
nensem, quod tempus
sem ducentarum navium
creto sancivit Senatus
Demosthene, qui rem
que decretum a se co
ratione dici possint m
mero triremium, trecen

Meursius de Fortuna Athenarum c. VII., ubi et plura de militia terrestri reditibusque civitatis collegit. Vid. et Leot. Att. I, 1. p. 7. et 8. Quantum rei navalis peritia, opibus ac potentia reliquis Graecis praestiterint Athenienses, testatur Archidamus Lacedaemonius apud Thucydidem I, 80., eos vocans ἄνδρας οἳ γῆν τε ἑκὰς ἔχουσι καὶ προσέτι θαλάσσης ἐμπειρότατοι εἰσὶ, καὶ τοῖς

ἄλλοις ἅπασιν ἄριστα ἐξήρτυνται, πλούτῳ τε ἰδίῳ καὶ δημοσίῳ καὶ ναυσὶ καὶ ἵπποις καὶ ὄχλῳ, ὅσως οὐκ ἐν ἄλλῳ ἐνίγε χωρίῳ Ἑλληνικῷ ἐστίν· ἔτι δὲ καὶ ξυμμάχους πολλοὺς φόρου ὑποτελεῖς ἔχουσι. (*Bergmann.*) v. ad singula. (*B.*)

πλείους τριήρεις ἢ διακοσίας] id est, πλείονας τῶν διακοσίων. (*Wolf.*) Minime. Tum enim Isocrates diceret de navibus ducentis, tanquam certo et solenni navium numero, cum tamen Athenienses potius trecentas naves habere solerent. v. Boeckh. de Oecon. Civ. Atheniens. I, 274. et sqq. Ol. centesima sexta autem ad trecentas naves Atheniensibus fuisse patet ex orat. Demosth. de Symmor. 186, 29. ubi lib. Weimar. non recte διακοσίας habet v. ibid. 181, 13. De Atheniensium potentia navali, quae eo, quo hanc orationem Isocrates habuit, tempore mirum quantum creverat, v. Dem. Phil. I, 51, 40. Phil. III, 121, 40. de mal. gest. leg. 369, 89. et Wolfium in Prolegg. ad Leptin. apud Schaef. T. III. p. 15. n. 32. (*B.*)

εἰρήνην δὲ καὶ — καὶ] v. Exc. de Isocrat. periodis. (*B.*)

τὰ περὶ τὴν χώραν] Articulus τὰ elegantiae causa accedit potius, quam ut subintelligatur τὰ ὄντα ἢ κατὰ τὰ ὄντα. (*Wolf.*) v. ad Cap. X. (*B.*)

ἀγούσης] πόλιν τινὰ εἰρήνην ἄγειν τὰ περὶ τὴν χώραν, agrum urbis alicujus esse pacatum, non infestari ab hostibus, non obsideri. (*Wolf.*) Notissima dictio est εἰρήνην ἄγειν, proprie pacem agere, i. e. in pace degere, vivere, pace frui, frequens et apud alios et apud Isocratem, infra cap. XX. in Paneg. p. 77. A. Cf. Sluiteri Lectt. Andoc. p. 209. In Orat. de Pace peculiariter denotat pacem conservare, constanter paci studere p. 164, b.: ἡγοῦμαι δὲ δεῖν ἡμᾶς οὐ μόνον ψηφισαμένους τὴν εἰρήνην ἐκ τῆς ἐκκλησίας ἀπελθεῖν, ἀλλὰ καὶ βουλευσαμένους ὅπως ἄξωμεν αὐτήν, καὶ μὴ ποιήσωμεν ὅπερ εἰώθαμεν, ὀλίγον χρόνον διαλιπόντες πάλιν εἰς τὰς αὐτὰς καταστησώμεθα ταραχάς, μηδ' ἀναβολήν, ἀλλ' ἀπαλλαγὴν εὑρήσωμέν τινα τῶν κακῶν τῶν παρόντων. In orat. vero de Permut. ubi eadem repetuntur, p. 333. c. pro ἄξωμεν legitur ἕξομεν, quod cum ἄξομεν commutari voluit H. Royaards in Diatribe de Emendandis plurimis Vett. Script. Graecorum locis Traj. 1775, p. 55.

Ibidem pro reliquis conjunctivis indicativi exstant ποιήσομεν, καταστησόμεθα, εὑρήσομεν. Fortasse rectius. (*Bergmann.*) Equidem potius suaserim in loco orat. de Pace ἕξομεν ex orat. de permut. esse recipiendum, cum εἰρήνην ἄγειν significet: pace frui, ἔχειν pacem servare. Sic nostra in orat. p. 150. recte legitur καὶ πρὸς ἀλλήλους ἡσυχίαν εἶχον καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους ἅπαντας εἰρήνην ἦγον. ubi verbis: ἡσυχίαν ἔχειν significatur, eorum ipsorum arbitrii fuisse quietem inter se servare, ἄγειν autem εἰρήνην πρὸς τοὺς ἄλλους tum in ipsorum tum in aliorum potestate positam fuisse. Illo igitur virtus, hoc simul felicitas Atheniensium qui illis temporibus vivebant, praedicatur. Ab Urb. pr. autem verba: ἡσυχίαν-ἄλλους non recte omitti, non est quod multis demonstretur. Hinc probabis, quod Bekkerus Archid. 123. d. e Cod. Urb. ἄξομεν recepit pro ἕξομεν in verbis: καὶ γὰρ οὐδὲ τοῦτό πω φανερόν ἐστιν, ὡς ἐὰν ποιήσωμεν τὰ κελευόμενα βεβαίως ἤδη τὴν εἰρήνην ἄξομεν. Sensus enim est: nequaquam certum esse, iis postquam mandata exsecuti essent, jamjam permissum iri firma pace *frui.* cf. Paneg. 62. e. 76. e. de Pace 173. c. 164. e. 183. b. Idem de discrimine inter ἡσυχίαν ἄγειν et ἔχειν statuendum. ἡσυχίαν ἄγειν hoc sensu est dictum Phil. 84. b. Panath. 241. d. Trapez. 360. c. de Permut. §. 242. Paneg. 65. b. 79. Archid. 116. Areop. 156. c. Callim. 381. b. Epist. VI, 418. b. Hel. Laud. 215. d. de Big. 349. c. ἡσυχίαν ἔχειν Archid. 130. c. de Pac. 159. e. 171. Ant. 317. a. 317. b. Ep. I, 405. b. Ep. IV, 416. Recte igitur videbis a Bekkero apud nostrum ἔχειν e cod. Urb. restitutum in orat. de Big. 348. c. εἰς Ἄργος ἐλθὼν ἡσυχίαν εἶχεν, pro quo vulgo ἦγεν legebatur. At auctoris hic non est dicere, Alcibiadem ipsum quiete fructum esse, immo potius, eum Atheniensium quietem turbare noluisse. Idem factum videmus eiusd. orat. p. 355. d. ubi recte cum de eadem fere re sermo sit, Bekk. ex Urb. εἶχε scripsit pro ἦγε. Neque aliter potuit ab Isocrate scribi Evag. 195.: δεδιότες γὰρ τοῦ μὲν τὴν ἀρχὴν τοῦ δὲ τὴν ἀρετὴν ἡσυχίαν εἶχον, quod Bekk. ex Urb. dedit pro vulg. ἦγον, cum in tumultibus illis civilibus, quos Isocrates ibi describit, nonnullis quidem liceret, se quietos praebere, nec tamen quiete frui. Utrumque ferri potest de Pace 186. c. ubi Bekk. ex Urb.

ἄξουσιν scripsit pro vulgato *ἕξουσιν*, et Panath. 279., ubi *ἔχειν* exspectatur, *ἄγειν* autem significat, non pati se turbari. Aliud tamen discrimen statuit Krügerus in Indic. ad Xenoph. Anab. s. v. *ἡσυχία*, ubi monet *ἡσυχίαν ἄγειν* magis activam habere potestatem, quam *ἔχειν*. At ex locis quos attulit, contrarium potius verum esse patet. v. Anab. IV, 5, 10. et V, 8, 15., ubi *ἡσυχίαν μὴ ἔχειν* de eo dicitur, qui consulto quietem ei concessam non servat. Si autem Krügerus pergit, *ἡσυχίαν ἄγειν* inprimis dici de iis, qui bellis abstineant, hoc verum quidem est, sed semper tamen sic fit, ut commoda quietis et pacis simul indicentur, quibus quis gaudet vel gaudere potest, si quietum se praebet. Herod. VII, 150. recte Persarum legatus dicit: *οὔτε ὦν ἡμέας οἰκὸς ἐπὶ τοὺς ἡμετέρους προγόνους στρατεύεσθαι οὔτε ὑμέας ἄλλοισι τιμωρέοντας ἡμῖν ἀντιξόους γενέσθαι, ἀλλὰ παρ᾽ ὑμῖν αὐτοῖσι ἡσυχίην ἔχοντας κατῆσθαι.* Non enim commoda ei exponenda sunt, quae Persae inde capturi sunt, sed potius commoda Argivorum, quod ita facit, ut dicat, Persas quietem eorum non turbaturos esse. Uti autem hic *ἄγειν*, sic in verbis paulo post sequentibus: *μεταιτέειν, ἵνα ἐπὶ προφάσιος ἡσυχίην ἄγωσι*, *ἔχειν* locum non haberet, quia hoc utrum quietem servaturi essent nec ne ab ipsorum pendebat arbitrio, non autem, utrum fructuri essent quiete nec ne. Hoc discrimen autem diligenter etiam observatum videbis Herod. VII, 161. et VIII, 108. Recte igitur Andocides qui de commodis pacis Atheniensibus concessae agit, *εἰρήνην ἄγειν* non *ἔχειν* scripsit; p. 26. §. 20. 27, 28. 28, 40. v. Lys. Sim. 98, 20. ibid. 99, 30. et de sacr. olea 108, 1. at in Epil. c. Ergocl. 180, 7. absurde esset dictum *ἡσυχίαν πρὸς τούτους ἄγειν*. Recte etiam Aeschin. 51, 174. in commodis pacis exponendis voce *ἄγειν* est usus de mal. gest. leg. 174. et Demosth. de mal. gest. leg. 287, 149. *τοῦ μὴ πάσχειν αὐτοὶ πᾶσαν ἄδειαν ἤγετε.* Sic *ἡσυχίαν ἔχειν* dicit Demosth. Ol. I, 13, 14. Mid. 521, 20. Aristocr. 624, 11. Olymp. 1179, 45., ubi semper res a voluntate quiescentium pendebat. Aliter tamen res habet Ol. III, 38, 34. Phil. I, 42, 9. 47, 25. d. Cor. 237, 36. 246, 65. (ubi quis *ἔχειν* exspectare possit) 327, 307. Aristocr. 622, 5. (*B.*)

τῶν κατὰ θάλατταν ἀρχούσης] *τινὰ, τῶν κατὰ τὴν θάλατταν ἄρχειν*, id est, *τῆς θαλάττης*, quod

uno vocabulo dicunt θαλαττοκρατεῖν, unde θαλαττοκράτωρ, sicut αὐτοκράτωρ καὶ θαλαττοκρατία, id est, ἡ ἀρχὴ ἡ κατὰ θάλατταν ἢ τῆς θαλάττης. (*Wolf.*)

§. 2. Ἔτι δὲ] atque etiam, adhaec, praeterea. (*Wolf.*) V. annot. ad cap. XV. et XXXVIII. (*B.*)

συμμάχους ἐχούσης] Sociorum Atheniensium triplex erat genus, v. Thuc. VI, 85.: καὶ γὰρ τοὺς ἐκεῖ ξυμμάχους ὡς ἕκαστοι χρήσιμοι ἐξηγούμεθα, Χίους μὲν καὶ Μηθυμναίους νεῶν παροχῇ αὐτονόμους, τοὺς δὲ πολλοὺς χρημάτων βιαιότερον φορᾷ, ἄλλους δὲ καὶ πάνυ ἐλευθέρως ξυμμαχοῦντας, καίπερ νησιώτας ὄντας καὶ εὐλήπτους, διότι ἐν χωρίοις ἐπικαίροις εἰσὶ περὶ τὴν Πελοπόννησον. singulos vid. Thuc. VII, 57. Cf. Krügerum ad Dionys. Historiogr. p. 326. et Boeckh. Oec. Polit. I, 439. (*B.*)

πολλοὺς τοὺς — βοηθήσοντας] Articulum hunc vides additum ad Dem. 12. d. Paneg. 64. b. de Pace 186. d. Pan. 249. b. Ant. 171, 323. Ep. VI, 420. e. (*B.*)

ἑτοίμως] Scripsi cum Bekkero Cod. Urbinatis auctoritate pro ceterorum librorum ἑτοίμους. Jam Wolfius in Castigationibus ita scribendum esse censuit, monens: ἑτοίμους postulare βοηθήσειν, βοηθεῖν, βοηθῆσαι. Secutus eum erat Battieus, non ita Stephanus, Augerus et Langius, qui haec habet: „Wolfius e conjectura ἑτοίμως, quod Bav. confirmare videtur. Verum quidem est, ἑτοίμους requirere infinitivum βοηθεῖν, sed quum ἕτοιμος etiam apud alios cum dativo occurrat, et βοηθήσοντας, nisi καὶ praemittere velis, per appositionem explicari possit, equidem plurimorum voto cedendum esse existimavi." Coraës contra et Schaeferus in Dionysio, (ubi libri eodem modo quo hic ἑτοίμους praebent) ἑτοίμως scripserunt probante Bergmanno, qui haec habet: „Sic in Or. de Pace p. 186. e.: πολλοὺς ἕξομεν τοὺς ἑτοίμως συναγωνιζομένους ἡμῖν, quem locum respicere videtur in Or. de Permutat. p. 341. A. ἀλλὰ καὶ πολλοὺς ἕξομεν τοὺς ἑτοίμως καὶ προθύμως συναγωνιζομένους ἡμῖν. Unde recte nostro loco ἑτοίμως probat Royaards in Diatr. laud. p. 61. Neque statui potest ἑτοίμους positum esse pro ἑτοίμως, adjectivum pro adverbio. Videtur quidem ἀσμένους sic positum esse pro ἀσμένως apud Thucyd. VII, 73. 84. sed horum locorum alia ratio est." ἀσμένους vides nunc in Isocrate

receptum ex Urb. Phil. 92. b. Archid. 131. b. coll. Ev. 201. d. et Phil. 103. b. ἕτοιμος tamen non ita dicitur; quamquam interdum sic dici videatur. Nam si Hom. Od. I, 148. οἱ δ' ἐπ' ὀνείαθ' ἑτοῖμα προκείμενα χεῖρας ἴαλλον legitur, nunc recte et ante et post προκείμενα interpungitur. Antiph. Orat. VI, 144, 23. autem vulgo legebatur: ἐκέλευον - ἐρωτᾶν καὶ ἐλέγχειν, τοὺς μὲν ἐλευθέρους ὡς χρὴ - τοὺς δὲ δούλους, εἰ μὲν αὐτῷ ἐρωτῶντι τἀληθῆ δοκοῖεν λέγειν, εἰ δὲ μή, ἕτοιμοι σταῖεν διδόναι βασανίζειν - τρόπῳ ὁποίῳ βούλοιτο, quod sane nunc, cum in optimo codice A post βασανίζειν verba: τούς τε ἐμαυτοῦ πάντας καὶ εἴ τινας τῶν ἀλλοτρίων κελεύοι, ὡμολόγουν πείσας τὸν δεσπότην παραδώσειν αὐτῷ βασανίζειν." addantur, quae facilius a librariis poterant omitti quam addi, ferri non potest. Cum tamen ἕτοιμος εἴην, quod Bekkerus ex conj. Taylori recepit, in nullo legatur codice, sed Cod. A ἕτοιμος εἶεν habeat erasa inter haec duo vocabula una littera, Codd. B. et Z. autem ἕτοιμοι εἶεν exhibeant, conjicere quis possit ἕτοιμος σταίην legendum esse: nostrum: ich stände bereit. Videtur tamen locus potius sic esse legendus: τοὺς δὲ δούλους, (scil. ἐκέλευον) εἰ μὲν αὐτῷ ἐρωτῶντι τἀληθῆ δοκοῖεν λέγειν, διδόναι, εἰ δὲ μὴ ἕτοιμος εἴη διδόναι, βασανίζειν. διδόναι enim quod Codd. A. B. Z. post ἐρωτῶντι addunt, post λέγειν ponendum et eodem modo quo Xenoph. Exped. Cyr. VI, 6, 31. et 34. per: dimittere explicandum esse videtur. Legebatur etiam olim ἕτοιμος pro ἑτοίμως Demosth. Prooem. 14, 1428. 1. ἰδίᾳ μέν, ὡς ἄρα αὐτὸς ἑτοίμως τὰ βέλτιστα πράττειν δόξων, ubi Reiskius ex Bavar. ἕτοιμος receperat, Bekkeri Codices tamen (Σ. Υ. Φ. Ω. v.) ἑτοίμως praebent. Dem. de mal. gest. leg. 408, 216. legitur: οὓς οὗτος ἑτοίμους ἕξει μαρτυρεῖν ὁτιοῦν Φιλίππῳ χορηγῷ χρώμενος, ubi Cod. t. ἑτοίμως, suprscr. ους F. Ω. u. Paris. sec. et Bavar. ἑτοίμως, v. pr. ἕτοιμος habet. Id. Phil. I, 43, 13. ὡς μὲν οὖν δεῖ τὰ προσήκοντα ποιεῖν ἐθέλοντας ὑπάρχειν ἅπαντας ἑτοίμως, ubi vulgo ante Reiskium legebatur ἑτοίμους, confirmatum a Bekk. Cod. Υ., utrumque habent Codd. Bavar. v. F. u. Rüdigerus ἑτοίμως defendens monet: usum Demosthenis suadere adverbium laudatque Phil. III. p. 120. ubi legitur ἑτοίμως εἶχον. At tu potius conferas ejusd. orat. p. 42, 1. πᾶσαν ἀφεὶς τὴν εἰρωνείαν ἑτοι-

μος πράττειν ὑπάρξῃ, ubi vulgo ante Reiskium ἑτοίμως legebatur, ἕτοιμος autem praebent Codd. Paris. I. Aug. I. suppl. Aldin. app. Francof. (utrumque praebent Codd. F. Σ. Bavar.), et de cor. 307, 239., ubi omnes libri habent: ὁ γὰρ ἀντωνούμενος καὶ ταχὺ τοὺς παρ' ἡμῶν ἀπελαυνομένους προσδεξόμενος καὶ χρήματα προσθήσων ὑπῆρχεν ἕτοιμος. et in Argum. ad Phil. I. ἥτις (δύναμις) οἴκοι μένουσα πρὸς τὰς τῶν ἐπικαίρων χρείας ἕτοιμος ὑπάρξει. Non tamen huc referendum esse Plut. Aem. c. 14. p. 262.: οἱ μαστοὶ τῶν γυναικῶν οὐχ ὥσπερ ἀγγεῖα πλήρεις εἰσὶν ἐπιῤῥέοντος ἑτοίμου γάλακτος, jam collocatio verborum ostendit, ἕτοιμον enim γάλα est lac natura, non nutrimentis paratum, eodem sensu, quo eod. cap. dicitur: ὑδάτων ἑτοίμων κεκρυμμένων. In nostro autem loco non ἑτοίμους esse scribendum patet ex locis a Bergmanno allatis. (*B.*)

ἤν τι δέῃ] si opus fuerit, si necessitas postularit. ἤν, ἄν usurpatur ἀντὶ τοῦ ἐάν, si, ubi, quando, cum. (*Wolf.*) v. annot. ad cap. XII. (*B.*)

πολὺ πλείους,] ἀντὶ τοῦ, πολλῷ πλείονας. (*Wolf.*) In Isocrate rarissime πολλῷ reperies, ita ut equidem non dubitem, quin de Pace 188. ex Ant. ubi Codd. Ambr. Laur. et vulg. id exhibent, πολὺ recipiendum sit. Isocratem autem πλείους non πλείονας dixisse demonstrabo ad cap. XXV. (*B.*)

τοὺς τὰς συντάξεις ὑποτελοῦντας] ὑποτελεῖν τινὶ τὰς συντάξεις, pendere constituta tributa. συντάξεις ἀντὶ τῶν φόρων κατ' ἀστεισμὸν ἢ εὐφημισμόν, constituta et promissa pecunia seu pensio pro tributis et vectigalibus, lenitate vocabuli rei tristitiam mitigante. Nam cum Athenienses post profligatos Persas autores fuissent Graecis tributi ad communis libertatis defensionem contra Persarum insidias et impressiones conferendi, illi repudiarunt vocabulum τῶν φόρων, ut scribit Suidas, tamquam servile: συντάξεις autem dare non recusarunt, quemadmodum Romani Caesarem victorem, perpetuum dictatorem appellare, quam regem, maluerunt. Sic saepe controversia nominis torquentur homines, cum in ipsis rebus nihil intersit. (*Wolf.*) Pro συντάξεις Bav. habet συνάξεις. Sed alibi Isocrates συντάξεις et φόρους conjungit. (*Lang.*) Καλῶς τὸ ἐμὸν ἀντίγραφον, „συνάξεις." Συντάξεις δὲ λέγει κατ' εὐφημισμὸν Ἀττικόν

τοὺς φόρους, ἐπειδὴ, ὥς φησιν Ἁρποκρατίων (λεξ. Σύνταξις), χαλεπῶς ἔφερον οἱ Ἕλληνες τὸ τῶν φόρων ὄνομα. Ὡραίτως ἡ τῶν Γάλλων φωνὴ, τὴν πρόθεσιν παραλιποῦσα, Taxe ὠνόμασε τὴν σύνταξιν, τὴν τοῖς Ἰταλοῖς καλουμένην Tassa, καὶ ῥῆμα ἐποίησε Taxer (Ἰταλ. Tassare), ἐπὶ τοῦ τάσσειν καὶ ἐπιβάλλειν τοὺς φόρους· ὅθεν ἡ τῶν Γραικῶν φωνὴ, τὰ ἴδια παρὰ τῶν ἀλλοτρίων λαμβάνουσα, ἐσχημάτισε τὰ χυδαῖα, τάσσα καὶ τασσάρα. Συντάξεις δ' ὠνόμαζον οἱ μεταγενέστεροι καὶ τὰς ἐτησίους δωρεὰς τῶν βασιλέων, τὰς τοῖς Γαλάταις καλουμένας, Pensions, καὶ τάγας δὲ τὰς αὐτὰς ἐκάλεσαν ἔπειτα οἱ Βυζαντινοὶ συγγραφεῖς· ἃς ἡ συνήθεια ταγίνια καλεῖ, ἐξ οὗ ῥῆμα τὸ ταγίζω, τὴν ἀρχὴν μὲν ἐπὶ τοῦ διοροῦμαι τοιαύταις συντάξεσι, νῦν δ' ἁπλῶς ἐπὶ τοῦ τρέφω ἢ ψωμίζω, τεταγμένον. Διορθούσθω μοι ἐν παρόδῳ καὶ ὁ Ἡσύχιος, „Ταγὴ, βασιλικὴ δωρεὰ καὶ ἡ σύνταξις τῶν πρὸς τὸ ζῆν ἀναγκαίων“ μεταγράφοντι. δωρεὰ καὶ σύνταξις τῶν πρὸς τὸ ζῆν ἀναγκαίων. Ἀντὶ δὲ τοῦ συντάσσω οἱ Ἑβδομήκοντα ἐχρήσαντο (Γ, Βασιλ. ΙΑ, 18.) καὶ τῷ διατάσσω. „Καὶ ἔδωκεν αὐτῷ οἶκον, καὶ ἄρτους διέταξεν αὐτῷ.“ (*Cor.*) Lucianus T. II. p. 261. ἐπὶ κομιδῇ τῆς ἐπετείου συντάξεως. Altera significatione Diodorus Sicul. XVII, c. 110. ἅπασι τὰς ἁρμοζούσας πρὸς τροφὴν ἐλευθερίοιν συντάξεις ἀπομερίσας. L. XVIII. c. 9. διαδοὺς τοῖς μισθοφόροις τὰς συντάξεις. Add. Iacobs. ad Anthol. Gr. II, 3. p. 223. (*Schaef.*) Cod. LB. συνάξεις male. Solennis dictio συντάξεις ὑποτελεῖν, tributa pendere, occurrit et de Pace p. 166. d. Idem est συντάξεις διδόναι ibid. p. 165. a. Συντάξεις autem Atticos per euphemismum dixisse pro φόρους, quae vox occurrit in Laud. Hel. p. 213. a. et cum illa jungitur in Panath. p. 256. e. notissimum est. Cf. Harpocr. in voce. Egregia hac de re habet Corajus, omisso tamen insigni Plutarchi loco in Solone p. 86. c. ἃ δ' οὖν οἱ νεώτεροι τοὺς Ἀθηναίους λέγουσιν τὰς τῶν πραγμάτων δυσχερείας ὀνόμασι χρηστοῖς καὶ φιλανθρώποις ἐπικαλύπτοντας, ἀστείως ὑποκορίζεσθαι, τὰς μὲν πόρνας ἑταίρας, τοὺς δὲ φόρους συντάξεις, φύλακας δὲ τὰς φρουρὰς τῶν πόλεων, οἴκημα δὲ τὸ δεσμωτήριον καλοῦντας, πρῶτον Σόλωνος ἦν (ὡς ἔοικε) σόφισμα, τὴν τῶν χρεῶν ἀποκοπὴν σεισάχθειαν ὀνομάσαντος. (*Bergmann.*) Nominis inventor

Callistratus fuisse dicitur apud Photium qui p. 480. haec habet: ἔλεγεν δὲ ἑκάστους φόρους σύντάξεις, ἐπειδὴ χαλεπῶς ἔφερον οἱ Ἕλληνες τὸ τῶν φόρων ὄνομα. Καλλιστράτου οὕτω καλέσαντος καὶ Ὑπερίδης δέ φησι· σύνταξιν ἐν τῷ παρόντι οὐδενὶ διδόντες, ἡμεῖς δὲ ἠξιώσαμεν λαβεῖν. Unde recte Boeckhius, Oecon. Polit. I, 450. concludit, tempore Ol. 100, 4. ubi novum συνέδριον Timotheo auctore Athenis constitutum erat, ortum esse. (*B.*)

ὑποτελοῦντας] Proprium verbum de tributo pendendo. Herodotus IV. c. 201. ὑποτελέειν ἀξίην βασιλέϊ. Hinc ὑποτελὴς tributarius. Noster (Dionysius) Antiquit. Rom. II. p. 769. παραδιδόντες σφᾶς αὐτοὺς (sic. leg. hic et T. I. p. 154. Conf. Thom. Mag. p. 826.) ὑπηκόους εἶναι Ταρκυνίου καὶ φόρων τὸ λοιπὸν ὑποτελεῖς. ubi Cod. Vat. φόρου, quod praefero. V. Indic. Thucydid. v. ὑπήκοος et ὑποτελεῖς. Synesius Epist. XXXVIII. p. 180. A. τὴν πατρῴαν βῶλον ὑποτελῆ τῇ συγκλήτῳ διαδεξάμενος. (*Schaef.*)

ὧν ὑπαρχόντων] Observanda sunt argumenta contraria: Athenienses censent, se extra omne periculum esse propter potentiam et divitias. Isocrates invertens: Ob haec ipsa, inquit, in summo periculo estis. Quod quia παράδοξον videtur, confirmat a consequentibus gradatione quadam. Potentia, inquit, temeritatem, temeritas calamitatem solet gignere. Hinc αἰτιολογία illustratur contrario: infelicitas gignit sobrietatem, sobrietas felicitatem. (*Wolf.*)

ἡμᾶς] Sic Urb. et Dionys., ceteri ὑμᾶς. Schaeferus: „Praestat nostra scriptura, quam commendat etiam quod opponitur: τοῖς δ' ἐχθροῖς τοῖς ἡμετέροις." recepit Bekkerus, recte. Restant tamen similia scripturae vitia Archid. 118. b., ubi ex seqq. patet, in verbis: τοῖς ἐξ ἀρχῆς ἀποστᾶσιν ὑμῶν, c. edd. Med. et Ald. ἡμῶν esse scribendum. Ibid. 123. c. Coraës e Cod. suo eadem de causa recte ὑμετέρων scripsisse videtur pro ceterorum ἡμετέρων. (*B.*)

τοῖς δ' ἐχθροῖς] Minus recte Edd. Wolf. minores τοῖς δ' ἐχθροῖς quod et Battieus servavit. τοῖς δὲ ἐχθροῖς tuetur major, consentientibus veteribus libris Med. Ald. (Hagan.) Isingr. Cod. L. B. probantibus Stephano (Augero) Langio, Corajo. Fere ubique eadem minorum editt. a majori discrepantia, idem hujus cum veteribus consensus apparet, ut illarum nulla sit auctori-

tas. Cf. Morus ad Isocr. Paneg. c. I. not. b. (*Bergmann.*) v. Exc. de hiatu. (*B.*)

βουλεύεσθαι περὶ σωτηρίας] Bekkerus Urb. auctoritate scripsit: *περὶ τῆς αὐτῶν σωτηρίας,* quod non probaverim primum quia Dionysius, qui in optimis scripturis fere semper cum Urbin. consentire solet, vulgatam tuetur, deinde quia saepius in Urbinate his pronominibus Isocratis sermonem dilatatum vidi, ubi concinnitatem turbat. v. Phil. 108. c. *ἐγὼ δ' εἰ μὲν πρὸς ἄλλους τινὰς πρότερον ἐπεχείρουν διαλέγεσθαι περὶ τούτων ἢ πρὸς τὴν πατρίδα τὴν τρὶς τοὺς Ἕλληνας ἐλευθερώσασαν,* ubi Urb. habet: *τὴν πατρίδα τὴν αὐτοῦ τὴν* etc. v. Exc. de Codice Urbinate. Simili modo legimus Archid. 126. c. *ἡσυχίας ἐπιθυμοῦμεν καὶ περὶ ἀσφαλείας βουλευόμεθα.* (*B.*)

CAP. II.

§. 3. *Χρώμενοι*] Sic Wolfius qui *πρώμενοι* nescio quo in libro legerat, correxit. Wolfii editio major habet *χρώμενον.* (*B.*)

καταστήσειν] Urb. *καταστήσειν,* quod verbum saepius a librariis cum aliis mutatum esse videtur. Paneg. 49. *ἐμπόριον γὰρ ἐν μέσῳ τῆς Ἑλλάδος τὸν Πειραιᾶ κατεσκευάσατο,* vulgo: *κατεστήσατο* legitur. Ibid. 53. h. legitur: *τοσαύτην εὐδαιμονίαν κατεστήσαντο,* quod Urb. et Laur. exhibent, vulgo *κατέστησαν,* et in Antid., ubi haec verba repetuntur, vulgo *ἐκτήσαντο* legitur, in Ambr. et ap. Orell. *κατεκτήσαντο.* Pinzgerus *κατεκτήσαντο* probat monens: *εὐδαιμονίαν κατεστήσαντο* sine *εἰς* ne graecum quidem esse, ingratumque etiam repetitione hujus vocis in seqq. Dindorfius contra affert loc. Paneg. 63. *ῥᾴθυμον αὐτοῖς κατεστήσαντο τὸν βίον,* ubi omnes libri hanc vocem praebent et 79. *ἐκ τῶν ἀλλοτρίων μεγάλους πλούτους καταστήσασθαι,* ubi Urb. *κατακτήσασθαι,* et de Pace 173. *ὡς δ' οὐδ' ἂν δυνηθείημεν τὴν ἀρχὴν ταύτην καταστήσασθαι,* ubi Urb. *καταστρέψασθαι,* ad quem locum de multiplici in Isocratis scriptis usu verbi *καταστήσασθαι,* quo Isocrates mirum quantum delectatus sit, se plura daturum esse professus est. Hoc certe inde patet, Isocratem in Paneg. loco ita dicere potuisse, sed repetitio ejusdem vocis valde molesta me mo-

net, ut κατεκτήσαντο veram esse lectionem censeam. Ibid. 59. b. vulgo legebatur: ζητοῦντες αὐτοὺς ἐξίσου καταστῆσαι, nunc rectius: ἐξισῶσαι. Phil. 110. c. τὴν (δύναμιν) ὑπ' ἀνθρώπου βαρβάρου καὶ κακῶς τεθραμμένου καταστα θεῖσαν καὶ συναχθεῖσαν ἐπὶ δουλείᾳ. Cod. Urb. καταστραφεῖσαν. Simili modo etiam Paneg. 75. b. nunc περιμένειν ἕως ἂν ἐπιστῶσιν legitur pro vulgato: ἀθροισθῶσιν et Panath. 241. d. nunc Cod. Urb. auctoritate legitur: τοὺς μὲν βαρβάρους ἀνέστειλαν ἀπὸ τῆς θαλάσσης pro vulgato: ἀνέστησαν, quod tamen praeferendum esse videtur, v. de Pace 167. e. Videbis inde saepe numero quidem καθιστάναι librarios offendisse, interdum tamen, uti Paneg. 53. b. et nostro in loco a librariis errore quodam esse scriptum. (*B.*)

κάκιστα] Sic sine articulo in Cod. Urb. et apud Dionysium vides scriptum ubi Upton. quidem articulum recepit, Schaeferus tamen recte monet, „κάκιστα oppositionis videtur poscere concinnitas, vix patiens illa articulum τά.“ Omisit primum Bekkerus articulum, qui non tantum concinnitatem turbat, sed malum etiam sensum praebet. Non enim hoc sibi vult orator, cives, qui rebus secundis gaudeant, pessima semper eligere consilia, ita ut pessima consilia bonis ab aliis praepositis praeferant, sed omnino significat his verbis: qui secundis gaudeant rebus, non recta gaudere solere ratione consultandi. Aliter se habent loci de Pace 170. a. et Panath. 262. d., ubi recte τὰ βέλτιστα scriptum videbis, vellemque Bekkerus Nicocl. 30. d. in verbis: πάντων, ὡς οἷόντ' ἐστὶ, βέλτιστα πράττουσιν Urb. non esset secutus et potius articulum ante βέλτιστα qui quantum video, hic non potest abesse, retinuisset. Omnino autem hac quoque in re Isocrates concinnitatis studiosus erat, quod videns Bekkerus jure Cod. Urb. iis in locis non est secutus, ubi illo codice hanc concinnitatem turbatam esse videmus. v. Phil. 106. b. τοὺς δ' οὔτ' ἐν ταῖς εὐχαῖς οὔτ' ἐν ταῖς θυσίαις τιμωμένους, ubi Urb. οὔτ' εὐχαῖς habet, coll. Panath. 267. b. 287. c. Antid. §. 280. Debebat tamen idem facere Archid. 123. in verbis: καὶ τοὺς ἄνδρας τοὺς καλοὺς κἀγαθοὺς ἐπὶ τούτῳ φιλοτιμουμένους, καὶ τὰς εὖ πολιτευομένας πόλεις περὶ τούτου μάλιστα σπουδαζούσας, ubi vulgo legunt: τὰς πόλεις τὰς εὖ καὶ φιλοτίμως πολιτευομένας, tu scribe: τὰς

πόλεις τὰς εὖ πολιτευομένας. de Pace 182. σύνισασι γὰρ τοὺς πρὸ αὐτῶν νετυραννευκότας τοὺς μὲν ὑπὸ τῶν γονέων ἀνῃρημένους, τοὺς δ' ὑπὸ τῶν παίδων, τοὺς δ' ὑπ' ἀδελφῶν, τοὺς δ' ὑπὸ γυναικῶν, ἔτι δὲ τὸ γένος αὐτῶν ἐξ ἀνθρώπων ἠφανισμένον, vulgo legebatur: ὑπὸ γονέων et ὑπὸ παίδων, quod jure Leloupius retinuit. coll. 177. e. Busir. 224. c. ἤρξατο - ἅμα τόν τε τόπον ὡς κάλλιστον καταλαβεῖν καὶ τροφὴν ἱκανὴν τοῖς περὶ αὐτὸν ἐξευρεῖν· ubi vulgo rectius τὴν τροφὴν habent, si modo in priori membro c. Cod. Cor. et Urb. ἅμα τόν τε τόπον scribas pro ἅμα τόπον, quod ceteri libri exhibent. Antid. §. 122. p. 70. ed. Or. Τιμόθεος δ' οὔτε τὴν τοῦ σώματος φύσιν ἔχων ἐῤῥωμένην οὔτ' ἐν τοῖς στρατοπέδοις τοῖς πλανωμένοις κατατετριμμένος, ἀλλ' ὁ μεθ' ὑμῶν πολιτευόμενος τηλικαῦτα διαπράξατο τὸ μέγεθος. Sic Bekk. ex Urb. et Ambr. recepit, rectius Orellius ex Laur. articulum post ἀλλὰ omisit. Epist. II, 407. b. εἰδὼς ἐκεῖνα μὲν ὑπὲρ δόξης ὄντα, ταῦτα δ' ὑπὲρ τῆς σωτηρίας· dele articulum, qui jam offendit Coraëm. Ad Nicocl. 22. c. ἐπειδὴ θνητοῦ σώματος ἔτυχες, πειρῶ τῆς ψυχῆς ἀθάνατον τὴν μνήμην καταλιπεῖν recte jam Bekkerus conjecit: θνητοῦ τοῦ esse legendum, improbante Spengelio in Συναγ. τεχν. p. XVII. (*B.*)

βουλευομένας] Sic primum Augerus e Cod. *K.* recepit, quem deinde Coraës et Bekkerus (qui cum nihil hac de re dicat, sine dubio βουλευομένας in Urb. invenit) secuti sunt. Wolfius et ceteri editores praeter quos nominavi, συμβουλευομένας habent, quod Wolfius ita explicat: „Passive intelligatur, αἱ πόλεις συμβουλεύονται, scilicet ὑπὸ τῶν ῥητόρων τὰ κάκιστα, oratores pessima consilia dant urbibus, id est; οἱ ῥήτορες συμβουλεύουσι τὰ κάκιστα ταῖς πόλεσι: civitates in consilium homines improbissimos adhibent et pessima consilia capiunt. συμβουλεύειν dare consilium: συμβουλεύεσθαι, audire consilium. In oratione ad Nicoclem [25.] scribit: ὅτι δεῖ τὸν καλῶς πεπαιδευμένον ἐξ ἑκάστου τούτων γενέσθαι συμβουλεύεσθαι δυνάμενον: ubi τὸ συμβουλεύεσθαι δυνάμενον non tam eum significat, qui ipse consilium capere possit, quam qui data sibi consilia judicare, ac potius utrumque. Alias συμβουλεύεσθαί τινι ut in Paraenesi [p. 9. d. ubi nunc συμβούλῳ χρῆσθαι legitur,] est alicujus consilium petere, consulere

aliquem." Langius contra monet, συμβουλευομένας neque cum Wolfio passive accipiendum, neque cum Augero in βουλευομένας mutandum esse „siquidem συμβουλεύεσθαι quoque significat: de re agenda commentari seu deliberare, ita ut h. l. supplere possis ἀλλήλοις." In Dionysio Sylburgianae scripturam βουλευομένας confirmatam Cod. Reg. I. Hudsonius et Reiskius mutarunt in συμβουλευομένους, improbante Schaefero, qui contra Wolfium monet, participium hoc formae esse mediae, non passivae. At in Xenoph. Mem. I, 1. 19., in verbis: Σωκράτης δὲ πάντα μὲν ἡγεῖτο θεοὺς εἰδέναι, τά τε λεγόμενα καὶ πραττόμενα καὶ τὰ σιγῇ βουλευόμενα passive esse accipiendum non potest negari. Hic tamen βουλευομένας, non συμβουλευομένας legendum esse patet ex verbis quae his sunt opposita: τας ἄριστα πράττειν οἰομένας. Nihil aliud enim his potest opponi, quam „*sibi pessime consulere,*" quod βουλεύεσθαι, non tamen συμβουλεύεσθαι potest significare. cf. de Pace 170. c. νομίζοντες τὸν ἐπὶ τοῦ βήματος τὰ βέλτιστα συμβουλεῦσαι δυνάμενον τὸν αὐτὸν τρόπον ἄριστ' ἂν βουλεύσασθαι καὶ καθ' αὐτὸν γενόμενον, ubi Cor. e Cod. suo συμβουλεύσασθαι recepit (quod igitur Bekkerus ut vulgatum afferre debebat) jure tamen Bekkerus ceterorum librorum scripturam συμβουλεῦσαι praetulit; nam haec sibi opposita sunt: qui aliis optima potest *dare* consilia, poterit etiam, si sui juris erit factus, optime consilia *capere.* Nam consilia dare, Isocrates semper per συμβουλεύειν, consilia capere (sibi consulere, se gerere) per βουλεύεσθαι expressit. συμβουλεύεσθαι autem ibi tantum dixit, ubi de consiliis cum aliis capiendis sermo est v. de Pace 170. d. et βουλεύειν uno in loco: de Big. 355. e. legitur, ubi orator de magistratu, quem adversarius sub triginta viris gesserit, loquitur. — Nam quod Archid. 131. b. in Laurent. βουλεύουσι pro συμβουλεύουσι exhibetur, aperte falsum est. In loco or. ad Nicocl. 25. autem, quem Wolfius attulit, βουλεύεσθαι quod Bekkerus ex Cod. Urb. recepit, unice est verum. (*B.*)

πλείστους] In Dionysio vulgo legitur: πλείους. Sed jam Upton. ex Cod. Reg. πλείστους recepit, quem deinde secutus est Schaeferus. Vide de hac re ad cap. VIII. (*B.*)

§. 4. *Αἴτιον δὲ τούτων ἐστὶν κ. τ. λ.*] Tib. Hemsterhusius in marg. Isocratis, qui in Bibliotheca Academiae nostrae servatur, haec notavit: „Theopompus ἐν τῇ ἑνδεκάτῃ τῶν περὶ Φιλίππου haec Isocratea de verbo ad verbum transscripsit. Porphyrius ap. Eusebium Praep. Evang. X. p. 464. C." (*Bergmann.*)

οὐδὲν αὐτὸ καθ' αὑτὸ παραγίγνεται τοῖς ἀνθρώποις] *Nihil ipsum per se accidit, adest hominibus.* Sensus est: nullum est bonum quod solum et sejunctum ab omni malo hominibus adsit: nullum contra malum quod sejunctum a bono exsistat. Similis sententia est in Archidamo p. 126. b.: *οὐδὲν γὰρ τῶν ὄντων ἐστὶν ἀποτόμως οὔτε κακὸν οὔτ' ἀγαθόν.* (*Bergmann.*) Uti hic Isocrates Athenienses dehortatur, ne nimis confidant rebus secundis, sic Demosthenes eosdem admonet, ne afflicti desperent saluti suae, dicens Phil. I, 40. §. 2. — *οὐκ ἀθυμητέον, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῖς παροῦσι πράγμασιν, οὐδ' εἰ πάνυ φαύλως ἔχειν δοκεῖ. ὃ γάρ ἐστι χείριστον αὐτῶν ἐκ τοῦ παρεληλυθότος χρόνου, τοῦτο πρὸς τὰ μέλλοντα βέλτιστον ὑπάρχει.* Idem autem jam Socrates docuerat Aristippum (Xenoph. Memor. III, 8.) ubi §. 7. haec leguntur verba: *πάντα γὰρ ἀγαθὰ μὲν καὶ καλά ἐστιν, πρὸς ἃ ἂν εὖ ἔχῃ, κακὰ δὲ καὶ αἰσχρά, πρὸς ἃ ἂν κακῶς.* Simili modo etiam Pausanias in Plat. Sympos. 181. disserit: *πᾶσα πρᾶξις ὧδ' ἔχει· αὐτὴ ἐφ' ἑαυτῆς πραττομένη οὔτε καλὴ οὔτε αἰσχρά. οἷον ὃ νῦν ἡμεῖς ποιοῦμεν, ἢ πίνειν ἢ ᾄδειν ἢ διαλέγεσθαι, οὐκ ἔστι τούτων αὐτὸ καθ' αὑτὸ καλὸν οὐδέν, ἀλλ' ἐν τῇ πράξει, ὡς ἂν πραχθῇ, τοιοῦτον ἀπέβη.* Dicet igitur Orellius, Isocratem sententiam hanc ex Platone hausisse, ex quo omnia, quae accuratiorem quandum prodere possint philosophiae cognitionem hauserit. v. ad Antid. p. 307. At nos vellemus, Orellius ipse haec de Isocratis philosophia ex Platone vel Isocrate hausisset, neque sibi finxisset. Affert autem duos locos, alterum ex Platon. Sympos. 183. ubi de servitute, quam amantes libenter in se suscipiant, sermo est, comparato Helen. 217. b. alterum ex Platon. libr. de republ. I, 601. *γυμνωθέντα γε τῶν τῆς μουσικῆς χρωμάτων τὰ τῶν ποιητῶν, αὐτὰ ἐφ' αὑτῶν λεγόμενα, οἶμαί σε εἰδέναι, οἷα φαίνεται* comparato Isocr. Evag. 191. *ἣν γάρ τις τῶν ποιημάτων τῶν εὐδοκιμούντων τὰ*

μὲν ὀνόματα καὶ τὰς διανοίας καταλίπῃ, τὸ δὲ μέτρον διαλύσῃ, φανήσεται πολὺ καταδεέστερα τῆς δόξης, ἧς νῦν ἔχομεν περὶ αὐτῶν. At primus ille locus, ubi orator de potestate et vi amoris disserit, non ita est comparatus, ut non quisque potuisset scribere, quae ibi leguntur, et scripta videmus etiam in Helenae Laudatione Gorgiae tributa, p. 99. et sqq. quam Isocratem respexisse confirmavit Spengelius Συναγ. τέχν. p. 72. In altero autem ille loco de poëtis se prodit non tam Platonis asseclam quam Socratis discipulum, quem constat poëtas non magni fecisse cum aliis de causis tum propter fabulas de diis ab iis prolatas. Nam aliis quoque ex locis patet, Isocratem Socratis fuisse discipulum. V. quae de hac re in Isocr. Vit. p. 23. disputavimus. (*B.*)

αὐτὸ καθ᾿ αὐτὸ] Saepe idem est, quod μόνον, sine comitatu aut accessione alterius ἢ προηγουμένως. (*Wolf.*) De dictione αὐτὸ καθ᾿ αὐτό, solum, non cum aliis commistum, vid. Hoogeveenius ad Vigerum de Idiot. IV, 7. p. 170. (p. 166. ed. Herm. et p. 633.) Sic apud Platonem in Phaedone p. 14. ed. Wyttenb. (64. c.) illud dicitur esse mori χωρὶς μὲν ἀπὸ τῆς ψυχῆς ἀπαλλαγὲν αὐτὸ καθ᾿ αὐτὸ τὸ σῶμα γεγονέναι, *seorsim ab animo* liberatum solum esse corpus. Plutarch. in Cicer. p. 882. e. αὐτὸς καθ᾿ ἑαυτὸν ἐξέπλευσε *solus navigavit*. Vid. et Xenoph. Mem. S. XIII, 5. §. 4. et II, 14. §. 2. (*Bergmann.*)

ἀλλὰ συντέτακται καὶ συνακολουθεῖ] Duo priora vocabula sejungenda videntur a reliquis, ut ex antecedentibus subintelligatur τὰ ἀγαθὰ καὶ τὰ κακά. *Conjuncta sunt bona cum malis.* Ita constat oppositio antecedentium οὐδὲν αὐτὸ καθ᾿ αὑτό. Jam quae universe de omni bonorum ac malorum genere dicta erant, exemplo illustrat: καὶ συνακολουθεῖ κ. τ. λ. Et sic verbi causà, ut rem distinctius exponam: καὶ h. l. explicandi vim habet: συνακολουθεῖ κ. τ. λ. consequuntur divitias et potentias insania et postea insolentia, indigentiam vero et humilitatem temperantia et moderatio. (*Bergmann.*) Hoc fieri nequit, primum quia tam abrupta oratio non est Isocratea, deinde quia cum in sequentibus ubique duo nomina conjuncta videas, concinnitas sermonis, cui Isocrates tantopere studuit, postulat, ut duo adsint verba. Cur igitur recedamus a

multo simpliciori ratione, qua συντέτακται καὶ συνακολουθεῖ conjunguntur? (*B.*)

τοῖς μὲν πλούτοις κ. τ. λ.] Notanda est oppositio verborum πλοῦτοι-ἔνδειαι, δυναστεῖαι-ταπεινότητες, ἄνοια-σωφροσύνη, ἀκολασία-μετριότης, *divitiae-paupertas*, *imperia-humilitas*, i. e. eorum conditio qui aliis subjecti sunt, *amentia-prudentia*, *insolentia-moderatio*. De divitiarum damno vid. et ad Demon. 3. b. et comparetur elegans locus Luciani in Timone T. I. p. 141: ubi Plutus dicit: ἐπειδάν τις ἀναπετάσας τὴν θύραν εἰσδέχεταί με, συμπαρεισέρχεται μετ' ἐμοῦ λαθὼν ὁ τύφος καὶ ἡ ἄνοια· quem laudat Willetus ad Galeni Protrept. p. 80. De moderatione cum inopia conjuncta ad Nicocl. p. 21. d: αἱ γὰρ μετριότητες, inquit, μᾶλλον ἐν ταῖς ἐνδείαις ἢ ταῖς ὑπερβολαῖς ἰσχύουσιν. (Cor. ἔνεισιν.) Ne forte quem offendat τῇ ἀνοίᾳ h. l. opponi τὴν σωφροσύνην cum haec soleat significare *temperantiam*, sciat, si etymologiam spectes, recte alteram alteri opponi: est enim ἄνοια *absentia mentis*, σωφροσύνη, *sanitas mentis*, ex σόος *salvus* et φρὴν mens. Similiter ap. Xenoph. Mem. S. I, 3, 9. opponuntur οἱ σωφρονικοὶ τοῖς ἀνοήτοις ex emendatione Schützii, qui in Append. Obss. p. 185. recte monet σωφρονικὸν proprie denotare *hominem sanae mentis*, ἀνόητον *insanum ac dementem*. Eadem oppositionis ratio esse videtur in loco Isocratis de Pace p. 176. a.: τοσοῦτον δὲ διήνεγκαν ἀνοίᾳ πάντων ἀνθρώπων, ὥστε τοὺς μὲν ἄλλους αἱ συμφοραὶ συστέλλουσι καὶ ποιοῦσι σωφρονεστέρους, ἐκεῖνοι δ' οὐδ' ὑπὸ τούτων ἐπαιδεύθησαν. Similiter certe Socrates ap. Xenoph. Mem. I, 1, 16. σωφροσύνην opponit μανίᾳ, ad quem locum Schneiderus similem Platonis affert ex Alcib. II. (138. c.) τὸ μαίνεσθαι ἆρά γε ὑπεναντίον σοι δοκεῖ τῇ σωφροσύνῃ. Isocrates τοὺς ἀνοήτους τοῖς φρονίμοις opposuit in Nicocl. p. 28. a.: τοὺς ἀνοητέρους τοῖς φρονιμωτέροις et τὴν ἄνοιαν τῇ διανοίᾳ ad Nicocl. p. 17. d. et Panath. p. 280. d. Aliter et, si usum loquendi spectes, accuratius fortasse Aristot. Rhet. I, 9, 12. σωφροσύνην opponit ἀκολασίᾳ, et II, 23, 2. τὸ σωφρονεῖν τῷ ἀκολασταίνειν. Nostro autem loco ἀκολασία cum ἀνοίᾳ ita conjungitur, ut ex hac illam oriri significetur. Hinc ἄνοια non ita accipienda est ac si divites sana mente careant, sed hoc sibi

vult Isocrates, eos sana mente non uti, temere et inconsiderate agere: σωφροσύνη indicat pauperes et humili loco positos *prudenter* agere, i. e. cum sana mente, adhibito consilio et cogitate. Sensus itaque totius loci huc fere redit: *si qui divites et potentes sunt, hi in usu divitiarum et potestatis suae non utuntur ratione, sed temere agunt, unde fit, ut in lasciviam sive intemperantiam incidant: qui autem in inopia et humili loco versantur, hi eo ipso coguntur parvulis, quas habent, opibus, ratione et prudenter uti, neque elatius et superbius sese gerere, unde fit ut sint* μέτριοι, *ut modum et mediocritatem in omnibus rebus servent.* (*Bergmann.*)

τοῖς μὲν πλούτοις] Pro πλούτοις in Ed. Med. Ald. Hagan. Isingr. Basil. Codd. N. H. J. X. LB. legitur πλουσίοις, quod jam correxerat Wolfius in Castigatt. scribens: „malim πλούτοις, quia cum eo conjungitur δυναστείαις.“ Secuti sunt Wolfium Stephanus, Battieus, Augerus, Langius, (qui haec habet: „An pluralis πλούτοις alibi occurrat, nescio. Confirmat tamen hanc lectionem Bav., et reliqua hujus loci substantiva necessario tale quid postulant,“) Coraës et Bekkerus. Coraës haec scripsit: Τὸ δὲ πλούτοις κατὰ πληθυντικὸν ἀριθμὸν, μεταβαλοῦσα καὶ τὸ γένος οἶδε καὶ ἡ συνήθεια τὰ πλούτη λέγουσα, ὡς παρὰ τὸ οὐδέτερον τὸ πλοῦτος. ἡ αὐτὴ δὲ συνήθεια τὸν βίον καὶ τὸ βίος, τὸν θρῆνον καὶ τὸ θρῆνος, κατὰ μίμησιν δὴ τοῦτο τῶν ἀρχαίων, παρ' οἷς ἕτερα διγενῆ, ὁ καὶ τὸ ἔλεος, ὁ καὶ τὸ σκότος κ. τ. λ.“ His Schaeferus ut Langium refutaret, haec addidit: „Plato Gorg. p. 264. Heind. ἠμφιεσμένοι εἰσὶ σώματά τε καλὰ καὶ γένη καὶ πλούτους. Diodorus Sicul. I. c. 71. extr. μεγίστους πλούτους ἔσχον. V. Wesseling. T. I. p. 358. Lucianus T. I. p. 473. τῶν ἐπὶ πλούτοις τε καὶ ἀρχαῖς τετυφωμένων. ubi v. Solan. it. Reitz. p. 748. (coll. Defens. advers. N. Acta Erudit. Lips. quam Indici Lucianeo praemisit) idemque T. III. p. 375. Add. Abresch. ad Xenophont. Ephes. p. 199. Loc. qui ex ipso Isocrate affatim exemplorum excitavit. In Nostri Antiquit. Rom. T. I. p. 109. ex libro Vatic. scribendum: τοῖς παρ' ἑτέρων ἐπιχορηγηθεῖσι δωρεῖσθαι πλούτοις. itemque p. 401. ex eodem libro plane palmario: τὸν ἐκ γῆς πλου-

τον, ἁπάντων ὄντα πλούτων δικαιότατον. Longin. p. 119. Toup." Πλοῦτοι legitur ad Nicocl. 15. d. Paneg. 72. b. 79. b. de Pac. 160. 183. Panath. 274. b. v. Spohnius ad Paneg. 48. Saepenumero autem librarii his locis offenderunt. v. Archid. 121. d. in ἀμφισβητήσεις, ibid. 126. d. in ὁμολογίας, 132. c. in ὄχλους, de Pace 163. in τρόπους, Panath. 241. d. in ἠπείρων, Antid. §. 223. in ἐπιμέλειας, §. 244. in πονηρίας. Nec dubitaverim pluralem recipere Archid. 132. b. in verbis: τὰς μὲν αὐτῶν πόλεις ἴδωσιν εἰς πολιορκίαν καθεστηκυίας, ubi Urb. rectius πολιορκίας. coll. de Pac. 177. b. De Pace 176. e. in verbis: ἄνδρας δὲ ζηλοῦν μὴ τοὺς τὰς τυραννίδας κατέχοντας μηδὲ τοὺς μείζω δυναστείαν τοῦ δικαίου κεκτημένους, primum cum Cod. Corais et probante Coraë articulum ante τυραννίδας delendum, dein ex conjectura Augeri μείζους scribendum et quod ante Bekkerum in omnibus legebatur codicibus (miror autem, quod Bekkerus nihil de hac re dixit) δυναστείας recipiendum esse duco. Ibid. 187. c. in verbis μισῆσαι μὲν ἁπάσας τὰς τυραννικὰς ἀρχὰς καὶ τὰς δυναστείας - ζηλῶσαι δὲ καὶ μιμήσασθαι τὴν ἐν Λακεδαίμονι βασιλείαν, miror quod Bekkerus non recepit τὰς-βασιλείας, quod optimi libri Urb. et in Antid. Ambr. Laur. et ceteri libri exhibent. Sunt enim αἱ βασιλεῖαι imperia illorum duorum regum apud Lacedaemonios; nec Bekkeri conjecturam: τοὺς-βασιλέας probandam esse duco, licet verba: ἐκείνοις γὰρ ἀδικεῖν κ. τ. λ. sequantur. Recepit autem τὰς-βασιλείας jam Dindorfius. Sophist. 292. d. in verbis: ἡγοῦνται δὲ τοῦτ' εἶναι τὴν τέχνην, ἣν ὡς πλείστους τῇ μικρότητι τοῦ μισθοῦ καὶ τῷ μεγέθει τῶν ἐπαγγελμάτων προσαγάγωνται, scribe cum Vat. et Urb. in marg. τῶν μισθῶν. coll. Antid. §. 127. Plataic. 306. ὃ πολλοῖς τῶν ἡμετέρων πολιτῶν διὰ τὴν ἀπορίαν συμβέβηκεν vulgata: διὰ τὰς ἀπορίας praeferenda esse videtur. coll. Antid. §. 127. ἀπορίας ἐνεγκεῖν καὶ πενίας, et de Pace 185. c. Idem statuendum esse videtur Antid. §. 143. in verbis: ἡ γὰρ εὔνοια πάντας οὕτω διατίθησιν, ubi Cod. Laur. multo exquisitius: αἱ γὰρ εὔνοιαι-διατιθέασιν habet, et §. 156. in verbis: εἰ μὲν μετὰ πόνου καὶ ταλαιπωρίας ᾐσθάνοντό σε ποριζόμενον, ubi Orellius ex Laur. μετὰ πόνων καὶ ταλαιπωριῶν recepit, quod mihi quoque praeferendum esse videtur. Recte tamen se

habere videtur quod legitur Antid. §. 270. πολλῶν (ζώων) καὶ τῷ τάχει καὶ τῇ ῥώμῃ καὶ ταῖς ἄλλαις εὐπορίαις καταδεέστεροι τυγχάνομεν ὄντες, ubi Laur. iterum pluralem ταῖς ῥώμαις exhibet, vulgata autem praecedenti τῷ τάχει defenditur. cl. Nicocl. 23. Simili modo Cic. Cat. c. 6. §. 17. dicit. *Non viribus aut velocitatibus aut celeritate corporum res magnae geruntur, sed consilio, auctoritate, sententia*, ubi Ernestius et Schützius *velocitate* scripserunt, Ellendtius autem ad Brut. 208. *aut celeritate* excludendum esse censet. Neutrum tamen probo. Velocitates enim corporibus sunt innatae, celeritas contra ratio est iis utendi. (v. Tusc. IV, 13.) Sic etiam *dissimilitudines* et *varietas* sese excipiunt Brut. c. 82. quod recte explicuit Ellendtius, quem vide. (*B.*)

ταῖς δ' ἐνδείαις] Talia nomina Latini numero fere singulari efferunt: etsi etiam Cicero, graeca imitatione velocitates et tarditates et id genus alia dixit, praesertim in philosophicis, quorum lectores aequiores haberet, ut graece doctos. (*Wolf.*) V. infra 146. et de Pace 177. b. et 185. (τὰς πενίας καὶ τὰς ἐνδείας) et ad Nic. 21. d. l. supra l. — δ' ἐνδείαις primum scripsit Bekkerus, ceteri (Ald. Med.) δὲ. v. Exc. de hiatu. (*B.*)

πολλὴ μετριότης] πολλὴ cum Dindorfio ex Urb. et Dion. Halic. recepi. Schaeferus quidem dicit, se hanc vocem non multum requirere, addita tamen esse videtur ab Isocrate aequabilitatis membrorum causa, ut praecedenti μετὰ ταύτης responderet. Eandem vocem retinendam esse censeo Plat. 297: πολλῶν δ' ἤδη πρὸς ὑμᾶς καταφυγόντων καὶ διαπραξαμένων ἅπανθ' ὅσων ἐδεήθησαν, ἡγούμεθα μάλιστ' ὑμῖν προσήκειν περὶ τῆς ἡμετέρας πόλεως ποιήσασθαι πρόνοιαν· ubi, ni fallor, vulgo rectius πολλὴν ante ἡγούμεθα addunt. Nam μάλιστα arte cum ὑμῖν conjungendum. Eadem autem de causa qua supra πολλὴ probavi: Helen. Laud. 211. b. in verbis: ἣ βίᾳ τῶν ἄλλων κρατεῖν δύναται· ἁπάντων quod vulgo post ἄλλων legitur, probaverim, quia his in sequentibus verba: ὃ καὶ τῆς ῥώμης αὐτῆς ἄρχειν πέφυκεν respondent. Nam in his adjectivis, quae librarii saepenumero addiderunt et omiserunt, praecipue aequabilitas membrorum, cui Isocrates tantopere studuit, spectanda est. Hinc Evag. 198. b. in verbis: δημοτικὸς μὲν ὢν τῇ τοῦ πλήθους θεραπείᾳ, πολιτικὸς δὲ τῇ

τῆς πόλεως ὅλης διοικήσει, στρατηγικὸς δὲ τῇ πρὸς τοὺς κινδύνους εὐβουλίᾳ, ne dubites, quin vulgo rectius ὅλης omittant. Nec probo quod Bekk. in Helen. Laud. 209. d. in verbis: κατηγοροῦσι μὲν τῶν ἐπὶ τοῖς ἰδίοις συμβολαίοις ἐξαπατώντων καὶ μὴ δικαίως τοῖς λόγοις χρωμένων, ἰδίοις quod saepe quidem additur, interdum tamen etiam omittitur, (cf. Antid. 318. c.) et hic concinnitatem turbat, recepit. Ibid. autem 210. c. in verbis: τὰ μὲν μικρὰ ῥᾴδιον τοῖς λόγοις ὑπερβαλέσθαι, τῶν δὲ χαλεπὸν τοῦ μεγέθους ἐφικέσθαι, μικρὰ delendum esse jam vidit Coraës. (*B.*)

§. 5. Ποτέραν ἂν] Isocratem saepius ἂν sic collocasse, ut syllaba αν praecedat aut sequatur demonstravit exemplis pluribus allatis Werferus in Act. Monac. T. I. fasc. II. p. 245. De Spengelii sententia Isocratem talia fugisse, v. ad cap. VIII. (*B.*)

δέξαιτο] Capiat relinquere, id est, malit, μᾶλλον βούλοιτο, ἕλοιτο ἢ εὔξαιτο. (*Wolf.*) δέξαιτο ἀντὶ τοῦ ἕλοιτο. Sic et alibi semel et iterum. Sed quid si εὔξαιτο? (*Idem* in Castigatt.) Sed eodem sensu et apud Lucianum in *de morte Peregrini* haec vox reperietur: Ὑμᾶς δ᾽ οὖν αὖθις ἐρήσομαι· δέξαισθ᾽ ἂν ὑμῶν τοὺς παῖδας ζηλωτὰς τοῦ τοιούτου γενέσθαι· οὐκ ἂν εἴποιτε. (*Upt.*) V. Hemsterhus. ad Lucian. p. 401. et Lennep. ad Phalar. p. 271. (*Schaef.*) Δέχεσθαι h. l. est *velle*, optare, de qua significatione vid. Budaeus Comm. L. Gr. p. 892. et seq. Sic in Archid. p. 130. a. οὐδ᾽ ἂν εὑρεῖν δέξαιντο μᾶλλον ἢ τὰ τῶν ἐχόντων ἀφελέσθαι· *Ne invenire quidem mallent, quam possessoribus sua auferre.* De Pace p. 177. d.: εἰ δεξαίμεθ᾽ ἂν τοιαῦτα πάσχουσαν τὴν πόλιν ἐπιδεῖν. In Evag. p. 195. c. οὐδεὶς γάρ ἐστιν οὕτω ῥάθυμος, ὅστις ἂν δέξαιτο παρὰ τῶν προγόνων τὴν ἀρχὴν ταύτην παραλαβεῖν μᾶλλον, ἢ κτησάμενος ὁσίως τοῖς παισὶ τοῖς ἑαυτοῦ καταλιπεῖν. Repudianda ergo Wolfii conjectura εὔξαιτο. In Nicocl. p. 29. e. ad verba: καίτοι τίς οὐκ ἂν εὔξαιτο τῶν εὖ φρονούντων τοιαύτης πολιτείας μετέχειν, L. C. Valcken. in marg. e MSS. notavit δέξαιτο, et in proxime antecedentibus δὴ pro εἰ δεῖ. Quo Cod. V. Cl. usus sit ignoro, nam in LB. vetus lectio exstat εὔξαιτο. (*Bergmann.*) Legitur hoc et in aliis libris (ἔν τισι τῶν ἀντιγράφων καὶ ἴσως οὐ κακῶς πολὺ γὰρ τὸ δέχεσθαι παρὰ τῷ ῥήτορι

ἐπὶ τοῦ αἱρεῖσθαι Cor. l. l.) et in Augeri Cod. R. et nunc Bekkerus ex Urb. recepit. Locis a Bergmanno ex Isocrate allatis adde Antid. §. 189. καίτοι δεξαίμην ἂν (Ambr. δέξαιμι ἂν) — ἤδη τελευτῆσαι τὸν βίον — μᾶλλον ἢ ζῆν. Epist. IX. §. 14. καὶ δεξαίμην ἂν δικαίως ἐπιτιμήσας ἀπέχθεσθαι μᾶλλον ἢ παρὰ τὸ προσῆκον ἐπαινέσας χαρίσασθαι. Sine comparatione dicitur Antid. §. 237.: ἀλλ' ὅμως οὐδὲ τῶν τοιούτων οὐδεὶς ἐστιν οὕτως ἀκρατὴς ὅστις ἂν δέξαιτο καὶ τοὺς μαθητὰς εἶναι τοιούτους. Eodem modo Lys. de affect. tyrann. 173, 24. τοὺς δὲ συκοφάντας εὐδοκιμεῖν δέξαιντ' ἂν παρ' ὑμῖν, coll. ibid. 174. §. 32. et Theomn. I, 118, 21. (*B.*)

τῶν μερίδων τούτων] Partes appellat unam, divitias et principatum: alteram, inopiam et imbecillitatem, metaphora ab heriscundae (?) familiae ratione sumpta et a divisione haereditatum, ut opinor. (*Wolf.*) Similis est locus Demosth. de Coron. 246. §. 64. τῆς ποίας μερίδος γενέσθαι τὴν πόλιν ἐβούλετ' ἄν, πότερον τῆς συναιτίας — ἢ τῆς περιεωρακυίας. Est portio, quae alicui in re aliqua dividenda obtingit. Sic de parte in sacrificiis et portione in conviviis dicitur, v. Wurmi Comment. in Dinarch. p. 105. coll. Dem. Macart. 1078, 82. (*B.*)

τοῖς αὐτοῦ] Cod. LB. *αὐτοῦ*, male. (*Bergmann.*)

ἐκ μὲν τῆς φαυλοτέρας — ἐπὶ τὸ βέλτιον ἐπιδιδούσας] Varia ratione verbum ἐπιδίδωμι construitur: vel cum ἐπὶ, ut nostro loco et ap. Xenoph. Oecon. p. 826. et Isocr. de Pace p. 161. c. vel cum εἰς, ibid. p. 163. b. (ubi tamen nunc πρὸς legitur) vel cum πρὸς ad Nicocl. p. 33. b. Paneg. p. 62. b. de Pace p. 172. a. Praecedit ἐκ τινὸς *alicujus rei opera, per aliquid*, nostro loco et ad Nicocl. p. 20. d. item διά τινος ad Dem. p. 4. c. ἐγώ σοι πειράσομαι συντόμως ὑποθέσθαι δι' ὧν ἄν μοι δοκοίης ἐπιτηδευμάτων πλεῖστον πρὸς ἀρετὴν ἐπιδοῦναι. Cf. Morus in Ind. Paneg. (*Bergmann.*)

§. 6. *Ἔχω*] Codd. et Edd. vett. fere omnes ἔχειν, pro quo Wolf. in Cast. *fortasse*, inquit, ἐστὶ vel ἔχοιμι illo in textum recepto, in quo eum secuti sunt Steph. (nisi quod hic edidit ἔστιν) Batt. Auger. Jam in marg. Ed. Isingr. legitur ἐστὶ vel ἔχοιμι. Langius e Cod. Bavar. recepit ἔχει. Quod mutavimus in ἔχω, prae-

eunte Corajo, qui, si cui id minus placeat, scribendum putat ἔχοι τις ἄν, ut. cap. IV. in f. γνοίη τις ἄν. Jam Wolfius istud ἔχω conjecerat in Annot. („Fortasse legendum ἐστὶν, vel ἔχω vel ἔχοιμι, ἀντὶ τοῦ δύναμαι.") (*Bergmann.*) Bekkerus ἔχω recepit ex Urb. (*B.*)

ἰδίων] Ex Urb. recepi pro vulgato: ἰδιωτικῶν. Simili modo hae voces permutatae sunt de Pace 183. c. ἣν ὑμεῖς ἐπὶ μὲν τῶν ἰδίων ἐπαινεῖτε, ubi Urb. ἰδιωτῶν habet, quod tamen aperte interpreti debetur. Isocrates enim ubique ubi de vita privata sermo est, ἴδιος dixit; ἰδιωτικὸς uno tantum legitur in loco Evag. 203. d. τῶν ἐξ αὐτοῦ γεγονότων οὐδένα κατέλιπεν ἰδιωτικοῖς ὀνόμασι προςαγορευόμενον, recte. Nam hic ἰδιωτικὸν non τοῖς κοινοῖς sed τοῖς βασιλικοῖς oppositum est. (*B.*)

λαμβάνει τὰς μεταβολάς] Periphrasis ἀντὶ τοῦ, πυκνότατα μεταβάλλει, κατ' ἐναλλαγὴν διαθέσεως ἢ μεταβάλλεται. (*Wolf.*) *Accipiunt mutationes*, i. e. mutationibus subjecta obnoxia sunt, eas patiuntur, mutantur. Sic in Panath. p. 256. d. ἥ τε τῶν συμμάχων εὔνοια ταχέως ληψομένη μεταβολήν. Sic etiam dicitur λαμβάνειν μετάστασιν in Archid. p. 124. a. (*Bergmann.*) Adde de Pace 171. c. Simili etiam modo dicitur ἐπίδοσιν λαμβάνειν Archid. 137. c. de Pace 184. e. 187. Evag. 198. d. Helen. 219. d. et ad Dem. 2. μεγίστην διαφορὰν εἰλήφασιν. (*B.*)

οὐ μὴν ἀλλὰ μείζω γε] Scripsi cum Bekkero ex Urb. pro vulgato: μείζω δέ. Si enim consilio aut sententiae scriptoris aliud quid, quod non minus probat, adversatur, scriptor plerumque hoc praemittit cum particula μὲν addens, se tamen inde non a consilio aut sententia sua decedere, sed alterum quid adesse, quod alterum coerceat. Quod si scriptor significare vult, illud ipsum, „se non consilio aut sententia sua desistere," omittere solet, cum plerumque jam ex altero illo, quod alterum, quod proposuit, coërcet, pateat. Hoc autem ita fit, ut id, quod est omissum, particulis οὐ μήν, significetur et quod deinde additur, ut primum illud coërceat, particulis ἀλλά, ἀλλά — γε, ἀλλὰ καὶ annectatur. Quod Isocrates praecipue frequentat. Panath. 278. b. Ταῦτα δ' αὐτοῦ διαλεχθέντος ἀπεδεξάμην μὲν — οὐ μὴν (tacui) ἀλλ' ἐκεῖν' ἐάσας — ἔφασκον κατηγορίαν ἔχειν. Ibid. 283, e. τὰς δὲ Σπαρτιατῶν πλεονεξίας καὶ

τὰς τῶν βασιλέων καὶ τὰς τῶν τυράννων εὐκτὰς μὲν εἶναι καὶ πάντας αὐτῶν ἐπιθυμεῖν, οὐ μὴν (εὐκτὰς τοῖς ἔχουσι) ἀλλὰ λοιδορεῖσθαι καὶ καταρᾶσθαι τοῖς τὰς τηλικαύτας ἔχουσι δυναστείας, ubi ante Coraëm ἀλλὰ admittebatur. Antid. §. 212. οἱ δὲ δεινοτέρους μὲν ὁμολογοῦσιν εἶναι τοὺς περὶ τὴν μελέτην ταύτην ὄντας, οὐ μὴν (melioribus fieri moribus) ἀλλὰ διαφθείρεσθαι καὶ γίγνεσθαι χείρους. Plataic. 299. Ἐγὼ δ' ἡγοῦμαι μὲν χρῆναι μηδεμίαν μήτ' αἰτίαν μήτε κατηγορίαν μεῖζον δύνασθαι τῶν ὅρκων καὶ τῶν συνθηκῶν· οὐ μὴν (hoc ad nos pertinet) ἀλλ' εἰ δεῖ τινὰς κακῶς παθεῖν διὰ τὴν Λακεδαιμονίων συμμαχίαν, οὐκ ἂν Πλαταιεῖς ἐξ ἁπάντων τῶν Ἑλλήνων προὐκρίθησαν δικαίως· Epist. III, 112. b. ἐγὼ δ' οὐκ εἰδέναι μέν φημι τὸ σαφὲς — οὐ μὴν (prorsus ignorare) ἀλλ' οἴεσθαι — coll. Areop. 147. ubi in Cod. LB. οὐ μὴν deest. Quibus in locis γε jure abest, sententiae enim sibi prorsus sunt oppositae. Aliter res se habet Evag. 195. b. Ἡγοῦμαι μὲν οὖν — ῥᾴδιον ἐκ τούτων εἶναι γνῶναι — οὐ μὴν (acquiescam) ἀλλ' ἔτι γε σαφέστερον — οἶμαι δηλώσειν. Panath. 246. Ἐγὼ δὲ πρὸς ἅπαντα μὲν — οὔτ' ἂν δυναίμην ἀντειπεῖν οὔτ' ἂν ἐπιχειρήσαιμι τοῦτο ποιεῖν — οὐ μὴν (hoc faciam, ut omnia haec defendam) ἀλλ' ἐκεῖνό γ' οἶμαι ποιήσειν. — Antid. §. 149. ἐτόλμησεν εἰπεῖν — ὡς ἄξια μὲν εἴη τὰ λεγόμενα φιλοτιμίας, οὐ μὴν (prorsus id, quod voluerit, effectura) ἀλλ' αὐτός γε δεδιέναι ταῦτα μάλιστα, μὴ πολλοὺς λυπήσῃ τῶν ἀκουόντων. Ibid. §. 293. ἡγοῦμαι δὲ τοιαύτην μὲν τέχνην — οὐδεμίαν εἶναι — οὐ μὴν (hanc artem prorsus spernendam esse) ἀλλ' αὐτούς γ' αὑτῶν βελτίους ἂν γίγνεσθαι. Sin autem altera sententia altera ne coërcetur quidem, καὶ addi solet. Nicocl. 30. b. Ὅτι μὲν οὖν ἡδίων ἐστὶ διὰ πλειόνων μὲν ἄν τις ἀποδείξειεν, οὐ μὴν (pluribus ostendere necessarium esse duco) ἀλλὰ καὶ διὰ τούτων συνιδεῖν ῥᾴδιόν ἐστι· Archid. 120. c. Περὶ μὲν οὖν τῶν ἐξ ἀρχῆς ὑπαρξάντων ἡμῖν ἀκριβῶς μὲν οὐ διῆλθον — οὐ μὴν (necessarium esse duco) ἀλλὰ καὶ διὰ τούτων οἶμαι πᾶσι φανερὸν εἶναι. coll. ibid. 122. d. de Pace 159. Evag. 204. Panath. 243. d. 284. e. Antid. §. 140. Inde autem optime poterit judicari, quid de locis sit statuendum, in quibus Codd. variant. Ita Nicocl. 28. d. in verbis; ἐγὼ δ' ἀποδέχομαι μὲν ἅπαντας τοὺς λόγους τοὺς καὶ κατὰ

μικρὸν ἡμᾶς ὠφελεῖν δυναμένους οὐ μὴν (eodem modo) *ἀλλὰ καλλίστους ἡγοῦμαι* etc. ubi vulgo ante Coraëm *καὶ* ante *καλλίστους* additum videbis, non recte. Idem statuendum Paneg. 57. e. *Ἀεὶ μὲν οὖν οἵ θ᾽ ἡμέτεροι πρόγονοι καὶ Λακεδαιμόνιοι φιλοτίμως πρὸς ἀλλήλους εἶχον, οὐ μὴν* (eodem modo, quo nunc) *ἀλλὰ περὶ καλλίστων ἐν ἐκείνοις τοῖς χρόνοις ἐφιλονείκησαν*, ubi vulgo *οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ* legebatur, quod tamen nunc recte ex Cod. Urb. deletum vides; abest etiam in Antid. in Ambr. Laur. Ald. Med. coll. Phil. 102. c. ad Nicocl. 16. c. *εἰ μὲν οὖν ἔσται τὸ δῶρον ἐξεργασθὲν ἄξιον τῆς ὑποθέσεως, χαλεπὸν ἀπὸ τῆς ἀρχῆς συνιδεῖν — οὐ μὴν* (res deserenda) *ἀλλὰ τό γ᾽ ἐπιχείρημα καλῶς ἔχει*, vulgo non recte *ἀλλὰ καὶ τό γε* (Ald. *τόδε*) habent. Nicocl. 32. b. *Περὶ μὲν οὖν τῶν πολιτειῶν, ἅπαντα μὲν οὐθ᾽ εὑρεῖν οὔτ᾽ εἰπεῖν δυνατόν ἐστιν· οὐ μὴν* (necessarium esse duco) *ἀλλὰ πρός γε τὸ παρὸν ἀποχρώντως καὶ νῦν εἴρηται περὶ αὐτῶν*, ubi Med. vitiose *πρός τε τὸ* etc. habet, eodem vitio quo olim Phil. 110. b. laborabat. Sophist. 295. d. *ὅλως μὲν γὰρ οὐδεμίαν ἡγοῦμαι τοιαύτην εἶναι τέχνην — οὐ μὴν ἀλλὰ συμπαρακελεύσασθαί γε καὶ συνασκῆσαι* — ubi vulgo *ἀλλὰ καὶ* legunt, cf. tamen l. supra allatum ex Antid. §. 293. quo in loco ante „*καὶ δικαιοσύνην*" — *σωφροσύνην* addendum esse ex hoc ipso patet loco. Antid. p. 319. *εἰ μὲν οὖν μοι συνοίσει κατειπόντι τὴν ἀλήθειαν, οὐκ οἶδα· χαλεπὸν γὰρ στοχάζεσθαι τῆς ὑμετέρας διανοίας· οὐ μὴν* (tacebo) *ἀλλὰ παῤῥησιάσομαί γε πρὸς ὑμᾶς*, ubi cum Laur. (qui etiam *πρὸς ὑμᾶς* omittit) *γε* delendum esse videtur. Vulgo locus ita legitur: *χαλεπὸν γὰρ στοχάσασθαι. παῤῥησιάσασθαί γε πρὸς ὑμᾶς οἶμαι δεῖν.* Idem faciendum esse duco Ep. II, 409. c. in verbis: *Οὐ μὴν* (a conatu desistendum) *ἀλλὰ καίπερ τούτων οὕτως ἐχόντων, οὐ παραλειπτέον ἐστὶ τά γε περὶ τῆς πόλεως* — ubi jure in Urb. *γε* omittitur. Ibid. tamen p. 410. in verbis: *οὐ μὴν* (prorsus urbem indefensam relinquam.) *ἀλλ᾽ ἐκεῖν᾽ ἔχω περὶ αὐτῆς εἰπεῖν* Coraës non temere *ἐκεῖνό γε* conjecisse videtur. Potest tamen lectio librorum ita defendi, ut sensum esse dicas: *οὐ μὴν* (*ἀναμαρτήτον εἶναι λέγω*) *ἀλλ᾽* etc. Interdum autem *μὲν* non praecedit. Hoc fit primum, si prior sententia in duas divisa et per *μὲν — δὲ* conjuncta est. v. Paneg. 76. d. de Pace 167. b. Pan-

ath. 247. e. 256. 275. Epist. I, 405. VIII, 426. Antid. §. 278.) Deinde si praecedentia sensu quidem, non tamen verbis sequentibus sunt opposita, ad Demon. 3. *ῥᾴδιον δὲ τοῦτο καταμαθεῖν ἐστιν ἔκ τε τῶν Ἡρακλέους ἄθλων καὶ τῶν Θησέως ἔργων, — οὐ μὴν* (ex his solum) *ἀλλὰ καὶ τὰς τοῦ πατρὸς προαιρέσεις ἀναμνησθεὶς οἰκεῖον καὶ καλὸν ἕξεις παράδειγμα.* coll. de Pace 166. c. Ep. II, 409. c. 410. In aliis tamen locis *μὲν* revera desideratur Phil. 110. b. *Πρὸ πολλοῦ δ᾽ ἂν ἐποιησάμην οἷόν τ᾽ εἶναι συνεράσαι τοὺς λόγους ἅπαντας — οὐ μὴν ἀλλά σέ γε χρὴ σκοπεῖν.* de Pace 171. e. *οὗτος ὁ λόγος ἀπορεῖν ἄν με ποιήσειεν ἀποκρίσεως — οὐ μὴν ἀλλ᾽ — οὐκ ἀποκνητέον ἀποφήνασθαι καὶ περὶ τούτων.* Helen. Laud. 210. d. *Διὸ καὶ τὸν γράψαντα περὶ τῆς Ἑλένης ἐπαινῶ μάλιστα — οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τοῦτον μικρόν τι παρέλαθεν.* Poteris tamen lectionem librorum ita defendere, ut dicas: Isocratem sententiam post *οὐ μὴν ἀλλὰ* his in locis potius addere quam arcte cum praecedentibus conjungere voluisse, quod locorum ratio ipsa suadere videtur. Sunt enim plura interjecta verba. De *οὐ μὴν — ἀλλά*, ubi verba, quae dixi omissa esse, addita sunt vid. ad cap. XXII. (*B.*)

CAP. III.

Ἡμεῖς τε γὰρ — ἐπρωτεύσαμεν τῶν Ἑλλήνων] Notanda est hujus loci similitudo cum alio de Pace, ubi de Atheniensibus et Lacedaemoniis conjunctim dicit p. 182. e. *σκέψεσθε, τί τὸ ποιῆσάν ἐστι τὼ πόλεε ταύτα, λέγω δὲ τὴν ἡμετέραν καὶ τὴν Λακεδαιμονίων. ἐκ ταπεινῶν μὲν πραγμάτων ἑκατέραν ὁρμηθεῖσαν, ἄρξαι τῶν Ἑλλήνων· ἐπεὶ δ᾽ ἀνυπέρβλητον τὴν δύναμιν ἔλαβον, περὶ ἀνδραποδισμοῦ κινδυνεῦσαι.* Sermonem esse de bello Persico altero, a Xerxe Graeciae illato; manifestum est. Eo autem virtute et consilio Themistoclis feliciter composito, principatus Graeciae, quamquam repugnantibus Lacedaemoniis, Atheniensibus delatus est: quod h. l. significat Isocrates verbis *ἐπρωτεύσαμεν τῶν Ἑλλήνων*, cujus loco cap. VI. legimus *παρ᾽ ἑκόντων τῶν Ἑλλήνων τὴν ἡγεμονίαν ἔλαβον*, scil. majores nostri. In Paneg. p. 55. b. seu cap. XX.: *εὐθὺς μὲν τῶν ἀριστείων ἠξιώθησαν, οὐ πολλῷ δ᾽ ὕστε-*

ρον τῆς θαλάττης τὴν ἀρχὴν ἔλαβον, δόντων μὲν τῶν ἄλλων Ἑλλήνων, οὐκ ἀμφισβητούντων δὲ τῶν νῦν ἡμᾶς ἀφαιρεῖσθαι ζητούντων, ubi vid. Morus et ab eo laudatus Thucydides I, 95. Similitudinis causa apponantur loca de Pace p. 165. b.: ἐκ δὲ τοῦ δικαίαν τὴν πόλιν παρέχειν καὶ βοηθεῖν τοῖς ἀδικουμένοις, καὶ μὴ τῶν ἀλλοτρίων ἐπιθυμεῖν, παρ᾽ ἑκόντων τῶν Ἑλλήνων τὴν ἡγεμονίαν ἐλάβομεν et p. 168. a.: κἀκεῖνοι (i. e. majores nostri in bello Persico) ἐλευθεροῦντες τὰς πόλεις τὰς Ἑλληνίδας καὶ βοηθοῦντες αὐταῖς τῆς ἡγεμονίας ἠξιώθησαν. Addatur Lycurgus adv. Leocr. p. 157. St. qui de victoriis Marathonia et Salaminia locutus, τοιγαροῦν, inquit, τοιαύταις χρώμενοι γνώμαις ἐννενήκοντα μὲν ἔτη τῶν Ἑλλήνων ἡγεμόνες κατέστησαν, Φοινίκην δὲ καὶ Κιλικίαν ἐπόρθησαν, ἐπ᾽ Εὐρυμέδοντι δὲ καὶ ναυμαχοῦντες καὶ πεζομαχοῦντες ἐνίκησαν, ἑκατὸν δὲ τριήρεις τῶν βαρβάρων αἰχμαλώτους ἔλαβον, ἅπασαν δὲ τὴν Ἀσίαν κακῶς ποιοῦντες κατέπλευσαν. Quo loco notetur exquisita significatio verbi καταπλέειν *continua navigatione infestare, populari*, quo sensu de pedestribus copiis frequentissimum est καταθέειν. De pugna Marathonia dicit p. 162, eos τῶν μὲν Ἑλλήνων προστάτας, τῶν δὲ βαρβάρων δεσπότας ἑαυτοὺς καθεστηκέναι. Denique mentio facienda est loci Isocratei in parte recens edita orationis περὶ ἀντιδόσεως, ed. Orellii p. 108: ἐπὶ δὲ τούτῳ Θεμιστοκλῆς ἡγεμὼν ἐν τῷ πολέμῳ τῷ Περσικῷ γενόμενος, συμβουλεύσας τοῖς προγόνοις ἡμῶν ἐκλιπεῖν τὴν πόλιν (ὃ τίς ἂν οἷός τ᾽ ἐγένετο πεῖσαι, μὴ πολὺ τῷ λόγῳ διενεγκών;) εἰς τοῦτ᾽ αὐτῶν τὰ πράγματα προήγαγεν, ὥστ᾽ ὀλίγας ἡμέρας ἀνάστατοι γενόμενοι πολὺν χρόνον δεσπόται τῶν Ἑλλήνων κατέστησαν. Eumdemque Themistoclem respicit p. 113. ubi τὴν πόλιν ait διὰ φρόνησιν ἑνὸς ἀνδρὸς εὐδαιμονεστάτην καὶ μεγίστην τῶν Ἑλληνίδων πόλεων γενομένην. Cf. et p. 130. (*Bergmann.*)

ἀναστάτου μὲν τῆς πόλεως — γεγενημένης] ἀνάστασις non tantum resurrectionem, sed excidium urbis etiam significat, cum scilicet sedibus suis pelluntur cives. ἀνιστάναι τινά, facere ut aliquis surgat: id est, expellere et profligare. Demosthenes (Olynth. I, 10. §. 5.) πολεμεῖν περὶ ἀναστάσεως καὶ ἀνδραποδισμοῦ τῆς πατρίδος, bellum esse de excidio et servitute patriae. (*Wolf.*) Et de ipsa urbe (*eversa, va-*

stata a barbaris) et de *tota regione* et de *incolis* usurpatur vox ἀνάστατος. Vid. Paneg. p. 61. a. Nicocl. p. 31. c. Paneg. p. 48. a. Philipp. p. 97. a. Budaeus Comm. p. 472. Morus in Indice ad Paneg. De familiis ab adulatoribus pessumdatis occurrit de Pace p. 159. c.: συνειδότες πολλοὺς καὶ μεγάλους οἴκους ὑπὸ τῶν κολακευόντων ἀναστάτους γεγενημένους. Eleganter Lycurgus adv. Leocr. ostendit civitatum ἀνάστασιν proprie earum esse mortem, usus etiam exemplo Athenarum et Trojae p. 155. (*Bergmann.*) Adde locis allatis de *urbe* Paneg. 65. 67. 79. Phil. 86. c. 91, 111. e. Archid. 121. b. 124. d. Helen. 216. Panath. 246. d. 246. e. 247. 251. 251. b. 252. b. Lochit. 397. b. Epist. IX. §. 11. de *incolis* Paneg. 63. b. Archid. 134. d. Areop. 154. Plat. 297. 307. c. 308. b. de *regione* Paneg. 70. d. 74. c. 76. b. de *familiis* Nicocl. 386. Archid. 129. e. de Pace 176. d. (*B.*)

γεγενημένης] Scripsi cum Bekkero Urb. auctoritate pro vulgato: γενομένης. Videtur enim hic pugna Salaminia significari, qua Athenienses principatum Graeciae nactos esse constat. Et illo tempore revera urbs adhuc eversa erat. Panath. 243. οἱ δὲ πατέρες ἡμῶν ἀνάστατοι γενόμενοι καὶ τὴν πόλιν ἐκλελοιπότες διὰ τὸ μὴ τετειχίσθαι κατ᾽ ἐκεῖνον τὸν χρόνον πλείους ναῦς παρέσχοντο etc. ubi Urb. vitiose γεγονασινμενο habet, tu scribe: γεγενημένοι. Recte tamen Aoristus se habet Antid. §. 249. ὀλίγας ἡμέρας ἀνάστατοι γενόμενοι πολὺν χρόνον δεσπόται τῶν Ἑλλήνων κατέστησαν et Paneg. 61. τοσοῦτον γὰρ ἡ πόλις ἡμῶν διέφερεν, ὅτ᾽ ἦν ἀκέραιος, ὥστ᾽ ἀνάστατος γενομένη πλείους μὲν συνεβάλετο τριήρεις εἰς τὸν κίνδυνον τὸν ὑπὸ τῆς Ἑλλάδος ἢ σύμπαντες οἱ ναυμαχήσαντες. (*B.*)

διὰ τὸ δεδιέναι] Id est, διὰ τὸ δέος καὶ τὴν προσοχήν. (*Wolf.*) Minime. Nam non *timore* sed *timendo* Athenienses Graecorum principes sunt facti. (*B.*)

προσέχειν τὸν νοῦν τοῖς πράγμασιν]. Dici etiam elliptice potuisset προσέχειν τοῖς πράγμασι. Sed illud magis Atticum est, et frequentius, praesertim apud oratores. Vid. Thomas Mag. voce προσέχω ibique Sallier. Exemplis ab eo allatis, in quibus ellipsis obtinet, addatur Isocr. in Panath. p. 261. d. μᾶλλον τούτῳ προσ-

εἶχον, ἢ τοῖς ἄλλοις, ὅπως κ. τ. λ. (*Bergmann.*) V. Wurm. in Comm. in Dinarch. p. 19. qui contendit, Isocratem et Aeschinem nunquam τὸν νοῦν προσέχειν dixisse sed προσέχειν τὸν νοῦν, affertque unum locum Trapez. 363. d. ubi Bekker. ex Vatic. (ceteri idem habent) dederit τὸν νοῦν προσέχετε. Poterat addere Busir. 225. b., ubi Bekk. nunc ex Urb. τὸν νοῦν προσέχειν pro vulgato: προσέχειν τὸν νοῦν recepit, quod tamen non recte esse factum ex his patet locis: Nicocl. 30. 31. Phil. 85. 88. 103. d. Archid. 126. c. 137. e. Areop. 143. c. (ubi alii vitiose παρέχοντας τὸν νοῦν habent), de Pace 159. b. 160. d. 162. c. 182. d. 183. d. 184. e. Evag. 204. e. Panath. 233. c. 234. 238. b. 276. d. 285. c. 289. b. Antid. 312. d. 316. d. 319. b. 343. b. §. 119. 132. 185. 197. 222. 242. 251. 284. 297. 327. Callim. 379. b. Epist. I, 405. b. II, 409. c. 410. b. VI, 418. e. 421. VII, 422. e. IX. §. 21. 22. νοῦν omissum est: Antid. §. 204. ubi tamen προέχοντας legendum esse videtur, quod ibid. 214. Bekkerus ex Codd. Urb. et Vat. recepit, pro προσέχοντας quod Ambr. et Laur. praebent. Verum jam viderat Orellius, qui etiam §. 330. recte προέχοντας scripsit. (*B.*)

ἐπειδὴ δ' ἀνυπέρβλητον — ἐξανδραποδισθῆναι]. Referenda ad acceptam cladem ad Aegospotamos et captas a Lysandro Athenas. Nam et in ipsa urbis obsidione Athenienses putabant se in servitutem redactum iri, ut est ap. Xenoph. Hist. Gr. II. p. 459. c. et ne hoc fieret, sola Lacedaemoniorum benevolentia effecit, qui cum Corinthii, Thebani, aliique Graeci suaderent Athenas evertere, nolle sese Graecam civitatem servitute opprimere dixerunt. Vid. idem p. 460. b. de Thebanis etiam VI. p. 609. d. et 611. e. Ad hanc Lacedaemoniorum clementiam spectant etiam loca Isocratis de Pace p. 174. d.: ὥστε παρὰ μικρὸν ἐλθεῖν ἐξανδραποδισθῆναι τὴν πόλιν, εἰ μὴ Λακεδαιμονίων τῶν ἐξ ἀρχῆς πολεμούντων εὐνουστέρων ἐτύχομεν, ἢ τῶν πρότερον ἡμῖν συμμάχων ὄντων· item p. 180. d. ἡμεῖς τε γὰρ μισηθέντες ὑπὸ τῶν συμμάχων καὶ περὶ ἀνδραποδισμοῦ κινδυνεύσαντες ὑπὸ Λακεδαιμονίων ἐσώθημεν· adv. Callimachum p. 376. e: καταπολεμηθέντες ἐπὶ τοῖς ἐχθροῖς γενόμενοι, πολλῶν ἐπιθυμησάντων διαφθεῖραι την πόλιν, εἰς ὅρκους καὶ συνθήκας κατεφύγομεν, ὡς εἰ οἱ Λα-

κεδαιμόνιοι τολμῷεν παραβαίνειν, σφόδρα ἕκαστος ὑμῶν ἀγανακτήσειε. Inprimis perspicuus locus est in Plataico, ubi Athenienses ita alloquuntur Plataeenses p. 302. c. οὐ δυστυχησάντων ὑμῶν μόνοι (Θηβαῖοι) τῶν συμμάχων ἔθεντο τὴν ψῆφον, ὡς χρὴ τήν τε πόλιν ἐξανδραποδισθῆναι, καὶ τὴν χώραν ἀνεῖναι μηλόβοτον, ὥσπερ τὸ Κρισαῖον πεδίον· ὥστ᾽ εἰ Λακεδαιμόνιοι τὴν αὐτὴν ἔσχον γνώμην Θεβαίοις, οὐδὲν ἂν ἐκώλυεν ὑμᾶς, τοὺς ἅπασι τοῖς Ἕλλησιν αἰτίους τῆς σωτηρίας γενομένους, αὐτοὺς ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων ἐξανδραποδισθῆναι, καὶ ταῖς μεγίσταις συμφοραῖς περιπεσεῖν. Universam calamitatem deplorat Isocrates de Permut. p. 345. b. De causis hujus tantae rerum conversionis, miranti Pericli, quomodo tandem Atheniensium res in pejus ruerint, respondit Socrates apud Xenoph. Mem. III, 5, 13.: ἐγὼ μὲν οἶμαι, ὥσπερ καὶ ἄλλοι τινὲς διὰ τὸ πολὺ ὑπερενεγκεῖν καὶ κρατιστεῦσαι, καταραθυμήσαντες, ὑστερίζουσι τῶν ἀντιπάλων, οὕτω καὶ Ἀθηναίους πολὺ διενεγκόντας ἀμελῆσαι ἑαυτῶν, καὶ διὰ τοῦτο χείρους γεγονέναι. Atheniensium autem potestas inprimis tum invicta censebatur, cum undique a finitimis hostibus pressi nihilominus tamen classem cum ingentibus copiis ad Syracusas obsidendas et Siciliam debellandam emiserunt, uti hujus expeditionis historia docet apud Thucyd. VI. Cf. et Isocrates de Pace p. 175. e. et sequ. (*Bergmann.*)

τὴν δύναμιν ἔχειν] Ita scripsit Bekkerus ex Urb., vulgo ἔχειν τὴν δύναμιν habent, quod defendi possit loco Paneg. 55. b., τῶν δὲ συμμάχων ἀνυπέρβλητον ἡγουμένων ἔχειν τὴν ἀρετήν. Nolui tamen in re valde dubia recedere ab auctoritate Urbinatis. (*B.*)

παρὰ μικρὸν ἤλθομεν] Id est, σχεδὸν ἐξηνδραποδίσθημεν, id est, μικροῦ δεῖν. (*Wolf.*) Cf. de Pace 174. d. Erianthus autem Thebanus dicitur suasisse, ut Athenae delerentur, quod jure Thebanis opprobrio vertitur: Plat. 302. c. v. quae ad h. l. annotavi in versione Isocrat. T. II. p. 111. ubi tamen cum Wesselingio me erravisse arbitror statuentem Evanthum non Erianthum auctorem fuisse sententiae. v. quae Schneiderus de hac re habet ad Xenoph. Hellen. p. 98. Nec Phocenses autem nec Lacedaemonii hoc probasse dicuntur monentes: μὴ ἑτερόφθαλμον τὴν Ἑλλάδα ποιῆσαι. (*B.*)

§. 7. *Λακεδαιμόνιοι τε — ὁρμηθέντες*] Paucis verbis magnas rerum conversiones complexus est Isocrates. De origine Lacedaemoniorum repetenda a Doriensibus, qui ope Atheniensium Peloponnesum ingressi, Argos, Lacedaemona, Messenam occuparunt, deque eorum vita frugali et militaribus exercitiis dedita, qua factum est ut reliquos omnes virtute antecellerent, ac totam fere Peloponnesum sibi subjicerent, res notissima est cum aliunde, tum e multis Isocratis locis. Vid. Archid. p. 119. et seqq. 132. Paneg. p. 53. a. b. sive cap. XVI. ubi cf. Morus. Panath. p. 286. a. et sqq. 270. 241. et seq. ubi ipsis vita militaris vitio vertitur. (*Bergmann.*)

τὸ παλαιὸν] Subintelligitur *κατὰ* id est *τὸ πάλαι*. (*Wolf.*) Explices accusativum potius ita, ut sensus sit: „antiquum puto tempus". Bernhardius Synt. Gr. p. 116. errasse videtur, si censet, diuturnitatem hoc accusativo exprimi. Jam locus enim Evag. 107., quem ipse attulit: *γεγονὼς δὲ τὸ μὲν παλαιὸν ἐκ Διός, τὸ δ' ὑπογυιότατον ἐξ ἀνδρὸς τοιούτου τὴν ἀρετήν*, hoc dissuadet. Nam Evagoras non per antiquum tempus, nec antiquis temporibus, sed tantummodo *si spectas antiquas fabulas*, Jove natus dici potest. Addas ex Isocrate Plat. 302. b. ubi *νεωστὶ* oppositum est coll. ibid. 298. d. et Panath. 265. b. Simili modo *τὸ κεφάλαιον* explicandum ad Nicocl. 16. d. ubi nunc quidem a Bekkero *ἐν κεφαλαίοις* receptum est, ego tamen vulgatum *τὸ κεφάλαιον* praefero, particula *καὶ* quae sequitur, deleta. v. Schaef. in Appar. in Demosth. T. II. p. 286. (*B.*)

ἐκ φαύλων καὶ ταπεινῶν πόλεων] Scripsi cum Bekkero ex Urb. pro vulgato *φαύλων τε καὶ μικρῶν*. v. Evag. 201. *ἠπίστατο μὲν γὰρ πολλοὺς καὶ τῶν Ἑλλήνων καὶ τῶν βαρβάρων ἐκ ταπεινῶν καὶ φαύλων πραγμάτων μεγάλας δυναστείας κατεργασαμένους*. coll. de Pace 182. e. et Helen. 210. d. Langius in versione Germ. p. 292. perperam Argos, Lacedaemonem et Messenam intelligit. Jam *τὸ παλαιὸν* quod praecedit potuit eum ab hac sententia avertere. Deinde clarius etiam, quaenam urbes sint intelligendae loci a Bergmanno allati ostendunt. Denique quomodo potest Isocrates has urbes hic parvas vocare, quas (certe Argos et Lacedaemonem) in ceteris locis semper maximas fuisse dicit. v. e. g. Paneg. 53. d. Archid. 123. b. Sunt potius urbes (si

loca, ubi illi habitabant ita nominare licet) intelligendae circa Oetam in Dryopide (cui nomen Doris) sitae, unde impetum fecerunt in Peloponnesum (Müll. Dor. I, 27. 41.) Patet hoc ex Panath. 286. *Δωριεῖς ὄντες — κατιδόντες τὰς πόλεις τὰς αὑτῶν ἀδόξους καὶ μικρὰς καὶ πολλῶν ἐνδεεῖς οὔσας, ὑπεριδόντες ταύτας ἐστράτευσαν ἐπὶ τὰς ἐν Πελοποννήσῳ πρωτευούσας, ἐπ' Ἄργος καὶ Λακεδαίμονα καὶ Μεσσήνην.* (*B.*)

διὰ τὸ σωφρόνως ζῆν καὶ στρατιωτικῶς] v. Archid. 128. b. et Panath. 278. *εἰ καὶ μηδὲν δι' ἄλλο, διά γ' ἐκεῖνο δικαίως ἂν αὐτοῖς* (Lacedaemoniis) *ἅπαντες χάριν ἔχοιμεν, ὅτι τοῖς καλλίστοις τῶν ἐπιτηδευμάτων χρώμενοι τυγχάνουσιν. ταῦτα δ' εἶπον οὐ πρὸς τὴν εὐσέβειαν οὐδὲ πρὸς τὴν δικαιοσύνην οὐδὲ πρὸς τὴν φρόνησιν ἀποβλέψας, ἃ σὺ διῆλθες, ἀλλὰ πρὸς τὰ γυμνάσια τἀκεῖ καθεστῶτα καὶ πρὸς τὴν ἄσκησιν τῆς ἀνδρίας καὶ τὴν ὁμόνοιαν καὶ συνόλως τὴν περὶ τὸν πόλεμον ἐπιμέλειαν, ἅπερ ἅπαντες ἂν εἴποιεν καὶ μάλιστ' ἂν αὐτοῖς ἐκείνους χρῆσθαι φήσειαν.* (*B.*)

μεῖζον φρονήσαντες τοῦ δέοντος] *μεγὰ φρονεῖν* est efferri animis, superbire, multum sibi tribuere. (*Wolf.*) In Paneg. p. 60. b. dicitur *μεῖζον ἢ προσῆκον αὐτοῖς φρονήσαντες.* Docent haec qua in re constiterit ista superba animi elatio, *τὸ μείζω φρονεῖν τοῦ δέοντος*, in eo quod principatum Graeciae sibi arrogaverint. Fuit autem hoc post captas a Lysandro Athenas. Nam ab eo inde tempore superbius sese gesserunt, socios crudeliter et injuste vexarunt, in primis Decadarchiis in civitatibus constitutis, Pacis Antalcideae Graecorum libertati valde noxiae auctores exstiterunt, alia, quae passim ab historicis narrantur, et ab Isocrate in Panathenaico dedita opera reprehenduntur. Vid. ibi p. 243. d. sq. 246. 252. sq. 254. 271. alibi. Et cf. Diodorus Siculus XIV, 2, 10. 11. 17. 34. 82. Hinc factum est, ut odiosum eorum nomen inter Graecos exsisteret, tandemque bello cum Thebanis impliciti, gravissima clade ad Leuctras accepta, fere in servitutem redigerentur. (*Bergmann.*) Vulgo legebatur: *μείζω φρονήσαντες*, recte tamen jam Coraës id quod nunc Bekkerus ex Urb. recepit, conjecerat his verbis: *ἴσως μεῖζον φρονήσαντες· τὸ γὰρ ἑνικὸν ἐν τοῖς τοιούτοις μᾶλλον ἐν χρήσει, ὡς καὶ ἄλλα-*

ψοῦ (σελ. 68*).) μικρὸν φρονεῖν εἴρηκε. cf. Paneg. 65. b. Phil. 103. d. Panath. 270. b. 280. d. Epist. V, 417. b. μείζω olim legebatur: Panath. 274. c. Antid. 344. μείζονα Archid. 122. e. quibus in locis nunc recte μεῖζον scriptum videbis. χεῖρον φρονεῖν legitur nunc de Pace 184. d. pro vulgato χείρω, et βέλτιον ibid. 164. e. Epist. II, 411. ἄμεινον de Pace 161. c. Panath. 267. c. 282. Sic etiam non μείζω et ἧττω, sed μεῖζον et ἧττον δύνασθαι dicitur cf. Antid. §. 297. Callim. 383. b. Epist. IV, 414. e. (μεῖζον ἴσχυσαν), et recte nunc ex Urbin. μεῖζον est receptum Plat. 299. Euthyn. 401. vulgo ἧττον δύναται legitur, Laurent. autem rectius ἧττω habet; sensus enim est: δύναται ἧττω λέγειν. Eodem modo dicitur χεῖρον διακεῖσθαι Sophist. 295. (ubi locus in Codd. Urb. Vat. Ambr. et Laur. sic exhibetur pro vulgato χείρους εἶναι) et Helen. 214. e. ubi in Vat. ἧττον (in marg. χεῖρον) legitur coll. Plat. 303. c. et πράττειν, si idem fere quod διακεῖσθαι significat de Pace 184. c. (ubi vulgo χείρω legunt), sin autem facere seu perficere significat, pluralis numerus in usu est v. Phil. 110. e. et 111. b. Sic etiam πλείω ποιεῖν dicitur, si significat: *augere,* ad Demon. 6. ad Nicocl. 19. b. et *aestimare*, Plat. 303. ubi vulgo non recte πλέον legebatur, quod corrigendum esse jam Coraës viderat. Eadem de causa rectius μείζω περιβάλλεσθαι dicitur ad Nicocl. 20. quam μεῖζον, quod Archid. 123. d. vulgo legebatur. (coll. ad Dem. 6.) et μείζω βλάπτεσθαι Areop. 146. c., rectius quam πλέον ἔβλαψε, quod ad Demon. 3. b. in nonnullis libris legitur pro πλείω cf. Nicocl. 39. b. Phil. 89. b. Panath. 271. d. De μέγα φρονεῖν plura dabo ad cap. XXXI. (*B.*)

τὴν κατὰ γῆν] Id est, τῆς γῆς καὶ τῆς θαλάσσης (*Wolf.*) Dicitur quidem ἡ τῆς θαλάττης ἀρχὴ, atque ἡ ἀρχὴ (ἡ) τῆς θαλάττης, non tamen ἡ τῆς θαλάττης καὶ τῆς γῆς ἀρχὴ, sed semper ἡ κατὰ γῆν καὶ ἡ κατὰ θάλατταν ἀρχή. Aeschin. Ctesiph. 74, 143. Isocr. Panath. 254. 256. c. (*B.*)

καὶ τὴν κατὰ θάλατταν] τὴν non legitur in Cod. LB. θάλατταν post Corajum edidimus pro vulg. θάλασσαν. (*Bergmann.*) Dedit θάλατταν Bekkerus ex

*) Paneg. 72. c.

Urb., qui ubique, ubi vulgo θάλασσα exhibebatur, θάλαττα praebet v. Paneg. 65. e. 69. e. Phil. 93. 111. e. de Pace 165. 166. d. (ubi Ald. in Antid. θάλασσα habet) 172. b. Evag. 200. Panath. 246. c. Ep. IV, 415. In ceteris tamen locis omnes libri θάλαττα praebent (v. Areop. 140. b. 153. Paneg. 69. c. 71. 72. c. 75. Phil. 91. d. 94. c. bis. 94. e. Archid. 127. b. 130. 131. d. de Pace 163. b. 172. e. 174. 179. e. 180. 182. c. Evag. 200. b. Helen. 218. c. Panath. 245. d. 254. 256. b. c. 265. e. Plat. 304. b. Antid. §. 69. de Big. 350. b. Trap. 366. Codices variant etiam in Andocide, ubi Myster. 13, 101. Bekkerus ex Codd. *A. B. Z.* θάλατταν scripsit pro vulgato θάλασσαν coll. ibid. 18, 137. 138. 19, 147. de Pace 25, 17. 19. 26, 22. In Lysia θάλαττα ab omnibus exhibetur libris Epit. 194, 38. 195, 55. Andocid. 105, 19. Eratosth. 123, 36. Alcib. 142, 34. Codices autem variant Lys. Epit. 190, 2. ubi Cod. U. θαλάσσης habet, 193, 29. (ubi Cod. U. rectius θαλάττης,) 194, 44. ubi F. θάλασσαν, 195, 45, ubi Bekkerus ex Codd. FU. θαλάττης scripsit pro vulgato θαλάσσης, idemque fecit 196, 59. Omnes tamen libri θάλασσαν praebent Aristoph. Bon. 153, 20. et in Olymp. 914, 5. quod tamen librariis potius quam Lysiae tribuerim. Nec aliter de locis Aeschinis statuendum esse videtur, ubi de fals. legat. 37, 71. Cod. e. θαλάσσης, Ctesiph. 66, 87. Codd. a. d. θαλάσσης 74, 143. Codd. c. d. f. g. m. n. θάλασσαν habent (Bremius hos Codd. θάλατταν, vulgo autem σσ exhibere dicit). Epist. I, 659. Bekkerus ex Codd. a. c. θαλάσσῃ pro vulgato θαλάττῃ recepit, ibidem tamen paulo post p. 660. omnes libri exhibent θαλάττῃ. In Demosthene libri ubique θάλαττα praebent, uno excepto loco Pseudo-Demosth. Neaer. 1357, 36., ubi Codd. *F. Φ.* θαλάσσης dant. In Antiphonte libri constanter θάλασσαν exhibent. v. Orat. IV, 125, 2. Herod. 132, 27. 134, 44. in Demade variant Codd., nam 178, 2. Cod. E. θάλασσαν habet et in Dinarcho θάλαττα exhibetur Dem. 92, 18.

εἰς τοὺς αὐτοὺς κινδύνους κατέστησαν ἡμῖν] quae verba ad pugnae ad Leuctras acceptae tempora pertinent. Nam ut antea Athenae, sic post eam Lacedaemon pene expugnata est a Thebanis, qui statim in agrum Laconicum irruptionem fecerunt, ita ut ipsa

urbs in maximo esset periculo. Vid. Xenoph. Hist. Gr. VI. p. 607. et 608. nec non in Agesil. p. 662. b. et c. Aelian. V. H. IV, 8. Inprimis legendus ipse Isocrates ad Philipp. p. 91. a. d. sq. et cum nostro loco conferenda sunt haec e Panathenaico p. 244. d.: Εὕροι τὶς ἂν — Λακεδαιμονίους, κρατοῦντας ἔτι, κατὰ γῆν πρὸς Θηβαίους μόνους πολεμήσαντας, καὶ μίαν μάχην ἡττηθέντας, ἁπάντων ἀποστερηθέντας ὧν εἶχον, καὶ παραπλησίαις ἀτυχίαις χρησαμένους καὶ συμφοραῖς αἷσπερ ἡμεῖς. (*Bergmann.*) Vulgo legebatur: εἰς τοὺς αὐτοὺς ἡμῖν κινδύνους κατέστησαν, quod cum Bekkero ex Urbinate mutavi. v. ad Nicocl. 24. d. Nicocl. 35. b. Phil. 94. de Pace 170. b. 184. Evag. 194. Plat. 302. d. Antid. 310. b. Pronomen tamen frequentius interponitur v. Archid. 117. e. de Pace 167. Panath. 280. c. 288. c. Antid. §. 123. 254. Callim. 382. c. ita ut non valde repugnem, si quis nostro in loco vulgatam praeferat, eodem modo, quo Phil. 108. d. Bekk. in verbis: τὴν αὐτὴν ἐμοὶ γνώμην ἐχόντων vulgatum praetulit, cum Cor. e Cod. suo τὴν αὐτὴν γνώμην ἐχόντων ἐμοὶ recepisset et de Big. 357. b: ubi Bekk. τὴν αὐτὴν ἐκείνοις γνώμην ἕξετε ex Urb. recepit pro vulgato γνώμην ἐκείνοις. Phil. 94. tamen omnes libri: οὐ τὴν αὐτὴν γνώμην ἔσχεν (Urb. pr. ἔχειν habet) ἐκείνοις exhibent. (*B.*)

§. 8. Ὅστις οὖν εἰδὼς — ἀνόητός ἐστιν] Ut notetur quam sui similis semper sit Isocrates, conferantur loci ad Phil. p. 91. b.: πολλῆς οὖν ἀνοίας ἂν εἴη μεστὸς εἴ τις ὁρῶν τηλικαύτας μεταβολὰς γιγνομένας, — in Archid. p. 125. d.: ὅστις οὖν ὁρῶν τοιαύτας μεταβολὰς γεγενημένας, ἐφ' ἡμῶν οἴεται παύσεσθαι, λίαν ἀνόητός ἐστιν — Πιστεύειν τοῖς παροῦσιν idem est quod in Paneg. p. 65. c. dicitur τῇ παρούσῃ δυνάμει πιστεύειν. (*Bergmann.*) Cum vulgo: τοῖς παροῦσιν, ἀνόητός ἐστιν, legeretur, Bekkerus ex Urb. τοῖς παροῦσι, λίαν ἀνόητός ἐστιν recepit; ego qui eum in recipiendo λίαν, (cf. loc. supra allat.) secutus sum debebam fortasse etiam vulgatum παροῦσιν mutare v. tamen ad cap. VIII. (*B.*)

τῆς μὲν πόλεως] Urb. μὲν omittit, qua particula hic carere non possumus. v. ad cap. VIII. (*B.*)

πολὺ καταδεέστερον νῦν πραττούσης] τινὰ πράττειν καταδεῶς, male agi cum aliquo, res ali-

cujus esse tenues. Sed comparativus potissimum est in usu. (*Wolf.*) cf. Archid. 130. Antid. §. 160. (*B.*)

κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον] Aeque ac, quod mox sequitur *τότε*, referendum ad ea tempora quae pugnam ad Aegospotamos et captas a Lysandro Athenas proxime antecesserunt, de quibus initio capitis dixerat. (*Bergmann.*)

τοῦ δὲ μίσους — ἀνακεκαινισμένης] Quae paulo ante dixerat *τῆς πόλεως ἡμῶν πολὺ καταδεέστερον πραττούσης*, spectabant internam reipublicae conditionem, opes, copias navales ac pedestres, caet. Quae autem hic habentur, externum habitum civitatis indicant, praesertim aliorum hominum ratione habita. (*Ὁ*) *βασιλεὺς* sine dubio intelligitur rex Persarum, qui a Graecis ita per excellentiam dicebatur, item *βασιλεὺς ὁ μέγας*, uti est in Paneg. p. 66. a. de Pace p. 172. e. De utroque et odio Graecorum et inimicitia cum rege Persarum etiam infra queritur cap. XXXII., ubi epistolas ab eo missas memorat, in quibus non magnifice sese de Atheniensibus sentire ostendisset. Sed ut de literis illis res parum nota est, sic nullum adest satis apertum indicium, quo doceamur, quis rex Persarum, quae inimicitiae intelligantur. Quod si recte se habeant ea quae de tempore hujus orationis editae supra scripsimus, rex erit intelligendus Ochus, Artaxerxis Mnemonis spurius filius, qui regnavit in Persis, quo tempore Philippus Macedoniae praefuit, cujusque mentio fit cum in oratione ad hunc scripta, p. 102. tum nominatim in veteri ejus orationis argumento, cujus auctor eum cum Dario Cordomanno confudit; Graecos ei in bello contra Phoenices et Aegyptios auxilia suppeditavisse historia docet. Vid. Diodorus Siculus XVI, 44. Sed de inimicitiis ejus cum Atheniensibus fateor mihi nihil constare. Fieri tamen potest ut justa bellandi causa fuerit, si quidem Philippum ad bellum communi cum Graecis consilio Persis inferendum excitare studuit Isocrates. (*Bergmann.*) At Persa non curabat, quae Isocrates scribebat, uti etiam Spartani tales orationes non curare dicuntur Panath. 285. c. Multo rectius rem expedivit Pauly in Prolegg. p. 45. De epistolis v. ad cap. XXXVII. (*B.*)

πρὸς βασιλέα] Dedit hoc Bekkerus ex Urb., cum vulgo *πρὸς τὸν βασιλέα* legeretur. Recte. Ubi

enim rex Persarum in universum (non certus certoque nomine appellatus) intelligitur, ita ut eodem jure regnum Persicum scribi possit, ibi *βασιλεὺς* ubique sine articulo est scriptum. cf. Nicocl. 33. d. Paneg. 60. 65. e. 68. c. 69. 69. c. 70 (bis). 74. c. 75. c. 77. c. Phil. 94. e. 99. c. 99. d. 100. e. 101. c. 102. c. 102. e (bis). 106. d. 107. e. 110. c. Areopag. 156. c. de Pace 162. 179. Evag. 200. 200. c. 201. c. 202. d (bis). Panath. 245. 254. 254. b. 254. c. Plat. 304. c. Ep. II. 408. b. IX. §. 11. 15. 16. Interdum etiam *βασιλεὺς ὁ μέγας* Archid. 133. c. de Pace 168. e. Evag. 192. e. 202. quibus addas locos supra a Bergmanno allatos. Hinc Phil. 109. *τοὺς μὲν ἀπὸ Κύρου τὴν ἀρχὴν ἔχοντας — βασιλέας μεγάλους προσαγορευομένους*, scribe *βασ. τοὺς μεγάλους*. In verbis Epist. III. 412. d. *τὸν δὲ βασιλέα τὸν νῦν μέγαν προσαγορευόμενον* scribe *βασιλέα δὲ τόν*. Huc tamen non sunt referendi loci, in quibus Persae antea sunt commemorati et *ὁ βασιλεὺς* eodem sensu quo *ὁ βασιλεὺς αὐτῶν* est dictus. Paneg. 71. b. *τοσοῦτον αὐτῶν ἥττους ἦσαν (οἱ Πέρσαι), ὥσθ᾽ ὁ βασιλεὺς (αὐτῶν)* etc. coll. Phil. 100. c., ubi statim *ταῖς γυναιξὶν αὐτῶν (τῶν Περσῶν)* praecessit; coll. Phil. 100. b., ubi *τὸν βασιλέα* non mutaverim, subintelligens *τῆς Ἀσίας* quod statim praecessit: nec illi, ubi rex Persarum a regno discernitur. Paneg. 71. d. *ἐκεῖνοι γὰρ οὐκ ἐπὶ λείαν ἐλθόντες, οὐδὲ κώμην παραλαβόντες, ἀλλ᾽ ἐπ᾽ αὐτὸν τὸν βασιλέα στρατεύσαντες* (ipsum regem, non Persiae provinciam aliquam sunt aggressi) coll. Evag. 201. d., nec denique illi, in quibus rex Persarum jam est commemoratus, et alter locus ad alterum spectat, ubi articulus: *ille* significat. Ita explicuerim de Pace 179. b. et Panath. 254. d. Inde autem optime poterit judicari, quid de locis sit statuendum, in quibus Codices variant. Sic Paneg. 70. e. *Καὶ μὴν οὐδὲ τὴν στρατιὰν τὴν μετὰ βασιλέως περιπολοῦσαν, οὐδὲ τὴν Περσῶν ἀνδρίαν ἄξιον φοβηθῆναι*, unice verum esse videtur, quod Urb. praebet, *μετὰ τοῦ βασιλέως*. Est enim de eo Persarum exercitu sermo, qui ipsum Persicum regem, non solum Persicum regnum tuetur. Ibid. 71. dicit: *τίθημι στασιάζειν αὐτοὺς (τοὺς Πέρσας) καὶ μὴ βούλεσθαι προθύμως πρὸς τὸν ἀδελφὸν τὸν βασιλέως διακινδυνεύειν*, ubi ante Bekkerum, qui haec Urbinatem secutus scripsit: *τὸν ἀδελφὸν τοῦ βασι-*

λέως legebatur. Tu scribe: τὸν ἀδελφὸν τὸν τοῦ βασιλέως (regis ipsorum). Ibid. 78. c. haec leguntur: Οἶμαι δ' ἐκείνως εἰπὼν μᾶλλον δηλώσειν τήν τε περὶ ἡμᾶς ἀτιμίαν γεγενημένην καὶ τὴν [τοῦ] βασιλέως πλεονεξίαν, ubi non probo, quod Bekkerus articulum uncis inclusit, significatur enim articulo: iste rex Persarum, quocum illam pacem fecimus. Phil. 99. e. autem probabis quod Bekkerus vulgatum: μὴ πρότερον ἐκφέρειν τὸν πρὸς βασιλέα πόλεμον retinuit, pro quo Urb. ἐκφέρειν πρὸς τὸν βασιλέα πόλεμον exhibet. Ibid. 103. b. omnes quidem libri exhibent: ἔτι δ' ἂν πλείω λέγειν ἐπεχείρουν, ὃν τρόπον πολεμῶν τάχιστ' ἂν περιγένοιο τῆς τοῦ βασιλέως δυνάμεως· sed ne dubites quin articulus hic delendus sit, uti eum recte jam delendum esse censuit Bekkerus in Panath. 267. in verbis: πρὸς δὲ [τὸν] βασιλέα πρέσβεις πέμπουσαι. (*B.*)

ἃ τότε κατεπολέμησεν ἡμᾶς] Consulantur Xenophontis Ἑλληνικὰ et Plutarchi Lysander et Alcibiades. Aliter Cicero de Legibus: Censores bini sunto; Magistratui salus populi suprema lex esto. (*Wolf.*) ἃ in nominativo plurali refertur ad μισοῦς et ἔχθρας. (*Auger.*) καταπολεμεῖν est *debellare*. Sic etiam in Paneg. p. 57. c. et apud Andoc. Or. III, 25. §. 15. Ut autem Athenae a Lysandro caperentur, effecit et odium Graecorum, inprimis Lacedaemoniorum, et inimicitia adversus regem Persarum Darium Nothum, qui per filium Cyrum Dario Lysandro auxilia suppeditabat. Vid. Xenoph. Hist. Gr. II, 455. a. (*Bergmann.*)

CAP. IV.

§. 9. *Μέλειν ὑμῖν — ἢ φροντίζειν*] Observentur hujusmodi exempla, ubi diversae constructionis verba junguntur, quorum uni suus casus additur, alteri non additur. φροντίζειν scilicet ὑμᾶς. τὸ τῶν κοινῶν πραγμάτων posset etiam ad verbum φροντίζειν referri omisso αὐτῶν. (*Wolf.*) Librarii offendisse videntur. Nonnulli enim libri (Med. Bav. LB.) μέλλειν habent, Urb. pr. autem ὑμῖν et ἢ omittit. V. ad cap. XVIII. (*B.*)

ὑμῖν — ὑμᾶς] Οὕτω παρ' ἅπασιν· ἴσως μέντοι γραπτέον, ἡμῖν — ἡμᾶς. (*Cor.*) Vide quae infra dicentur. (*B.*)

εἰς τοῦτο δ' ἀναισθησίας ἥκειν] In hoc stuporis venire, hoc est, in eum stuporem incidere, adeo esse stupidum, eo esse stupore, usque adeo nihil intelligere. Observentur locutiones graecae, εἰς τοῦτο ἢ τοσοῦτο ἥκειν ἢ ἐλθεῖν cum genitivis, et animadvertatur, quomodo graecae linguae proprietas eleganter latine possit exprimi. (*Wolf.*) Notetur solennis constructio pronominis τοῦτο sequente genitivo. Sic in Paneg. p. 64. εἰς τοῦτο δ' ὠμότητος ἅπαντας ἡμᾶς κατέστησαν. Ad Phil. p. 107. a. εἰς τοῦτο ἥκομεν ἐπιθυμίας. Archid. p. 118. c. εἰς τοῦτο δ' ἥκουσι πλεονεξίας. Similiter de Pace p. 174. d. εἰς τοσοῦτο μίσους κατέστησαν. Aliter tamen in Paneg. p. 65. b. εἰς τοσαύτην ταπεινότητα κατέστησαμεν, adjectivo cum substantivo conveniente. Ἀναισθησία quid sit, docent Theophrastus in Charact. cap. XV. et Casaubonus in annot. Est vitium intelligentiae, ut ille definit, βραδύτης ψυχῆς ἐν λόγοις καὶ πράξεσι, et opponitur τῇ ἀγχινοίᾳ, quae describi solet ὀξύτης ψυχῆς. Nostro loco quid sit, indicant sequentia: ὥστε λανθάνειν ὑμᾶς εἰς ὀ. τ. ἡ. π. ἡ. κ. ea intelligitur animi tarditas, qua fiebat ut cum in maximis periculis versarentur, id nemo sentiret, omnes optime constitutas res civitatis putarent. (*Bergmann.*) Isocrates praecipue ita locutus est, ubi de virtutibus et vitiis hominum sermo est v. Paneg. 58. d. Archid. 120. b. de Pace 165. c. 168. d. 175. e. 176. Evag. 194. 200. Panath. 248. d. 254. 265. e. Soph. 291. c. Plat. 299. 300. c. 304. d. Antid. § 95. de Big. 348. c. 350. 351. Trapez. 361. b. 368. Callim. 372. c. Lochit. 397. Euth. 402. c. Ep. VI, 418. d. Uno tantum in loco Plat. 297. c. legitur: εἰς τοῦθ' ἥκομεν ἀτυχίας. Nam de Pace 174. d. nunc recte ex Urb. εἰς τοσοῦτον μίσους receptum est pro vulgato: εἰς τοσοῦτο μίσους. cf. Paneg. 48. 53. de Pace 168. e. et simil. (*B.*)

ἡ πόλις καθέστηκεν] ἡμῶν quod vulgo post πόλις legitur, Urb. non habet. Hinc Bekkerus quem secutus sum, omisit. Additum etiam erat a librariis post πόλιν Paneg. 52. et Archid. 130. e. ubi ante τὴν πόλιν legebatur, quibus in locis Bekkerus eodem Urbin. duce omisit, idemque fecit Paneg. 46., ubi vulgo post χώραν pronomen additur, quod tamen Menandri rhetoris auctoritate defendi poterit, qui p. 597. Ald. hunc locum ita

affert: *Δημήτερος γὰρ ἀφικομένης εἰς τὴν χώραν Τώ-νων,* quod falsum et in ἡμῶν mutandum esse vidit Spengelius l. l. p. 163. n. 200. Nostro autem in loco ἡμῶν delendum esse ex praecedentibus pronominibus ὑ-μῖν et ὑμᾶς probabile fit, quae Coraës hac ipsa de causa uti videtur, mutare voluit. (*B.*)

καθέστηκεν] Isingr. vitiose καθήστηκεν. (*Bergmann.*)

ἐοίκατε γὰρ οὕτω διακειμένοις ἀνθρώ-ποις] qui scil. respublicas aut non curent, aut qua ratione sese habeant non sentiant. Sed est in hoc loco difficultas quaedam, in eo posita quod cum hic ἐοίκατε in secunda persona dicatur, mox in prima sequatur οἵτι-νες — — τεθύκαμεν . . . ἐκκλησιάζομεν. A secunda persona ad primam transiisse Isocratem ne nimia in cives convicia diceret, censet Coraës, cujus haec sunt verba: „Ἐοίκατε] Ἐοίκαμεν ὤφειλεν εἰπεῖν, αὐτο-προσώπως κἀνταῦθα διὰ τὰ προσεχῆ, τεθύκαμεν, ἐκκλησιάζομεν· ἀλλ᾽ εἰκὸς αὐτὸν δε᾽ οὐδὲν ἕτερον ἀπὸ τοῦ δευτέρου ἐπὶ τὸ πρῶτον μεταβῆναι πρόσωπον ἢ τὸ μὴ δοκεῖν κατακόρως χρῆσθαι κατὰ τῶν πολιτῶν τοῖς ὀνείδεσι." Quidquid hujus sit, anacoluthon esse in hoc loco negari nequit, in quod incidisse videtur scriptor, postquam minus considerate de rebus magis quam de verbis sollicitus dixerat τοὺς δ᾽ ἡμετέρους αὐτῶν συμμάχους. Mihi aliquando in mentem venit: ἐοίκατε γὰρ οὕτω διακειμένοις ἀνθρώποις transponendum esse ad antecedentia, vel post κοινῶν πραγμάτων, vel post ἀναι-σθησίας ἥκειν. Ita certe οἵτινες proxime pertineret ad ἡ πόλις, atque prima persona sequi posset. Sed ejusmodi anacolutha apud optimos scriptores occurrunt, praesertim in longiore oratione, qualis etiam hoc loco est. Wolfius ad verba οἵτινες — ἀπολωλεκότες notavit: *scilicet* εἰσίν, *id est*, ἀπολωλέκασιν, *aut ellipsis est, aut enallage aut* ἀντιμερεία, *participiis loco verborum positis.* (*Bergmann.*) οὕτω non ad praecedentia, sed ad sequentia referri debet: hoc sensu: talibus similes esse videmini hominibus, quales nos *fuimus,* cum — etc. — (nos: ihr gleicht so beschaffenen Menschen, als welche wir — Opfer brachten.) Orator enim non vult expressis verbis dicere: vos temerarii estis homines; dicit igitur: vos talibus similes estis hominibus, quales

e. g. nos praebuimus, cum rebus male gestis supplicationes decreverimus quasi re bene gesta. Secunda non est usus persona in sequentibus, quia εὐαγγέλια θύειν omnium erat civium, de quorum numero se nec poterat nec volebat eximere Isocrates, licet causam cur decretae fuerint supplicationes, non probaret. Nec de anacolutho igitur, nec de enallage, nec de ellipse hoc loco est cogitandum, multo minus etiam aliquid mutandum, (Augerus in sequentibus pro ἡμετέρους forte ὑμετέρους legendum esse censet) sed simili modo explicandum, quo ceteri etiam loci sunt explicandi, in quibus Isocrates ab altera ad alteram transiit personam. Sic a *prima* ad *secundam* transiit personam Phil. 86. ἐτόλμησαν ἐπιπλῆξαί μοι — λέγοντες ὡς ἀτόποις καὶ λίαν ἀνοήτοις ἐπιχειρῶ πράγμασιν, ὅστις Φιλίππῳ συμβουλεύσοντα λόγον μέλλεις πέμπειν, ubi vulgo μέλλω habent, Isocrates tamen, qui deinde pergit ἔτι δὲ — πολλοὺς ἂν ἴδοις, verbis illis ὅστις Φ. amicos ipsos loquentes facit. A *secunda* ad *primam* ad Demon. 12. b. μάλιστα δ' ἂν παροξυνθείης ὀρεχθῆναι (melius cum Urb. ὀρέγεσθαι) τῶν καλῶν ἔργων, εἰ καταμάθοις ὅτι καὶ τὰς ἡδονὰς ἐκ τούτων μάλιστα γνησίως ἔχομεν, coll. Archid. 138, 5. quibus in locis nemo offendet. A *prima* ad *tertiam* Paneg. 62. e. μετὰ ταύτης οἰκοῦντες ἑβδομήκοντ' ἔτη διετελέσαμεν ἄπειροι μὲν τυραννίδων, ἐλεύθεροι δὲ πρὸς τοὺς βαρβάρους, ἀστασίαστοι δὲ πρὸς σφᾶς αὐτούς, εἰρήνην δ' ἄγοντες πρὸς πάντας ἀνθρώπους, ubi Urb. rec. γρ. ἡμᾶς pro σφᾶς, Bekkerus autem διετέλεσαν conjecit, quod Dindorfius recepit. Mihi illud ἀστασίαστοι πρὸς σφᾶς αὐτοὺς defendi posse videtur. Nam ubi de tota civitate loquitur, facilis est a prima ad tertiam personam transitus. v. Paneg. 46. c. καὶ τὰ μὲν ἔτι καὶ νῦν καθ' ἕκαστον τὸν ἐνιαυτὸν δείκνυμεν, τῶν δὲ συλλήβδην τὰς χρείας — ἐδίδαξεν, (scil. ἡ πόλις) ubi vulgo ἐδιδάξαμεν exhibent. coll. 47. c. ubi in praecedentibus de civibus sermo fuerat et pergitur ὁρῶσα — περιεῖδεν. A *tertia* ad *primam* Nicocl. 32. d. λοιπὸν οὖν ἐστιν — περὶ ἐμαυτοῦ διελθεῖν, ἵν' ἐπίστησθ' ὅτι τοιοῦτός ἐστιν ὑμῶν ὁ βασιλεύς, ὃς οὐ μόνον διὰ τοὺς προγόνους, ἀλλὰ καὶ δι' ἐμαυτὸν δικαίως ἂν καὶ μείζονος τιμῆς ἢ τηλικαύτης ἠξιώθην, ubi Langius aliique δι' αὑτόν, Cor. δι' ἑαυτὸν e conjectura recepit, recte tamen vulgata se ha-

bet, cum ὅς hic eodem modo, quo supra οἵτινες explicandum sit: als der ich, i. e. dass ich. Panath. 264. c. οὔτ᾽ ἀμελεῖν καλῶς ἔχει τῶν τοιούτων ὑπολήψεων — οὔτ᾽ αὖ πολὺν χρόνον αντιλέγοντας διατρίβειν ἐν αὐταῖς, ἀλλ᾽ ὅσον ὑποδείξαντας μόνον τοῖς ἄλλοις ἐξ ὧν ληροῦντας ἂν αὐτοὺς ἐπιδείξαιεν, πάλιν ἐπανελθόντας περαίνειν καὶ λέγειν ὅθεν ἀπέλιπον, ubi Urb. ἐπιδείξαιμεν praebet, quod admodum placet. Panath. 286. e. in verbis: ἐξεῖναι γὰρ εἰπεῖν αὐτοῖς ὅτι σφεῖς μὲν ὄντες οὕτως ὀλίγοι τὸν ἀριθμὸν οὐδεμιᾷ πώποτε τῶν μυριάνδρων πόλεων ἠκολούθησαν οὐδ᾽ ἐποίησαν τὸ προσταττόμενον, ἀλλ᾽ αὐτόνομοι διετέλεσαν ὄντες, αὐτοὶ δ᾽ ἐν τῷ πολέμῳ — ἡγεμόνες κατέστησαν. Cod. Cor. et nonnulli alii: ἠκολουθήσαμεν — ἐποιήσαμεν — διετελέσαμεν exhibent, quod eadem de causa probarem, qua supra μέλλεις probavi, nisi κατέστησαν sequeretur. Sed ad Demon. 12. c. in verbis: κἀκεῖ μὲν πρότερον ἡσθέντες ὕστερον ἐλυπήθημεν, ἐνταῦθα δὲ μετὰ τὰς λύπας τὰς ἡδονὰς ἔχομεν, ne dubites, quin ex Urb. ἐλυπήθησαν recipias. Pronomen ὅστις autem post οὕτως et similia interdum ita scribi, ut idem fere significet quod ὥστε jam alii demonstrarunt. Ex Isocrate cf. Paneg. 79. e. Evag. 195. d. Panath. 246. b. 269. 283. e. Antid. §. 233. 237. (*B.*)

οἵτινες ἁπάσας μὲν τὰς πόλεις — συμμάχους et sqq.] Difficile est ex his omnibus tantum, quantum satis est, lucis ex historia affundere. Neque ex interpretibus quisquam quod operae pretium esset annotavit, praeter Wolfium cujus ipsa verba referamus. Primum ad ista: ἁπάσας μὲν τὰς πόλεις τὰς ἐπὶ Θρᾴκης ἀπολωλεκότες notavit sequentia: Olynthium scilicet et triginta duas urbes Chalcidici generis, quae Philippus Macedo ceperat, de quibus multa verba fiunt apud Demosthenem περὶ παραπρεσβείας. Vide Libanii argumentum τῶν Ὀλυνθιακῶν, itemque vitam Demosthenis ab eo descriptam." Profecto nisi de civitatibus Thraciae a Philippo captis sermo sit, quorsum haec pertineant, non video. De his autem praeter orationis laudatae loca p. 360. 401. 426. vid. ipsa Olynth. I. p. 12. Phil. III. p. 117. Diodorus Siculus XVI, 52. aliique ibi a Wesselingio laudati. Belli Philippum inter et Athenienses de Olynthiorum societate gesti initia Diodoro teste fuerunt Archonte Cephisodoto, Olymp. CV, 3. Cff. capp. 6. et 8.

Chalcidicas civitates Philippo subjectas refert Archonte Callimacho, Olymp. CVII, 4. Olynthum expugnatam sequentè anno Olymp. CVIII, 1. Archonte Theophilo. Vid. app. 52. et 53. Qui annus, si Olympiadum initium b anno A. C. ducas, ut vulgaris fert sententia respon- et fere anno A. C. 348. vel 349. Simsonius eas numerare solens inde ab anno 774. retulit in annum 346. De exitu belli Phocensis Archonte Archia, Olymp. CVIII, 3. refert idem Diodorus c. 59. (*Bergmann.*) Vid. Prolegg. p. 44. et Voemel. Prolegg. in Demosth. Philipp. I. et Olynth. p. 57 et seqq. (*B.*)

πλείω δ' ἢ χίλια τάλαντα μάτην εἰς τοὺς ξένους ἀνηλωκότες] „Quia," inquit Wolfius, classis Atheniensium exclusa tempestate opem ferre Olynthiis non potuerat. Demosthenes περὶ συντάξεως· ἐς τοὺς τῶν Ἑλλήνων ἀπόρους· ξένοι scilicet στρατιῶται sunt peregrini et conducticii milites, μισθωτοὶ ἢ μισθοφόροι, quorum duces ξεναγοὶ ἢ ξεναγωγοὶ dicuntur. τοῖς ξένοις ἢ ξενικοῖς στρατεύμασιν opponuntur αἱ πολιτικαὶ δυνάμεις. Demosthenes Olynthiaca 3. πλείω ἢ χίλια καὶ πεντακόσια τάλαντα ἀνηλωκότες εἰς οὐδὲν δέον etc. Conferatur hic locus cum Isocrate." Reiske: vid. etiam Harpocr. in Ξενικὸν et Ξενιτευομένους. Loca Demosthenis haec sunt p. 174. et 36. ed. Reisk. Illo, postquam de majorum praeclare gestis retulerat, subjicit: ἡμεῖς δ' ὅσης ἅπαντες ἐρημίας ἐπειλημμένοι, σκέψασθε εἰ παραπλήσια. οὐ πλείω μὲν ἢ χίλια καὶ πεντακόσια τάλαντα ἀνήλωται μάτην εἰς τοὺς τῶν Ἑλλήνων ἀπόρους; ἐξανήλωνται δὲ οἵ τε ἴδιοι πάντες οἶκοι καὶ τὰ κοινὰ τῇ πόλει καὶ τὰ παρὰ τῶν συμμάχων; οὓς δ' ἐν τῷ πολέμῳ συμμάχους ἐκτησάμεθα, οὗτοι νῦν ἐν εἰρήνῃ ἀπολώλασιν. Alter autem ex Olynth. III. ei plane similis sic se habet: νυνὶ δὲ πῶς ἡμῖν ὑπὸ τῶν χρηστῶν τῶν νῦν τὰ πράγματα ἔχει· ἆράγε ὁμοίως καὶ παραπλησίως; καὶ τὰ μὲν ἄλλα σιωπῶ, πόλλ' ἂν ἔχων εἰπεῖν, ἀλλ' ὅσης ἅπαντες ὁρᾶτε ἐρημίας ἐπειλημμένοι· καὶ Λακεδαιμονίων μὲν ἀπολωλότων, Θηβαίων δ' ἀσχόλων ὄντων, τῶν δ' ἄλλων οὐδενὸς ὄντος ἀξιόχρεω περὶ τῶν πρωτείων ἡμῖν ἀντιταξάσθαι, ἐξὸν δ' ἡμῖν καὶ τὰ ἡμέτερ' αὐτῶν ἀσφαλῶς ἔχειν, καὶ τὰ τῶν ἄλλων δίκαια βραβεύειν, ἀπεστερήμεθα μὲν χώρας οἰκείας· πλείω δ' ἢ χίλια καὶ πεντακόσια τάλαντα ἀνηλώκαμεν εἰς οὐδὲν

δέον. οὓς δ' ἐν τῷ πολέμῳ συμμάχους ἐκτησάμεθα, εἰρήνης οὔσης, ἀπολωλέκασιν οὗτοι. ἐχθρὸν δ' ἐφ' ἡμᾶς αὐτοὺς τηλικοῦτον ἠσκήκαμεν (ηὐξήκαμεν legendum putat Valcken. in ann. 58. ad orat. de Philippo Mac. p. 267.). ἢ φρασάτω τις ἐμοὶ παρελθὼν, πόθεν ἄλλοθεν ἰσχυρὸς γέγονεν ἢ παρ' ἡμῶν αὐτῶν Φίλιππος. Numerum talentorum Demosthenes ipse remp. tractans diligentius notavit quam Isocrates. Erat autem gravis reprehensio et insigne ignaviae documentum, tantam pecuniarum summam frustra in mercenarios milites esse consumtam. Antea enim populus ipse militabat, et res multo melius gerebantur. Ne Cyri quidem minoris aetate ullus usus erat militum mercenariorum: postea vero Graecia obruebatur vagorum et errabundorum hominum colluvie, qui mercede conducti stipendia faciebant in horum illorumve gratiam. Disertus est locus ad Philipp. p. 101. d. οὕτω γὰρ ἔχει τὰ τῆς Ἑλλάδος, ὥστε ῥᾷον εἶναι συστῆσαι στρατόπεδον μεῖζον καὶ κρεῖττον ἐκ τῶν πλανωμένων ἢ τῶν πολιτευομένων· ἐν ἐκείνοις δὲ τοῖς χρόνοις οὐκ ἦν ξενικὸν οὐδέν. His etiam naves compleri solebant, dum ipsi cives Athenienses transtro insiderent, et remigium manu tenentes in terram hostilem escenderent. Saepius de conductitiorum abusu queritur Isocrates. Vid. oratio de Pace p. 168. d. et seq. 174. e. Panath. p. 249. c. Epist. ad Philipp. p. 410. c. De ignavia suae aetatis Demosthenes l. c. τὸ μὲν πρῶτον, inquit, καὶ στρατεύεσθαι τολμῶν αὐτὸς ὁ δῆμος δεσπότης τῶν πολιτευομένων ἦν κ. τ. λ. — ὑμεῖς δ' ὁ δῆμος ἐκνενευρισμένοι καὶ περιῃρημένοι χρήματα καὶ συμμάχους, ἐν ὑπηρέτου καὶ προσθήκης μέρει γεγένησθε. Multa etiam habet Philipp. I. p. 41. sqq. R. Militiae neglectum ipse Isocrates infra notat cap. XXXVIII. Cf. Boeckhius in Opere Germanico de Oeconomia Civili Atheniensium T. I. p. 291. (*Bergmann.*) „MD talenta (i. e. 2, 171, 521. Th. sive 3, 908, 740. Flor.) in ducum insolentiam insumta sunt, in Dejarem, Deipyrum, Polyphontem (nomina fortasse jocosa) in milites gloriosos et magnificos promissores, in fugitivos homines e Graecia collectos et ut domi ipsius causam agerent, in mercenarios oratores. Maximam tamen partem Chares ab Aeschine adversario in Amphipolim recuperandam frustra consumsisse dicitur. Aeschin. f. l. p. 37. sqq.“ Voemel. l. l. p. 69. et 141. (*B.*)

ἀνηλωκότες] Vulgo cum legeretur ἀπανηλωκότες, Coraës, probante Bergmanno „διὰ τὴν ἀττικὴν συνήθειαν“ dedit ἀπαναλωκότες, Bekkerus contra, quem ego secutus sum, ex Urb. recepit: ἀνηλωκότες. Bergmannus haec habet: Superest ut paucis rationem reddamus receptae lectionis: ἀπαναλωκότες, quam substituimus vulgari ἀπανηλωκότες praeeunte Corajo, qui et infra c. XXVII. ἀνάλωσεν pro ἀνήλωσεν edidit, et ubique fere de revocanda veteri forma Attica monuit. Vid. T. II. sive Annot. p. 3, 133, 275. Attici enim veteres α longum in ἀναλόω non solent mutare, sine ullo augmento scribentes ἀνάλουν, ἀνάλωκα, ἀνάλωμαι, pro quibus seriores ἀνήλωκα, ἠνάλωκα, ἠνήλωκα, scribunt. Vid. Valckenaër. ad Eurip. Phoeniss. p. 222. Thomas Mag. p. 55. laudati Matthiae Gramm. Gr. §. 166. No. 1. Obs. 2. coll. §. 222. Ipsum ἀνάλωσεν exstat in oratione ad Demonicum, non ita longe ab initio, de quo docte disputat Langius in Addendis p. 52. De verbo ἀνώγειν monuit Porsonus in Praefat. ad Eurip. Hecubam p. 18. Sunt tamen qui dissentiant. Cff. Wolfius in Castigg. ad hunc posteriorem locum p. 808. notae ad Thomam Mag. l. c. Sallier ad Moerin. p. 26.“ Wolfius l. c. haec habet: ἀνάλωσεν] Obsopoeus in oratione Demosthenis περὶ στεφάνου, ἀνήλωκε pro ἀνάλωκε reponit. Ergo etiam hic fortasse rectius ἀνήλωσεν legeretur. In Evagora: πλέον ἢ πεντάκις μύρια τάλαντα κατηνάλωσεν, particula ανα incrementum habet. In Areopagitico ἀπανηλωκότες ipsum verbum. Quod etsi grammatici a regulis incrementorum liberant et hanc varietatem annotant: tamen verendum est, ne multae exceptiones et observationes e depravatis codicibus natae sint; neque quidquam facilius, etiam eruditis, quam prave scribere. Inprimis autem α et η, nisi accurate pingas (quod in mea scriptura saepius quam vellem, experior) permiscentur ab imperitis. Postea unius librarii incuria in multa exempla propagatur: et fieri potest, ut emendata postea e depravatis corrigantur: quod perinde est, ac si ebur (ut Plauti verbis utar) atramento candefacere postules.“ Langius l. l. contra haecce monuit: „Verbum ἀναλίσκειν vel potius ἀναλοῦν modo augmento carere, modo ante praepositionem incrementum habere, modo post illam, a grammaticis praecipi notum est. Sed quo-

niam alterum α hoc in verbo longum est, Attici aliique Graeci veteres illud carere augmento jusserunt. V. Valck. l. c. et Pierson ad Moer. p. 122. 'Dialectus vero Macedonica et Alexandrina, relicta hac diligentia uti augmento perperam instituerunt. Unde Suidas v. ἀναλίσκειν· ἐν δὲ τῷ παρεληλυθότι, inquit, καὶ διὰ τοῦ η ἀδιαφόρως· οἷον ἀνήλισκον καὶ ἀνάλισκον. Atque hac posteriorum scriptorum negligentia decepti librarii etiam in veterum Graecorum libris, alii alterum α longum, alii primum mutarunt fere in η longum. Deinde e vitiosa Moeridis, (Λέξεων Ἀττικῶν καὶ Ἑλλήνων) lectione recentiorum grammaticorum ortum est praeceptum, ut formas perfecti ἀνήλωκα et ἠνάλωκα Atticas, sed formam ἀνάλωκα communem appellarent. Res potius, ut Hudsonius ad Moeridem docuit, contra se habet. Hinc Fischerus ad Welleri Grammat., (ed. sec.) spec. 3. part. I., p. 34. non dubitat, quin in locis Atticorum auctorum, in quorum optimo et vetustissimo quoque Codice in talibus locis forma perfecti ἀναύξητος existet, hujus verbi augmentum ubique delendum sit, et vetus genuinaque forma restituenda. Quorum in numero sunt quoque quatuor Isocratis loci, quos ille ex vera Atticorum norma emendandos censet. In Panathen. ἀναλωκότας pro ἀνηλωκότας, in Paragraph. ἀνάλωσεν et ἀναλώσαμεν pro ἀνήλωσεν et ἀνηλώσαμεν, in Areopag. ἀνάλωκας pro ἀνήλωκας et in oratione de Pace ἀνάλωκας pro ἀνήλωκας. Quod vero de simplicibus valet, de compositis quoque valere quis dubitet? Exemplis igitur a Fischero allatis adjicienda erunt κατηναλωμένα p. 670. et ἀπανηλωκότες p. 239." — De hoc Atticistarum praecepto quid sit statuendum, jam docuerunt Viri Summi Emslejus et Hermannus ad Sophocl. Aj. 1049. (1028.), quorum alter ex Inscriptionibus probavit, Atticos huic verbo augmentum dedisse, alter addidit, augmenti omissionem esse orationis vulgaris. Matthiaeus tamen l. c. contrariam protulit sententiam, augmentum vulgari tribuens sermoni. Quid verius sit, non facile quis poterit ad liquidum perducere, hoc tamen potest demonstrari, iis qui Codd. auctoritatem sequantur, in oratoribus Atticis ubique fere hoc verbum cum augmento esse scribendum. Sic in *Isocrate* omnes libri augmentum praebent praeter nostrum locum Areop. 153. b. Phil. 101. d. de Pace 172. d. Pan-

ath. 262. Antid. §. 100. 169. 176. Callim. 382. c. 383. In tribus tantum locis libri variant: ad Demon. 3. b. Cod. Harlej. et Cor. ἠνάλωσεν, vulgo ἀνάλωσεν, Urb. ἀνήλωσεν habet, quo in loco quid verius sit, tum demum poterit dici, si de auctore hujus orationis accuratius disputatum erit. Antid. §. 119. et 120. Orellius quidem ex Ambr. et Laur. (quibus Vatic. addi posse videtur) ἀνάλωσε et ἀνάλωσαν recepit, Bekkerus tamen cum Urb. augmentum addidit. In compositis Isocrates augmentum praepositioni praefixisse videtur. Evag. 201. b. certe omnes libri: κατηνάλωσεν exhibent, et Nicocl. 33. Codices nonnulli quidem (Cod. R. Bava. Cor. Ald.) καταναλωμένα, ceteri tamen cum Urb. κατήναλωμένα praebent. In *Lysia* omnes libri augmentum exhibent in Aristoph. bon. 155, 42. 43. 157, 56. 62. de mun. acc. 161, 1. 2 bis. 162, 4 bis. 8. 12. 163, 17. pr. Inval. 170, 19. pr. Evandr. 177, 22. In duobus tantum locis pr. Nicom. 185, 21. et Aristoph. bon. 152, 9. libri augmentum omittunt. Ibid. 153, 18. Bekkerus ex Cod. C. ἀνάλωσεν pro vulgato ἀνήλωσεν recepit, quod tamen non probandum esse videtur. In *Isaeo* libri omnes augmentum praebent Dicaeog. 54, 35. Cir. 73, 39. In *Lycurgi* orat. c. Leocr. 153, 46. Bekkerus τὰς ψυχὰς αὐτῶν ἀνάλωσαν etsi scripsit, cum vulgo: ἐτελεύτησαν legeretur, Muretus tamen XVII, 6. fortasse rectius ἀνήλωσαν habet. In *Aeschine* augmentum libri tuentur Tim. 14, 100. 16, 115. 116. 27, 194. de f. leg. 37, 71. (Codd. e. l. omittunt.) Ctesiph. 56, 19. 57, 22. 62, 59. 68, 103. (ἐξανηλωμένοι). In ceteris locis libri variant. Tim. 8, 57. vulgo ἀνάλωσε, Codd. d. f. ἀνήλωσε exhibent. ibid. 9, 58. Cod. l. ἀναλωκώς, ceteri et vulgo ἀνηλωκώς. 24, 170. pro ἀνάλωσε Cod. Helmstad. ἀπώλεσε habet, quod Reiskius praeferendum putat, jure; nam vox est ambigua, cum et opes perdere, et amittere significare possit, quod consilio Aeschinis admodum convenit. Ctesiph. 52, 47. Cod. e. pro ceterorum ἀνηλωμένων exhibet ἀναλωμάτων. In *Demosthene* libri meliores fere ubique augmentum admittunt. Sic omnes libri augmentum tuentur Ol. II, 25, 24. pr. Coron. 319, 279. fals. leg. 391, 161. Mid. 555, 122. 576, 189. Aphob. I, 823, 31. 833, 62. 63. Aphob. II, 843, 23 bis. Phorm. 956, 39 bis. 957, 41. 960, 52. Nausim. 992, 27. Boeot. 1019,

36. 1023, 51. Steph. I, 1125, 79. Olymp. 1171, 12. Polycl. 1206, 1. 1208, 8. 1211, 15. (ἐξανηλωμένα) 1213, 21. 1214, 24. 1215, 25. 1216, 30 bis. 1219, 40. 42. 1220, 42. (συνανήλισκον) 1223, 54. 1225, 60. Steph. 1229, 5. Neaer. 1351, 21. 1367, 67. Sine augmento contra uno tantum in loco, si editoribus fides est habenda, omnes libri hoc verbum exhibent Nausim. 992, 27. Variant autem libri Ol. I, 12, 11. ubi omnes quidem editores συναvάλωσε dant, Cod. α apud Rüdig. autem συνανήλωσε habet, quod Bavar. et Ω. con-
α
firmare videntur, (fortasse etiam Σ.) in quibus σ υ ν α ν η λ ω σ ε scriptum est. Ol. III, 36, 28. Bekkerus nunc ἀνηλώκαμεν dedit, quod ceteri etiam habent editores,
α
olim tamen ἀναλώκαμεν scripserat, Bavar. ἀνηλώκαμεν habet. v. Rüdig. ad h. l. (Halon. 82, 23. Ald. Tayl.
α
ἀναλώκει, Bav. ἀνηλώκει, ceteri ἀνηλώκει habent) Chers. 93, 12. editores omnes ἀνηλωκέναι, Cod. F. et Bav.
α
autem ἀνηλωκέναι exhibent v. Brem. ad h. l. (Syntax.
α
174, 27. Bav. et F. ἀνήλωται, ceteri ἀνήλωται et ibid.
α
Bav. F. ἐξανήλωνται, ceteri ἐξανήλωνται) pr. Coron. 228, 9. Bekkerus ex Codd. Σ. Υ. Φ. k. o. p. q. r. s. quibuscum faciunt Ask. Harl. Regg. α. ε. ζ. Lind. Obsop. (v. supra Wolfii annot.) probante Obsop. et Brem. l. c. Reiskius autem et Taylorus ἀνάλωκεν scripserunt, quod praebent Paris. VI. cum γρ. Aug. I. II. IV. Bav.
α
et F. pro priore ἀνηλωκεν dant. Ibid. 247, 66. Bekkerus cum Tayloro et Reiskio ἀναλωκυῖαν scripsit, quamquam MSS. Ven. Guelph. Vindob. Aug. I. II. Ald. Tayl.
α
Σ. p. r. ἀνηλωκυῖαν F. et Bav. autem ἀνηλωκυῖαν exhibent quod olim vulgo legebatur eodemque modo ibid. Bekk. ἀναλώκασιν scripsit, quamquam Ven. Aug. et Regii ε. η. Taylori. Aug. I. IV. Bavar. Ald. Tayl. Reiskii et Codd. Σ. p. r. Bekkeri verum ἀνηλώκασιν praebeant,
η
quod jam vidit Bremius l. c. Cod. F. exhibet ἀναλώκασιν. Ibid. 265, 113. Bekkerus cum Reiskio τἀνελωμένα

dedit, cum vulgo *τὰ ἀνηλωμένα* legeretur, Paris. I. autem et VII. et Aug. IV. *τὰ ἀναλωμένα,* Aug. I. II. k. et *γρ.* r. *τἀναλωμένα* exhibeant, Bavar. *η* superscriptum habet. Wunderlichius *τἀναλωμένα* dederat. Ibid. 274, 140. Bekkerus cum Reiskio *ἀνάλωσε* scripsit, sed Paris. I. VII. Ald. Tayl. Aug. I. IV. Venet. Guelph. Vind. *ἀνήλωσε* Bavar. utrumque exhibent, quod jure placet Schaefero. (In Argum. ad orat. d. f. leg. Bekk. ex Codd. *Υ.* t. *καταναλωσε* recepit, cum F. pro more *κατανηλωσε*[α], vulgo autem *κατανήλωσε* habeant). In orat. de f. leg. 343, 8. Cod. F. et Bav. *ἀνηλωκότα*[α], ceteri *ἀνηλωκότα,* 389, 155. Codd. F. t. u. *ανηλώσαμεν*[α], *Ω. ἀναλώσαμεν*[η], ceteri *ἀνηλώσαμεν* praebent, ubi vid. Schaefer. (Ibid. 442. 313. Cod. *v ἀνηλωκέναι* pro ceterorum *ἂν ἑαλωκέναι* dat) Leptin. 460, 10. Bav. *ἀνάλωσαν*, F. *ἀνηλωσαν*[α], t. *ἀναλωσαν*[η], ceteri *ἀνήλωσαν* habent. Mid. 534, 61. F. *ἀνηλωκότων*[α] et *ἀνηλωκότα*[α], ceteri autem *ἀνηλωκότ.* tuentur. Androt. 609, 53. Bav. et F. *ἀνηλωκώς*[α], ceteri *ἀνηλ.* et 613, 63. F. *ἀνηλωκότας*[α], t. c. *ἀναλωκότας,* ceteri *ἀνηλωκότας* exhibent. Ibid. 617, 76. F. *ἀνηλ.*[α] *K. v. ἀνάλ.* ceteri *ἀνήλωσεν,* Tim. 751, 165. Codd. *v.* et Bav. *ἀναλωκώς*, ceteri *ἀνηλωκώς*, coll. 757, 184. Aphob. I, 821, 25. vulgo *ἀνηλωκέναι* legunt, quod Bekk. Codd. F. r. confirmant, Bekkerus tamen et qui eum secutus est Bremius *ἀναλωκέναι* scripserunt, quod ex Reiskianis Bavaricus dat. Ibid. 824, 34. editores *ἀναλωμένα,* Codd. Aug. I. V. et r. autem rectius *ἀνηλωμένα* exhibent coll. 825, 38. Aphob. 858, 45. Nausim. 991, 25. Aug. I. et r. augmentum addunt, ceteri omittunt. Phorm. 1045, 22. et 23. recte jam Dindorfius e Codd. *Σ.* r. Aug. I. et marg. Lut. augmentum, quod ceteri non habent, addidit. In Polycl. 1213, 21. Aug. I. pro ceterorum *ἀνήλωσα ἐποίησα* exhibet, 1216, 31. Aug. I. *v.* et r. *τἀναλώματα* pro ceterorum *τἀνηλωμένα* praebent. Ibid. 1219, 42. Aug. I. et r. *ἐπανάλωσεν,*

Bav. ἐπανάλωσεν, ceteri ἐπανήλωσεν, 1226, 64. Reisk. et Bekk. ἀναλωμένα, Codd. Σ. autem Aug. I. et Paul. marg. Lut. ἀνηλωμένα, Bav. utrumque. 1227, 67. Bekk. c. Reiskio ἀνάλωσα, Aug. I. tamen et marg. Lut. ἀνήλωσα, Bav. utrumque dat. Neaer. 1366, 64. Cod. v. ἀναλωκότα, ceteri ἀνηλωκότα exhibent coll. Prooem. 35, 1445. De *Thucydide* et *Xenophonte* v. Popp. de eloc. Thuc. p. 226. et ad Xenoph. Cyrop. I, 4, 3. In nostro autem loco praepositionem ἀπ' rectius abesse, tum ex locis simillimis ex Demosthene allatis, tum inde patet, quod in aliis etiam locis nunc recte ex Urb. simplex verbum est restitutum, de qua re infra plura dabo. (*B.*)

πρὸς δὲ τοὺς Ἕλληνας διαβεβλημένοι] „Suspecti atque invisi propter tyrannicum imperium, aut etiam propter res male adversus Philippum gestas.“ Sic Wolfius. Utraque conjungi possunt. In socios imperiose egerunt, maxima tributa ab iis exegerunt, classes iis imperarunt, caet. nonnunquam etiam crudeliter in eos saevierunt, ut in Melios et Scionaeos: quae tamen alibi excusare studuit Isocrates Paneg. p. 61. d. et sq. Panath. p. 245. d. et sq. Unde Byzantiorum, Chiorum, Rhodiorum, aliorumque defectio, quae fuit causa belli socialis: quod ipsum Athenienses πρὸς τοὺς Ἕλληνας διαβέβληκε, ut ait Isocrates de Pace p. 163. Maxime autem artibus Philippi apud reliquos Graecos invisi erant, quod bello sacro cum Lacedaemoniis aliique nonnullis impiam Phocensium causam adversus Thebanos, Locros, aliosque, qui socium sibi adjunxerant Philippum (cf. ad Philipp. p. 93. e.) defendere voluerant. Vid. Demosth. de Cor. 237. et passim. (*Bergmann.*) Τοὺς μὲν ταλαιπώρους νησιώτας καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν ἑξήκοντα τάλαντα (86, 860. Thal.) εἰσέπραττον σύνταξιν, κατῆγον δὲ τὰ πλοῖα καὶ τοὺς Ἕλληνας ἐκ τῆς κοινῆς θαλάττης· ἀντὶ δὲ ἀξιώματος καὶ τῆς τῶν Ἑλλήνων ἡγεμονίας ἡ πόλις ἡμῶν Μυοννήσου καὶ τῆς τῶν λῃστῶν δόξης ἀνεπίμπλατο Aeschin. de fals. leg. 37, 71. coll. Pseudo-Demosth. Synt. p. 167, 6. quae Diodor. XV, 95. ita explicat: Οὗτος δὲ (Chares) τοὺς μὲν πολεμίους εὐλαβούμενος, τοὺς δὲ συμμάχους ἀδικῶν διετέλει. καταπλεύσας γὰρ εἰς Κέρκυραν σύμμαχίδα πόλιν στάσεις ἐν αὐτῇ μεγάλας ἐκίνησεν, ἐξ ὧν συνέπεσε γενέσθαι σφα-

γὰς πολλὰς καὶ ἁρπαγὰς, δι' ἃς συνέβη τὸν δῆμον τῶν Ἀθηναίων διαβληθῆναι παρὰ τοῖς συμμάχοις. Inde fiebat, ut Plutarch. in Phocion. c. XI. auctore: οἱ — σύμμαχοι καὶ οἱ νησιῶται τοὺς Ἀθήνηθεν ἀποστόλους ἑτέρου μὲν ἐκπλέοντος στρατηγοῦ πολεμίους νομίζοντες ἐφράγνυντο τείχη καὶ λιμένας ἀπεχώννυσαν καὶ κατεκόμιζαν ἀπὸ τῆς χώρας εἰς τὰς πόλεις βοσκήματα καὶ ἀνδράποδα καὶ γυναῖκας καὶ παῖδας, εἰ δὲ Φωκίων — et seq. (*B.*)

καὶ τῷ βαρβάρῳ πολέμιοι γεγονότες] Dupliciter intelligi potest appellatio ὁ βάρβαρος, vel de rege Persarum, vel de Philippo Macedone. Nam de illo quidem occurrit in Paneg. c. II., ubi vid. Morus n. ii. eique inimicitias fuisse cum Atheniensibus cum modo ante dixerat Isocrates in fine cap. III., tum infra significat cap. XXXVII. Atque de hoc intellexit Wolfius, qui consulendam esse ait Demosthenis orationem περὶ συμμοριῶν, qua utrum huic bellum inferendum sit, nec ne deliberatur. Sed fortasse rectius intelligatur Philippus, quem a Demosthene sexcenties ita vocari omnes norunt, ut adeo hac appellatione eum distinguere voluerit Isocrates a rege Persarum, quem et supra et infra constanter appellat τὸν βασιλέα. Inprimis id probabile fit, si conferuntur huic loco quam maxime similia verba Demosthenis ex Olynth. III. p. 36, supra allata, quibus diserta Philippi ἐχθροῦ mentio fit. Contra eum autem bellum gesserant cum de Olynthiorum societate, tum bello Phocensi, ut vidimus. (*Bergmann.*) Hoc fieri nequit. Nam ὁ βάρβαρος ubique apud Isocratem regem Persarum significat v. Paneg. 43. e. 58. 66. c. 67. 68. d. 74. e. 77. b. c. 78. b. Phil. 93. b. Archid. 121. b. Panath. 266. b. et aperte Philippo opponitur Phil. 110. c. ὧν ἄξιον θαυμάζειν, εἰ τὴν ὑπ' ἀνθρώπου βαρβάρου καὶ κακῶς τεθραμμένου (Cyrum intell.) καταστραφεῖσαν καὶ συναχθεῖσαν ἐπὶ δουλείᾳ, ταύτην ὑπ' ἀνδρὸς Ἕλληνος (Philippum intell.) καὶ περὶ τοὺς πολέμους πολλὴν ἐμπειρίαν ἔχοντος μὴ νομίζουσιν ἂν ἐπ' ἐλευθερίᾳ διαλυθῆναι. et ibid. 113. c. Macedones accurate a barbaris discernit in verbis: φημὶ γάρ χρῆναί σε τοὺς μὲν Ἕλληνας εὐεργετεῖν, Μακεδόνων δὲ βασιλεύειν, τῶν δὲ βαρβάρων ὡς πλείστων ἄρχειν coll. ibid. 103. e. et 104., ubi de proavo Philippi dicit: eum solum Graecorum: οὐχ ὁμοφύλου γένους imperium tenere voluisse. Quod

discrimen non solum in hac oratione, sed etiam in Archid: 125. c. observatum videmus. V. Weiskium, Virum Clarissimum in Diss. de Hyperb. P. II. et III. p. 47. n. 39. De inimicitiis Atheniensium cum rege Persarum susceptis v. Prolegg. p. 45. (*B.*)

ἔτι δὲ τοὺς μὲν Θηβαίων φίλους σώζειν ἠναγκασμένοι] Apponantur iterum Wolfii verba „Intelligo," inquit, „Megalopolitas, pro quibus exstat Demosthenis oratio, quae quidem quasi commentarius est hujus loci. — Haec igitur verba sunt Demosthenis (207, 21.): *πολὺ δὴ κάλλιον καὶ ἄμεινον τὴν μὲν Θηβαίων συμμαχίαν αὐτοὺς παραλαβεῖν, τῇ δὲ Λακεδαιμονίων πλεονεξίᾳ μὴ ἐπιτρέπειν· ἢ νῦν ὀκνοῦντας μὴ τοὺς Θηβαίων σώσωμεν συμμάχους, τούτους μὲν προέσθαι, πάλιν δὲ σώζειν αὐτοὺς τοὺς Θηβαίους· καὶ προσέτι ἐν φόβῳ καθεστάναι περὶ ἡμῶν αὐτῶν.* Mihi αἱ περὶ τὰς χρονολογίας δυσχέρειαι saepe sunt molestae, adeo ut verear, μήποτε δεινῆς ἀνιστορησίας κατηγορηθῶ. Neque enim ubique distinctio temporum mihi in promptu est, quod cum iis alia congruere videntur, alia ab iisdem abhorrere. *ἐπέχων τοίνυν καὶ διασκεπτόμενος*, aequo animo exspecto *τὰς τῶν δογματικῶν, τῶν πανεπιστημόνων καὶ ἀναμαρτήτων ὄντων, ἀποφάνσεις· τουτέστι, ὅ, τι με χρὴ παθεῖν ἢ ἀποτίσαι.*" Nolim me referri in illorum numerum, quos Wolfius dixit. Sed si mea sententia quaeratur, non censeo eum esse *ἀνιστορησίας* accusandum: cum tempora satis bene convenire videantur. Lacedaemoniorum enim illa in agrum Megalopolitarum excursio, quae, missis ab utraque parte Athenas legatis, causam dicendi praebuit Demostheni, a Simsonio quidem relata est in A. M. 3653. A. C. 350. cum jam superiori anno belli initium factum esset, ut ex Demosthene cognosci notavit Wesselingius: ita ut facile ejus rei mentionem injicere potuerit Isocrates. Quod si fecerit, *ἠναγκασμένοι* significabit eos temporum rationibus adactos fuisse. Nam ut ex Demosthene constat, periculum erat, ne, si, Megalopolitarum, qui Thebanorum socii et amici erant, causa repudiata, Lacedaemonios iniqua molientes adjuvissent, dum ne Thebanorum potentia nimia incrementa caperet se sibi cavere crederent, illis viam aperirent ad Peloponnesi dominatum et ipsi tandem ab illis sibi metuendum haberent. Ergo potius videbatur The-

banorum sociis quam Lacedaemoniis opem ferre. Quod, cum Thebani et bello Phocensi et aliis de causis ipsis infesti essent, durum erat: contra Lacedaemoniorum ad recuperandam Oropum opem exspectabant. Nec tamen constat, utrum auxilia Megalopolitis miserint Athenienses; a Diodoro Siculo certe non memorantur XVI, 39., ubi vid. Wesselingius. (*Bergmann.*) Probabiliora quidem, si tempus, quo haec oratio scripta est, spectamus, sunt, quae Pauly in Prolegg. p. 45. de hac re statuit, vera tamen esse non dixerim. Thebanorum enim amici aperte ipsorum sociis opponuntur, quomodo autem hoc poterat fieri, si Thebanorum amici iidem sunt, qui Atheniensium socii? Si Megalopolitas intelligendos esse censerem, equidem potius eos intelligerem quibus Athenienses Ol. 104, 3, (361. a. Ch. n.) Pammenem cum tribus millibus hoplitum et trecentis equitibus auxilio miserunt; qui rem bene gessit. v. Diod. Sic. XV, 94. Poterat autem optime de his Thebanorum amicis (Epaminondas eos condiderat) dicere: Athenienses coactos fuisse, ut eos servarent. Athenienses enim pacis auctores et tutores, impedire debebant, quominus novi inter Arcades orirentur tumultus. Vox σώζειν autem apprime convenit, cum sine Atheniensium auxilio Megalopolis sine dubio dilapsa esset, estque verisimile Athenienses ob laetos de hac re acceptos nuntios sacrificia fecisse. Tempus autem non minus bene convenit, nam sequenti statim anno Alexander Pheraeus incursiones in Cyclades fecit et odio Charetis Atheniensium ducis permoti socii paulo post ab Atheniensibus defecerunt. Vide tamen sequ. (*B.*)

τοὺς δ' ἡμετέρους αὐτῶν συμμάχους ἀποδεδωκότες] Istud ἀπολλύναι (in omnibus enim libris legitur ἀπολωλεκότες, pro quo ego ex conjectura ἀποδεδωκότες dedi, v. infra. *B.*) dupliciter intelligi potest, vel *perdere* vel *amittere*. Audiamus Wolfium. „Perdidimus," inquit, „ad egestatem redegimus tributis exigendis et male tractando: aut, Amisimus, quod magis placet, ut de Olynthiis et Thracensibus civitatibus intelligatur. Nam ceteri quidem socii nondum defecerant, aut certe non omnes, cum initio statim dixerit: ἔτι δὲ συμμάχους ἐχούσης. Sed tamen et Demosthenes, qui ex hac oratione in tertiam Olynthiacam nonnulla transtulisse videri posset, si ratio temporum pateretur, sic

scribit [l. supra cit. p. 36.]: *ἀπεστερήμεθα μὲν χώρας οἰκείας· πλείω δ' ἢ χίλια καὶ πεντακόσια τάλαντα ἀναλώκαμεν εἰς οὐδὲν δέον, οὓς δ' ἐν τῷ πολέμῳ συμμάχους ἐκτησάμεθα, εἰρήνης οὔσης ἀπολωλέκασιν οὗτοι.* Quem locum enarrator de sociali bello intelligit, haud scio quam recte." Oppositum *σώζειν ab interitu vindicare*, omnino postulat ut *ἀπολλῦναι* majus quid significet quam simpliciter *amittere*, nimirum aut *ad interitum adducere*, aut certe *sua ipsius culpa amittere, ad defectionem cogere*. Utrumque acciderat nimiis tributis exigendis ad sustentandas copias mercenarias. Prius diserte significat Isocrates de Pace p. 168. d. *εἰς τοῦτο δὲ μωρίας ἐληλύθαμεν, ὥστ' αὐτοὶ μὲν ἐνδεεῖς ἐσμὲν τῶν καθ' ἡμέραν, ξενοτροφεῖν δ' ἐπικεχειρήκαμεν. καὶ τοὺς συμμάχους τοὺς ἡμετέρους αὐτῶν λυμαινόμεθα καὶ δασμολογοῦμεν, ἵνα τοῖς ἁπάντων κοινοῖς ἐχθροῖς τὸν μισθὸν ἐκπορίζωμεν.* Atque hoc quoque Demosthenem sibi voluisse verba ejus manifeste docent. Cf. et Olynth. II. p. 19. Quo facto cum socii deficerent, eos et *perdiderant* et *amiserant*. Malim in vertendo uti priore vocabulo *perdidimus*. Quinam hic socii intelligantur difficile dictu est. Belli socialis tempore multos defecisse constat. Utrum Demosthenis indicio Oropii intelligi queant, ignoro. Eam civitatem quo minus ope Lacedaemoniorum recuperarent, in causa fuisse, aut certe esse potuisse auxilia Megalopolitanis praestita, ejus verba declarant p. 204. — Haec de rebus gestis, in quibus illustrandis maxime probabilia secuti, certi nihil affirmare audemus. (*Bergmann.*) Dedi *ἀποδεδωκότες* pro ceterorum *ἀπολωλεκότες*, quia talis verbi ejusdem repetitio in una eademque sententia ab elegantia Isocratei sermonis abhorret. v. ad cap. XVII. Putavi enim haec verba hic eodem modo esse permutata, quo 153. b. et Plat. 299. d. Sensum autem loci hunc esse censeo. Nos inopia coacti Artabazum rebellem (Thebanorum amicum, qui ei Pammene duce quinque millia militum auxilio miserant Diod. XVI, 34.) *μέλλοντα ὀλίγοις στρατιώταις πρὸς τοὺς σατράπας διαγωνίζεσθαι μυριάδας ἑπτὰ στρατιωτῶν ἔχοντας*, servavimus, sed nostros socios (Rhodum, Chium, Byzantium) hac ipsa de causa neglecimus et deinde metu Persae permoti cum pace dimisimus. v. Diod. XVI, 22. (*B.*)

ἐπὶ τοσαύταις] Malim *τοιαύταις* inquit Wolfius in Cast. et edidit. Sed omnes Med. Ald. Isingr. Cod. LB. Codd. Battiei, Bav. ap. Lang. *τοσαύταις*, quod jam Stephanus ediderat, postea servarunt Augerius, Langius, Corajus. Alter quidem nihil mutandum esse monet, cum *τοσοῦτος* non solum significet *tot*, sed etiam *tantus*. Omnino multitudo calamitatum suadere videtur, ut legatur *τοσαύταις*. (*Bergmann.*) Wolfium secutus est Battieus, qui cum dicat: *τοσαύταις* in aliis Codd., in suo *τοιαύταις* legisse videtur. Verum tamen vidit Langius. V. ad cap. VIII. (*B.*)

εὐαγγέλια μὲν δὶς ἤδη τεθύκαμεν] Pro *τεθείκαμεν* lego *τεθύκαμεν*. Est enim *θύειν εὐαγγέλια*, immolare propter nuncios rei bene gestae acceptos: sicut Romae olim supplicationes decernebantur ob eandem rem. Ita veteres, quamquam verae religionis ignari, tamen interesse numen rebus mortalium censuerunt; atque successus prosperos ut a diis petierunt, sic illis eosdem etiam acceptos retulerunt. *θύειν γάμους*, nuptias festas sacrificiis agere. Praepositio *διὰ* Budaeo auctore, subintelligitur. *τιθέναι εὐαγγέλια* non puto dici, sicut *θέσθαι ἱκετηρίαν*. Aristophanes *ἱππεῦσιν* (653—55.).

Ἄνδρες ἤδη μοι δοκεῖ
ἐπὶ συμφοραῖς ἀγαθαῖσιν εἰσηγγελμέναις,
εὐαγγέλια θύειν ἑκατὸν βοῦς τῇ θεῷ — (*Wolf.*)

εὐαγγέλια dicta fuisse ob res laetas nuntiatas indicta festa, quibus sacra facerent amicisque partes victimarum mitterent, notum est e Meursii Graecia Fer. L. III. h. v. *Εὐαγγέλια θύειν* itaque est ejusmodi sacra facere laeti nuncii causa, additurque *ἐπὶ* cum Dativo rei significans *propter*, *ob*, uti hoc nostro loco. Pollux V, 129.: *ἡ μέντοι ἐπὶ τὸ συνήδεσθαι θυσία, εὐαγγέλια, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῷ ἥδεσθαι*, a quo nostrum Isocratis locum respici ait Kühnius in nota: dubito an recte. Quod vero hic tam diserte significat Isocrates, *jam bis sacrificia boni nuntia facta esse*, de eo utrum aliunde constet, dicere nequeo. (*Bergmann.*) Athenienses non segnes fuisse in hac re animadvertit Bremius ad Aeschin. Ctesiph. p. 133. De Accusativo v. Bernhard. Synt. Gr. p. 112. Ald. vitiose *εὐαγγέλεια* habet, *τεθείκαμεν* autem, quod Wolfius correxit, exhibent Med. Ald. Hagan. N. X. ceteri tamen *τεθύκαμεν* habent. (*B.*)

ῥαθυμότερον δὲ περὶ αὐτῶν ἐκκλησιάζομεν] Codd. N. X. Med. Ald. Hag. Isingr. ῥαθυμώτερον. De levitate Atheniensium in concionibus habendis v. Isocr. de Pace 169. et seqq. (*B.*)

τῶν πάντα τὰ δέοντα πραττόντων] τὸ τὰ δέοντα ποιεῖν est fungi officio, sed τὸ τὰ δέοντα πράττειν hoc loco, ut ea quae antecedunt indicant, idem valet quod εὖ πράττειν καὶ κατορθοῦν, etsi videtur industria quaesisse locutionem ambiguam, qua civibus et officii neglectum et calamitatem temeritatis comitem objiceret. (*Wolf.*) Est haec rarior significatio dictionis τὰ δέοντα πράττειν, quae alias frequentissime denotat *officio fungi;* quam h. l. postulat oppositionis ratio. Eadem obtinere videtur in loco Nicocl. p. 32. φαίνοντο γὰρ — οἵ τε μισοῦντες τὰς τυραννίδας, ὁπόταν πολλοὺς ἄρχοντας ἐκπέμψωσιν, οὐδὲν τῶν δεόντων πράττοντες. *Apparet enim - eos, qui odio tyrannidis multos imperatores* (in proelium) *emittunt, nullam rem feliciter peragere.* Quae sententia, si id nunc ageretur, magna exemplorum copia ex historia illustrari posset. (*Bergmann.*) Locum Nicoclis Bergmannus non recte intellexit, οἱ μισοῦντες enim in universum de iis dictum est, qui odio tyrannidis flagrantes δημοκρατοῦνται. τὰ δέοντα πράττειν autem et simil. saepe significat: utile quid agere. v. (Nicocl.) 30. b. Archid. 137. b. de Pace 165. 182. d. Soph. 292. c. Antid. §. 123. 264. Ep. I, 405. III, 412. c. VII, 423. c. IX, §. 19. (*B.*)

§. 11. Καὶ ταῦτ' εἰκότως κ. τ. λ.] Εἰκότως ea fieri dicuntur, quae *cum ratione,* non *temere* aguntur. Sic in Paneg. XLI. πάντα εἰκότως ἀποβέβηκεν opponitur τῷ οὐδὲν ἀλόγως γέγονεν. Nec tamen hoc sibi vult Isocrates ut Athenienses cum ratione tam prave res suas administrare dicat: sed vertendum est *merito,* ut sensus sit: Nil mirum est, nos tam male rem gerere et tanta mala pati. Ποιοῦμεν spectat modo dicta ἐπὶ τοσαύταις — πραττόντων· πάσχομεν autem, quae antea commemoraverat inde ab: οἵτινες ἁπάσας μὲν — συμμάχους ἀπολωλεκότες. (*Bergmann.*) εἰκότως significat, habet certam rationem causamque, cur nos ita geramus nobisque haec accidant, ipseque addit in sequentibus causam, cur hominibus res suas ita gerentibus, talia accidere debeant. ποιεῖν et πάσχειν autem non de certis

rebus sed in universum explicandum: haec, quae nunc dixi, agimus, et patimur ita, ut causa pateat, cur res ita geramus. (*B.*)

οὐδὲν γὰρ οἷόν τε — βεβουλευμένοις] Ad οὐδὲν suppleri potest μέρος τῆς διοικήσεως e sequentibus τῆς ὅλης διοικήσεως, ut sensus sit: *Nulla enim pars rerum publicarum bene administrari potest ab iis, qui de universa reipublicae administratione prava ineunt consilia.* Eadem sententia aliis verbis inversa exstat cap. X: ἀνάγκη γὰρ τοῖς περὶ ὅλων τῶν πραγμάτων καλῶς τὰς ὑποθέσεις πεποιημένοις καὶ κατὰ τὰ μέρη τὸν αὐτὸν τρόπον ἔχειν ἐκείνοις. (*Bergmann.*) Ad οὐδὲν nihil supplendum. (*B.*)

κατὰ τρόπον] Scilicet τὸν προςήκοντα, rite, ita ut decet. οὐκ ἀπὸ τρόπου non ab re, non male, non indecore. (*Wolf.*) Etiam in nostra lingua Art (inde Artigkeit) ita de decore dicitur. Loc. sim. v. infra 156. b. Nicocl. 16. Phil. 91. c. Panath. 234. 243. b. Antid. §. 138. Ep. II. 408. (*B.*)

περὶ ὅλης τῆς διοικήσεως] Id est αὐτῆς τῆς πολιτείας. Alias οἱ ἐπὶ τῆς διοικήσεως sunt quaestores, qui praesunt vectigalibus reipublicae, ut Lycurgus orator. (*Wolf.*) Vulgo legebatur: περὶ τῆς διοικήσεως ὅλης. Wolfius in Cast. mavult περὶ τῆς ὅλης διοικήσεως, aut repetito ante ὅλης articulo τῆς. ὅλης τῆς διοικήσεως recepit Bekkerus ex Urb., quod unice verum est. Postpositum est quidem ad Nicocl. 21. (ubi ed. Med. ὅλης post ἦθος ponit.) Evag. 192. e. Busir. 228. et Antid. §. 81. sed ibi ὅλος cum verbo conjungendum est, ceteris in locis recte praefingitur. Vid. ad Nicocl. 16. d. Paneg. 51. 62. c. 67. e. 78. d. 79. Phil. 106. Areop. 145. b. de Pace 169. d. Hel. 214. b. 217. d. Busir. 221. Plat. 307 e. Antid. 319. d. §. 85. 145. 321. p. 345. c. Callim. 381. d. Loch. 397. b. e. Corriges igitur Evag. 198. b. ubi nunc a Bekkero ὅλης post τῆς πόλεως additum est, v. supra ad cap. II. p. 109. Ibid. 198. c. ὅλον dele in verbis: ὃς οὐ μόνον τὴν αὑτοῦ πόλιν πλείονος ἀξίαν ἐποίησεν, ἀλλὰ καὶ τὸν τόπον ὅλον τὸν περιέχοντα τὴν νῆσον ἐπὶ πραότητα καὶ μετριότητα προήγαγεν. ubi ὅλον a Bekk. ex Urb. additum est. Sed sensus non est, Evagoram non solum urbem suam, sed etiam regionem vicinam prorsus humanam reddidisse. Ibid. 203. in verbis: ὥστ' εἴ τις ἔροιτό με τί νομίζω μέγι-

στον εἶναι τῶν Εὐαγόρα πεπραγμένων, πότερον τὰς ἐπιμελείας καὶ τὰς παρασκευὰς τὰς πρὸς Λακεδαιμονίους, — ἢ τὸν τελευταῖον πόλεμον ἢ τὴν κατάληψιν τῆς βασιλείας ἢ τὴν ὅλην τῶν πραγμάτων διοίκησιν, scribe ὅλων. Orator enim civitatis administrationem intelligit. Simile vitium sustulit Matth. Ep. IX. §. 5. in verbis τὴν ἀνδρίαν ὅλην τῆς πόλεως, ὅλην mutans in ὅλης, quod Cort et Bekk. receperunt. Cod. Matth. ὅλης omittit. Plat. 306. c. Ἔπειτ' οὐδ' εἰκὸς ἕνα μὲν ἕκαστον ἐλεεῖσθαι τῶν παρὰ τὸ δίκαιον δυστυχούντων, ὅλην δὲ πόλιν οὕτως ἀνόμως διεφθαρμένην μηδὲ κατὰ μικρὸν οἴκτου δυνηθῆναι τυχεῖν, scribe ὅλην δὲ τὴν πόλιν, uti Paneg. 80. Bekk. recte ex Urb. ὅλης τῆς Ἀσίας scripsit pro vulgato ὅλης Ἀσίας, et Antid. §. 80. in verbis ἄλλως τε καὶ νῦν ὅτ' οὐ μόνον μικροῖς μέρεσιν, ἀλλ' ὅλοις εἴδεσι προειλόμην χρῆσθαι πρὸς ὑμᾶς Orellius recte ex Laur. ὅλοις τοῖς εἴδεσι scripsit. Trapez. 359. nunc recte περὶ τῆς ἄλλης Ἑλλάδος legitur pro vulgato ὅλης. Antid. §. 320. ὅλης a Bekk. ex Urb. deletum vides. Verum etiam praebuit Urbin. ad Nicocl. 16. et 25. Isocratem autem ea quae Ep. II. 407. b. leguntur: μᾶλλον σοι μέλειν τῶν περὶ τὴν ἀνδρίαν ἐπαίνων ἢ τῶν ὅλων πραγμάτων, non scripsisse non negabit, qui ejus scribendi genus accurate cognoverit. Corrigerem, nisi de auctore epistolae dubitarem. (*B.*)

ἀλλὰ κἂν] Dedi ex conjectura pro ceterorum ἀλλ' ἐὰν καὶ. Isocrates enim nec ἐὰν nec ἂν dixisse videtur, sed tantummodo ἤν. Codices enim his tantum in locis constanter ἐὰν exhibent: ad Nicocl. 20. Nicocl. 38. Paneg. 74. e. Phil. 97. Archid. 131. c. Panath. 271. 282. c. Plat. 304. d. Antid. 315. e. quibus haec accedant ex orationibus, de quarum auctore dubitari potest, ad Dem. 5. d. 6. d. bis. 8. c. 11. c. Trapez. 362. b. e. 363. a. e. 364. a. c. 366. b. Callim. 371. d. 378. e. Aegin. 385. b. 393. e. Ep. III, 411. IV, 415. e. bis. VI, 420. ἤν contra libri constanter exhibent: Paneg. 42. b. 43. c. 54. b. 62. 67. d. Phil. 88. a. c. d. 90. 93. d. 97. 98. b. 99. a. b. 102. e. 103. b. 106. d. 107. b. 111. a. b. 112. c. 113. c. de Pace 162. c. bis. d. 163. a. e. 165. 172. 174. 182. c. d. 183. b. 185. e. 186. a. b. bis. d. Helen. 208. 212. b. 217. b. 219. d. Busir. 230. d. 231. Panath. 233. c. e. bis. 238. b. 239. e. 240. b. c. bis. 241. 246. b. bis. 250. b. 253. c. 255. c. e. bis. 256. 260. d. 264. d. 275. d. 277. b. c. 285. a. b. e. So-

philst. 291. c. 292. d. 293. d. 294. c. Plat. 302. e. 303. e. 304. d. e. 305. b. c. d. Antid. 312. 313. c. bis. e. 320. §. 84. 91. 101. 111. 112. 124. 138. 141. 142. 145. 150. 169. 191. 230. 325. 327. de Big. 351. b. 393. e. Ep. I. 405. 406. II. 410. a. VII. 421. bis. 423. — Variant autem libri (ad Demon. 6. c. bis. 7. b. c. 9. ubi Bekk. ex Urb. ἐὰν, vulgo ἂν exhibent.) ad Nicocl. 16. d. 18. e. 20. a. d. 21. b. 22. c. Urb. ἄν, vulgo cum Bekkero ἐὰν, 18. vulgo ἐὰν, Laur. ἦν, 21. Urb. et Bekk. ἦν, vulgo ἐάν. 22. b. Bekk. ex Urb. et Vat. ἐὰν, vulgo ἦν, Nicocl. 29. c. Urb. ἄν, cett. ἐάν. Nicocl. 29. d. 38. e. 39. Bekk. ex Urb. ἦν, vulgo ἐὰν, 39. e. Urb. ἄν, ceteri ἐάν, Paneg. 47. Bekk. ex Urb. ἦν, v. ἐάν. Phil. 88. d. Ald. ἄν, cett. ἐάν, Archid. 120. e. Bekk. ex Urb. ἐὰν, vulg. ἄν, ibid. 123. d. Urb. ἄν, cett. ἐάν, ibid. 134. 137. 138. Bekk. ex Urb. ἦν, vulg. ἐάν, de Pace 186. d. in Antid. ἐάν, cett. ἦν. Evag. 195. c. Bekk. ex Urb. ἦν, vulg. ἐάν. 207. Urb. Vat. ἄν, cett. ἐάν. Panath. 250. b. bis. Bekk. ex Urb. ἦν, vulg. ἐάν. Antid. 312. d. Bekk. et Or. ἐὰν, cett. c. Ald. Laur. ἦν. 315. b. Cor. et Ald ἐὰν, Bekk. et Or. ἦν. §. 231. 232. 235. Laur. ἐάν, cett. ἦν, et 276. Bekk. ex Urb. et Vat. ἦν, Orell. ex Ambr. et Laur. ἂν scripsit. (Trapez. 359. b. Bekk. ex Urb. ἐὰν, vulg. ἄν. Lochit. 399. Urb. ἄν, cett. ἐάν. Ep. V. 417. c. Bekk. ex Urb. ἐὰν, v. ἄν, VI, 419. d. Urb. ἄν, cett. ἐὰν exhibent et VII. 423. b. Bekk. ex Urb. ἐὰν pro cett. ἄν.) Quibus ex locis hoc certe patebit, ἐὰν ab Isocrate omnino non scriptum esse videri. Quaeri tamen potest, num ἄν, quod Urb, saepius praebet, scripserit. Nam in paucis tantum locis (ad Dem. 7. 8. e. Nicocl. 37. e. Paneg. 75. c. Archid. 133. de Pace 191.) ab omnibus exhibetur libris, in aliis cum ἦν permutatur. Sic Areop. 146. c. in Urb. et Bekk. Anecd. I, 125. ἦν exhibetur, pro vulgato ἄν. Ad Nicocl. 17. e. Urb. Vat. Ambr. Orell. ἄν, Laur. ἐὰν pro cett. ἦν habent. Phil. 83. d. Urb. quidem ἄν, cett. tamen ἦν exhibent. 110. a. c. bis. Bekk. ex Urb. ἦν recepit pro cett. ἄν. Archid. 122. Urb. quidem ἂν exhibet, quod Dindorf. recepit, cett. tamen cum Bekk. ἦν, ibid. 130. c. Bekk. ex Urb. ἦν, cett. ἄν. De Pace 162. c. Dionys. ἄν, cett. ἦν. 169. c. Ald. Laur. aliique in Antid. ἄν, cett. ἦν. Evag. 198. d. Busir. 229. b. d. Panath. 261. Plat. 299. c. Bekk. ex Urb. ἦν pro vulgato ἂν recepit. Antid. §. 330. Laur. ἄν, cett. ἦν, (Aegin. 398. e. Urb. ἄν, cett. ἦν; Ep. II. 411.

Bekk. ex Urb. ἦν, v. ἂν et Ep. VIII, 426. d. Vat. ἂν, cett. ἦν habent. Alio modo libri variant Nicocl. 30. c. 39. e. Phil. 88. 112. b. Archid. 132. 133. de Pace 187. e. Bus. 221. Panath. 239. d. Callim. 379. b. ubi tamen meliores libri (Urb.) semper ἦν exhibent. Scripsi igitur hic ἀλλὰ κἂν, quod Cor. Nicocl. 37. c. e suo et all. Codd. pro aliorum ἀλλ' ἐὰν καὶ recepit et quod Archid. 130. c. vulgo exhibent pro ἀλλ' ἐὰν, quod Bekk. ex Urb. recepit. Cf. Ep. II. 406. Uti autem Isocrates ἦν et fortasse ἂν, non tamen ἐὰν scripsisse videtur, sic ceteri oratores ἦν aperte non dixerunt. Exhibetur enim ab omnibus codicibus *uno* tantum in loco in Demosth. pro Coron. 287, 7. Nam in Pseudo-Demosth. Phil. IV. 131, 1. Codd. Aug. I. F. Σ. Υ. ἢ pro ἦν exhibent quod mihi haud spernendum esse videtur. Ind. Ald. habet εἰ. In Phil. I. 42, 7. autem Harrison. εἰ pro ἦν habet, ego tamen ἂν scribendum esse duco, quod cum initio sententiae sit scriptum, nunc repetitur. In Aeschin. de m. g. leg. 37, 73. Codd. e. k. l. apud. Bekk. et Harlej. καὶ ἦν pro cett. κἂν exhibent. (*B.*)

τινὰς τῶν πράξεων] τῶν πράξεων recepit Bekkerus ex Urb. pro vulg. πράξεις. Recte. Amat enim Isocrates in talibus Genitivum; Paneg. 75. b. Phil. 83. Evag. 203, ad Nicocl. 24. ubi nonnulli τινὸς omittunt, coll. Panath. 257. d. et vides eum nunc in pluribus locis ex melioribus Codd. receptum. v. Nicocl. 29. Paneg. 45. c. 57. d. Archid. 126. e. 130. b. de Pace 182. c. Panath. 238. d. 275. 279. Ep. II. 410. c. (*B.*)

διὰ τύχην] Id est: κατὰ τύχην, ἀπὸ τύχης, τυχόντως, fortuito, casu. (*Wolf.*) V. squ. (*B.*)

δι' ἀνδρὸς ἀρετὴν] Diodorus lib. XV. c. 79. εὐθέως καὶ τὰ τῶν Θηβαίων πράγματα τῇ Ἐπαμινώνδου τελευτῇ συναπέθανον. (*Wolf.*)

ἢ διὰ τύχην ἢ δι' ἀνδρὸς ἀρετὴν] *sive fortuna sive humana virtute. Fortunam* veteres intelligebant divinam voluntatem, ad eamque non ea, quae ratione ac consilio provisa administrataque essent, referebant, sed potius quorum causae ignorarentur, quaeque quasi divinitus cecidisse viderentur: itaque *rationem*, sive humanam prudentiam *fortunae* opponunt. Vid. Muretus in elegantissima de *Fortuna* disputatione ad Ciceronis Catil. I, 6. Opp. T. II, p. 552. et seqq. Ex hac animadversione illustrandus etiam est hic noster locus, ubi τύχη opponitur ἀνδρὸς ἀρετῇ, i. e. humanae virtuti, consilio, prudentiae,

fortitudini. Cujusmodi oppositio frequens est apud oratores. Sic Cicero pro Lege Manilia 16: *Ego enim sic existimo, Maximo, Marcello, Mario et caeteris magnis imperatoribus non solum propter virtutem, sed etiam propter fortunam, saepius imperia mandata atque exercitus esse commissos.* Similiter Aelianus V. H. XIII, 23. Alexandri εἰς ὅπλα ἀρετὴν distinguit ab ejus τύχῃ. Itaque verba ἀνδρὸς ἀρετὴ h. l. idem fere valent ac ἀνθρωπίνη ἀρετὴ, quamquam Isocrates rectius usus est voce ἀνὴρ quam ἄνθρωπος. Illius enim propria virtus est, et hactenus huic opponitur. Eranius Philo Ammonio subjectus p. 156. Ἀνὴρ ἀνθρώπου διαφέρει. Ἀνὴρ μὲν γάρ ἐστι κυρίως ὁ ἐπ' ἀρετῇ διαπρέπων. Ἄνθρωπος δὲ ὁ ἐπὶ μηδενὶ διαπρέπων. Ubi vid. Valckenaerius. Sic item Grammaticus Bekkeri V. l. p. 394: Ἄνδρα· τὸν ἀνδρεῖον καὶ τὸν κατὰ κοινωνίαν τῆς γυναικός. Eo sensu ἀνὴρ legitur in versibus Homericis:

Ὦ φίλοι, Ἀνέρες ἐστὲ, καὶ ἄλκιμον ἦτορ ἕλεσθε;
Ἀνέρες ἐστὲ φίλοι, μνήσασθε δὲ θούριδος ἀλκῆς.

Il. E, 529. Θ, 174. et saepius recurrentibus. Huc pertinet quod refert Aelianus Var. Hist. IV, 27. Diogenem, accepto parvulo nummo a Diotimo Carystio, ei versu Homerico gratias egisse, Od. Z, 180:

Σοὶ δὲ θεοὶ τόσα δοῖεν, ὅσα φρεσὶ σῇσι μενοινᾷς,
Ἄνδρα τε καὶ οἶκον.

Ἄνδρα enim eum de viro forti accepisse patet ex iis quae addit Aelianus: ἐδόκει δέ πως ὁ Διότιμος μαλθακώτερος εἶναι. Quamquam Homerus simpliciter pro *marito* posuit. Sic et Xenoph. Cyrop. II, 2, 21. ὅστισπερ ἀνὴρ οἴοιτο εἶναι, *quicunque sese virum putaret.* Lycurgus adv. Leocr. 177. R. c. XIII. opposuit sexui imbelli et puerulis. De Autolyco, quem Athenienses condemnaverant, quod, quamvis ipse belli pericula subiisset, tamen uxorem liberosque in tuto deposuisset, postquam dixerat, in Leocratem sic invehitur: καίτοι εἰ τὸν τοὺς ἀχρήστους εἰς τὸν πόλεμον ὑπεκθέσθαι αἰτίαν ἔχοντα ἐτιμωρήσασθε, τί δεῖ πάσχειν, ὅστις ἀνὴρ ὢν οὐκ ἀπέδωκε τὰ τροφεῖα τῇ πατρίδι. Alio usu ἀνὴρ ponitur pro τὶς, uti et nonnunquam Latinorum *vir:* quod tamen poëtis quam oratoribus convenientius judicat Hoogeveenius ad Vigerum de Idiot. III, 3, 1. p. 76. Exemplis ab eo allatis addatur Homerus Il. κ, 293.

ἣν οὔπω ὑπὸ ζυγὸν ἤγαγεν ἀνήρ.

et cf. ibid. vs. 330. Sic et Sophocles in Ajace, 1162. et 1172. laudatus Wyttenbachio ad Platonis Phaedonem p. 257. Nec tamen desunt exempla, etsi rariora, apud solutae orationis scriptores. Nolim huc referre locum Platonis Dial. laudati p. 92. ed. Wyttenb. τὸ μὲν οὖν ταῦτα διϊσχυρίσασθαι οὕτως ἔχειν, ὡς ἐγὼ διελήλυθα, οὐ πρέπει νοῦν ἔχοντι ἀνδρί. Sed sine dubio huc pertinent loca Thucydidis VIII, 60: ξυνέπραξαν δὲ Ἐρετριέων τε ἄνδρες καὶ αὐτῶν Ὠροπίων, i. e. *Eretriensium et Oropiorum nonnulli.* Item c. 71: καὶ οἱ Ἀθηναῖοι — ἄνδρας κατέβαλον αὐτῶν — καὶ ὅπλων τινῶν καὶ νεκρῶν ἐκράτησαν. Herodoti IV, 26: ἐπεὰν ἀνδρὶ ἀποθάνοι πατήρ. VIII, 75: ἐξελθὼν δὲ πέμπει ἐς τὸ στρατόπεδον τὸ Μήδων ἄνδρα πλοίῳ, ἐντειλάμενος τὰ λέγειν χρεών. Cf. Gronovii annotatio ed. Wess. p. 84. b. init. Addatur Andocides Or. I. de Myst. p. 12, St. §. 89. μηδὲ ἐπ' ἀνδρὶ νόμον ἐξεῖναι θεῖναι, ἐὰν μὴ τὸν αὐτὸν ἐπὶ πᾶσιν Ἀθηναίοις. *Et de nemine licere legem ferre, nisi eadem de omnibus Atheniensibus feratur.* Alia significatione ἀνὴρ identidem repetitum vertendum est *alius - alius*, ut apud Xenoph. Oecon. p. 867. b. (*Bergmann.*) Ἀνὴρ interdum idem fere significare quod τὶς, ex multis patet locis. Cf. ex Isocr. Paneg. 76. b. (πολλοὶ καταγελάσειαν, εἰ δυστυχίας ἀνδρῶν (singulorum) ὀδυροίμην ἐν τοῖς τοιούτοις καιροῖς, ἐν οἷς Ἰταλία etc.) coll. de Pace 177. 183. c. ubi singulis civitas est opposita. Potest etiam conferri Ep. IX. §. 13. Ὑπὲρ ὧν οὔτε πόλις οὐδεμία — ἠγανάκτησεν, οὔτ' ἀνὴρ τῶν πρωτευόντων οὐδεὶς βαρέως ἤνεγκε, et Panath. 271. κατ' ἄνδρα συμπαρατάττεσθαι. — διὰ τύχην autem nihil aliud est, nisi *casu*, et δι' ἀνδρὸς ἀρετήν, *virtute* viri alicujus, eodem sensu, quo Evag. 190. c. scriptum est: οἶδα μὲν οὖν ὅτι χαλεπόν ἐστιν ὃ μέλλω ποιεῖν, ἀνδρὸς ἀρετὴν διὰ λόγων ἐγκωμιάζειν, ubi Isocrates non humanam sed viri cujusdam virtutem laudaturus est. Coll. Panath. 261. b. In Antid. autem §. 267. in verbis: εἰδότων διὰ μὲν εὐεξίαν σώματος οὐδὲν πώποτε τὴν πόλιν τῶν ἐλλογίμων ἔργων διαπραξαμένην, διὰ δὲ φρόνησιν [ἑνὸς] ἀνδρὸς εὐδαιμονεστάτην γενομένην, ἑνὸς quod Urb. et Vat pr. omittunt, ego non desidero, quamquam initio Paneg. ἑνὸς δ' ἀνδρὸς εὖ φρονήσαντος legitur, miror que quod Dindorfius uncos removit. (*B.*)

μικρὸν διαλιπόντες] Scilicet *χρόνον*. Ubi parvum intermiserint tempus, id est, parvo tempore interjecto, *μετ' ὀλίγον* paulo post. (*Wolf.*) V. locos similes Phil. 84. *μὴ χρόνον ὀλίγον ἡ πόλις ἡμῶν διαλιποῦσα πάλιν ἑτέρων πολέμων ἐπιθυμήσειε*. De Pace 164. c. *ὀλίγον χρόνον διαλιπόντες πάλιν εἰς τὰς αὐτὰς καταστησόμεθα ταραχάς*, et ibid. 170. *οὐ πολὺν δὲ χρόνον διαλιπόντες* (vulgo non recte *διαλείποντες*) *τοῖς ἐνθάδε ψηφισθεῖσιν, ἐπειδὰν ἀπίωμεν, πάλιν ἐπιτιμῶμεν*. Vid. ad. cap. XXXVIII. (*B.*)

ἐκ τῶν περὶ ἡμᾶς γεγενημένων] Perfectum dedi cum Bekkero ex Urb. pro vulgato: *γενομένων*, quia quae Atheniensibus hac in re acciderant in causa erant, cur *nunc* tam male haberent. (*B.*)

CAP. V.

§. 12. *Ὑπὸ τὴν πόλιν ἡμῶν ὑποπεσούσης*] Geminata praepositio est, quod saepe fit. Alioqui dicendum fuisset, *τῇ πόλει ὑποπεσούσης*. Cicero dicit, in unius cadere potestatem. (*Wolf.*) Vide quae infra p. 159. dicentur. (*B.*)

καὶ μετὰ — καὶ μετὰ] Pro *μετά τε — καί*. Utrumque *μετὰ* referendum est ad *ὑποπεσούσης*. Malim *μετά τε τὴν* etc. (*Wolf.*) Causam non video. Cf. Panath. 287. e. 289. b. Antid. 315. c. Trapez. 370. (*B.*)

τὴν Κόνωνος ναυμαχίαν] De Conone alibi saepe agitur, cujus filius Thimotheus, discipulus Isocratis, imperator ita fortunatus fuit, ut ab invidis cum rete pingeretur, in quod rete, ipso dormiente, Fortuna urbes et insulas conjiceret. Unde proverbium ortum videri potest, *dormientis rete trahere*. (*Wolf.*) Intelligitur pugna navalis, qua Conon Lacedaemonios ad Cnidum vicit, eosque maris imperium, quod inde a captis Athenis tenuerant per decem annos, Atheniensibus reddere coëgit: quod illi legatis missis fecerunt, uti infra Isocrates narrat, cap. XXVII. Ceterum res nota est praeter Isocratis locos ad Philipp. p. 94. d. Evag. 199. c. 200. d. et 202. d. e Xenophonte Hellen. IV. c. 8. Diodoro Siculo XIV. 83 et 84. Nepote in Con. 4. aliisque laudatis a Moro ad Paneg. c. XXXIX. p. 85. XLI. p. 93. et Meursio Miscell. Lacon. III, 10. ubi de tempore, per quod Lacedaemonii principatum Graeciae tenuerint, disputat. Addatur Andocides III, 26, 23. et qui conjunctum cum Timotheo filio Cononem patrem laudavit, Di-

narchus contra Demosth. 91, 14. et sqq. et contra Philoclem p. 110, 17. Id haud alienum videtur notare, quod Isocrates ipse ad Phil. l. c. de Conone dicit: ἤλπισε Λακεδαιμονίους καταπολεμήσειν ἄρχοντας τῶν ἄλλων Ἑλλήνων καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν, similiter a Diodoro c. 39. referri Cononis hoc in copiis comparandis fuisse consilium ut Graeciam liberaret. In eo autem a Xenophonte et Nepote discedit Diodorus, quod Periarchum, non Pisandrum, Lacedaemoniorum ducem nominat. (*Bergmann.*) Adde locis a Bergmanno allatis Panath. 254. c. ubi Lacedaemonii dicuntur: καταναυμαχηθέντες ὑπό τε τῆς βασιλέως δυνάμεως καὶ τῆς Κόνωνος στρατηγίας. (*B.*)

τὴν Τιμοθέου στρατηγίαν] Στρατηγίαν dicit universe, quoniam Timothei virtus et mari et terra conspicua fuit. De hoc quoque res satis cognita est e Nepote, qui victoriis ejus memoratis cap. 2. subjicit: *Quo facto Lacedaemonii de diutina contentione destiterunt, et sua sponte Atheniensibus imperii maritimi principatum concesserunt; pacemque his legibus fecerunt, ut Athenienses mari duces essent.* Fuit is discipulus Isocratis, eique valde dilectus, quippe cujus etiam ad eum exstat epistola. Sed nusquam magis ejus laudes celebravit, quam in parte recens ab Orellio edita orationis περὶ ἀντιδόσεως p. 68 — 78, ubi fere ejus encomium scripsit. Primum de ejus expeditionibus victoriisque refert p. 68 — 70. Reliqua in ejus indole, clementia et benevolentia, qua sibi suisque Graecas civitates conciliaverat, celebrandis consumuntur. Locus longior est, quam ut hic adscribatur: sed animadversione dignum est, Cornelium Nepotem in Timotheo c. 1. et 2. Isocratem in nonnullis imitatum videri, ut quidem censet Orellius in Praef. p. XII. (*Bergmann.*)

διεσκαριφησάμεθα] Διασκαριφέω videtur fieri παρὰ τὸ κάρφος, et proprium esse gallinarum. (*Wolf.*) Harpocration ait: ἀντὶ τοῦ διελύσαμεν. σκαρίφιον γάρ ἐστι τὸ κάρφος καὶ φρύγανον. Ἔστι δὲ τὰ τοιαῦτα εὐδιάλυτα καὶ εὐφύσητα, Ἰσοκράτης Ἀρεοπαγιτικῷ διεσκαριφησάμεθα· ἢ σκαριφήσασθαί ἐστι τὸ ἐπισεσυρμένως τι ποιεῖν καὶ μὴ κατὰ τὴν προσήκουσαν ἀκρίβειαν. Legit autem Henr. Steph. in Diatrib. VII. p. 28. pro διεσκαριφ. etc. περὶ ἐγγύης δὲ διεσκαριφησάμεθα. σκαριφήσασθαι γάρ ἐστι etc. miraturque unde voces illae περὶ ἐγγύης. De vocabulo autem διελύσαμεν ait: *Quomodo illud voca-*

bulum διεσκαρ. *exponatur voce* διελύσαμεν, *quae ab ipso Isocrate cum altera illa veluti copulatur? Ac mihi certe fit verisimile illum non verbo* διελύσαμεν, *sed aliquo alio usum esse; aliud autem aptius in mentem mihi non venit, quam* διεῤῥίψαμεν. Exponit autem διεσκ. Wolfius per *dissipavimus*. (*Batt.*) Διεσκαριφησάμεθα, διεσκορπίσαμεν, διεσκεδάσαμεν. Τὸ θέμα διασκαριφάομαι, ὅπερ ἄλλως ἄλλων ἐξηγησαμένων, οὐ περιττὸν παραθέσθαι τὰς δόξας αὐτῶν, ἄλλως τε καὶ τῶν σπανιωτάτων οὔσης τῆς λέξεως, ἴσως δέ τι καὶ χρησίμου εἰς τὴν ἣ τανῦν χρώμεθα γλῶσσαν ἐσομένης τῆς παραθέσεως. Τῷ Ἁρποκρατίωνι ταὐτὰ σχεδὸν καὶ Σουΐδας (λέξ. διεσκαριφησάμεθα καὶ σκάριφον) λέγει καὶ ὁ Ἐτυμολόγος (σελ. 273.). Ἡσύχιος δὲ „διασκαριφῆσαι (φησὶν) ἐπὶ ὀρνέων τῶν τοῖς ὄνυξι σκαλευόντων τὴν γῆν κυρίως λέγεται.“ Ἐν ἄλλοις δὲ ἐξηγεῖται τὸ ἁπλοῦν, „σκαριφᾶσθαι, ξύειν, σκάπτειν, γράφειν· ὅθεν καὶ ὁ σκάριφος, ξέσις, γραφὴ, μίμησις ἀκριβὴς (ἴσ. οὐκ ἀκριβὴς) τύπου.“ Εὕρηται δὲ παρὰ τῷ αὐτῷ καὶ συγκεκομμένως, „σκαρφᾶσθαι, σκεδάννυσθαι·“ ὅθεν καὶ ἡμεῖς τὸ τοῦ Ἰσοκράτους διεσκαριφησάμεθα διὰ τοῦ διεσκεδάσαμεν ἐξηγησάμεθα. Εἰσὶ καὶ παρὰ τῷ Ἀριστοφάνει (Βατρ. 1497.) „σκαριφισμοὶ λήρων“ οὓς ὁ σχολιαστὴς ἐξηγεῖται, „οἷον σκαρισμοὺς, καὶ λεπτολογίας, σκιαγραφίας. σκαριφεύειν γὰρ τὸ τοὺς ζωγράφους ὑποτυπῶσαι πρῶτον τοὺς γραφομένους· καὶ σκαριφήσασθαι ἐπὶ τοῦ ἐπισεσυρμένως τι ποιεῖν, καὶ μὴ κατὰ τὴν προσήκουσαν ἀκρίβειαν, σκιαγραφεῖν ... ἴσως δὲ ἐντεῦθεν καὶ τὸ ἐν τῇ συνηθείᾳ σκάριφος, ἤγουν τὸ κάρφος καὶ φρύγανον· μᾶλλον δὲ ἡ γραφίς.“ Καὶ ταῦτα μὲν οἱ Γραμματικοὶ, οὐ πάνυ τι ἀκριβῆ, οὐδ᾽ ἀλλήλοις ὁμολογούμενα· παρὰ μὲν γὰρ τῷ Ἁρποκρατίωνι ἀντὶ τοῦ διελύσαμεν ἴσως γραπτέον, διεχύσαμεν, ὅπερ καὶ αὐτὸ σημαίνει τὸ διεσκεδάσαμεν· οὐδὲ γὰρ εἰκὸς ἐξηγήσασθαι τὴν λέξιν δι᾽ ὧν ἀμέσως αὐτὸς Ἰσοκράτης ἐπάγει, λέγων, „καὶ διελύσαμεν αὐτὰς“ χωρὶς εἰ μή τις τὰς τρεῖς ταύτας λέξεις μᾶλλον περιγράφειν προαιροῖτο ἐξ Ἰσοκράτους, ὡς οὐδὲν οὔσας ἕτερον ἢ ἐπεξήγησιν τοῦ διεσκαριφησάμεθα. Ὅτι δὲ τὸ σκαριφάω ἢ σκαρφάω τὸ ξέειν καὶ σκάπτειν ἐδήλου, μαρτυρεῖ καὶ τὸ τῆς Λατινίδος φωνῆς *scarifico* ἢ *scarifo*, ὅθεν τὸ τῶν Ἰταλῶν *scarificare*, καὶ τὸ τῶν Γάλλων *scarifier*, ὅπερ ἐστὶ κατακνίζειν, σχίζειν, ἢ χαράσ-

σειν. Οὐ μικρὰν δ' ἔχει τὴν ἀπορίαν καὶ τὸ σημαίνειν ἐναντία τὴν λέξιν, τουτέστι, τὸ ποιεῖν τι μὴ κατὰ τὴν προσήκουσαν ἀκρίβειαν καὶ τὸ μιμεῖσθαι ἀκριβῶς, εἴγε ὁ σκάριφος, ἀκριβῆ μίμησιν τύπου δηλοῖ καθ' Ἡσύχιον, καὶ οἱ σκαριφισμοὶ λεπτολογίαι εἰσὶ κατὰ τὸν Ἀριστοφάνους σχολιαστήν. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐάσθω τοῖς σοφοῖς περὶ τὰ τοιαῦτα γραμματικοῖς· ἀρκεῖ δὴ ἡμῖν ἐπὶ τοῦ παρόντος σημειώσασθαι, τὴν τοῦ σ̄ εἴτε προςθήκην ἐν τῷ σκάριφος, εἴτ' ἀφαίρεσιν ἐν τῷ κάριφος ἢ κάρφος, ἥπερ ἔν τε πλείστοις ἄλλοις σεσημείωται (Ἡλιοδώρ. σεμ. σελ. 184. καὶ 344.) καὶ ἐν αὐτῷ δὴ τῷ σκεδάννυσθαι, ὅπερ ἦν συνώνυμον τοῦ σκαρφᾶσθαι κατὰ τὸν Ἡσύχιον. Ἡ γοῦν συνήθεια ἄνευ μὲν τοῦ σ̄ ἔσωσε τὸ καρφίον, τουτέστι τὸν ἧλον, παρὰ τὸ τῶν ἀρχαίων κάρφος, τὸ σημαῖνον ξύλον λεπτὸν καὶ ξηρὸν, οἷον ἄχυρον, φρύγανον, ἤ τι τοιοῦτον, προσεμφερὲς τοῖς παρ' ἡμῖν καρφίοις, καὶ τὴν καθ' ὑποκοριστικὸν τύπον καρφίτζαν παρὰ τὸ καρφίσκη, καθάπερ ἔφημεν (Πρόδρ. Ἑλλ. Βιβλιοθ. σελ. 344.) τὴν νυμφίτζαν παρὰ τὴν νυμφίσκην, καὶ τὴν γαλίτζαν παρὰ τὴν γαλίσκην· μετὰ δὲ τοῦ σ̄, τήν τε σκάρφην, ἤγουν τὴν τοῦ ἐλλεβόρου ῥίζαν, ἣν οἱ Βυζαντινοὶ συγγραφεῖς καρπίον καὶ καρφίον ἐκάλουν, καὶ τὰ σκαρφία, ἤγουν τοὺς δι' ἀχύρων ἢ λεπτῶν ξυλαρίων βαλλομένους κλήρους, οὓς οἱ πρὸ ἡμῶν καρφία ὠνόμαζον, παρ' οἷς καὶ τὸ βάλλειν καρφία (Σαλμασ. σημ. εἰς τὸ περὶ τρίβωνος τοῦ Τερτυλλιάν. σελ. 210.), ἐσήμαινεν ὅπερ ἡ τῶν Γαλατῶν φωνὴ Tirer à la courte paille εἴωθε λέγειν. Χρώμεθα δὲ παρὰ ταῦτα καὶ ῥήματι τῷ σκαρφίζομαι, τουτέστιν ἐπινοῶ, παρ' ὃ καὶ ὄνομα τὸ σκάρφισμα, ἤγουν ἡ ἐπινόησις, καὶ πολλάκις ἡ λεπτολόγος καὶ φαντασιώδης τῶν μὴ ὄντων ἔρευνά τε καὶ εὕρεσις, οἷοί εἰσιν οἱ παρὰ τῷ Κωμικῷ, σκαριφισμοὶ λήρων. (*Cor.*) Sensus perspicuus est, et recte a Coraë expressus; explicatur etiam sequenti καὶ διελύσαμεν αὐτάς, quod tamen conjicit Coräes, neutrum necesse videtur. Si qui conjecturae locus esse debeat, quidni potius ab Isocrate scriptum dicamus διεχύσαμεν? Sed ne de hoc quidem statuere ausim. Ceterum de Harpocrationis loco conferri etiam potest H. Royards in Diatr. supra laud. p. 27: cumque priore ejus parte conveniunt haec Grammatici veteris Bekkeriani. V. I. p. 239. Διεσκαριφησάμεθα· ἀντὶ

τοῦ διελύσαμεν· σκάριφον γάρ ἐστι τὸ κάρφος καὶ φρύγανον, ἔστι δὲ τὰ τοιαῦτα εὐδιάλυτα καὶ εὔφυσητα. (*Bergmann.*) Si gallinae pedibus terram scalpunt, plantae et similes res, quae in terra stant, labefactantur. Hinc hoc verbum *subruere*, nostrum *durchwühlen* significat. Quod autem Etymologus σκάριφος explicat per μίμησις ἀκριβὴς τύπου, non offendet, si ἀκριβὴς eo sensu accipitur, quo interdum dicitur, ut *acutum*, *tenue*, nostrum *fein* significet. Miror autem quod Coraëm offendit, Harpocrationem hanc vocem eo ipso explicare verbo, quo Isocrates usus sit. Hoc enim non uno tantum in loco factum est, ut Grammatici voces ipsis auctorum verbis interpretarentur. (*B.*)

ὀρθῶς ἄν] ὀρθῶς μὲν Cod. LB. Urb. ἂν omittit, quod etiam Panath. 265. e. a prima manu factum esse videmus, jure tamen Bekkerus non secutus est. Sed Antid. §. 129. ἂν recte cum Urbinate delevisse videtur, quia de re vere facta sermo est. Codices etiam variant Phil. 104. d. ubi Cod. Cor. ἂν omittit, Panath. 257. b. ubi vulgo particula abest, ibid. 259. d. ubi libri omnes ante Bekkerum ὑπὸ πάντων ἀνομολογηθείσης exhibent, verum tamen jam vidit Coraës ὑπ. π. ἂν ὁμ. scribens. Bekkerus, qui Coraëm secutus est, nihil de hac re monuit. Epist. IX. §. 20. jam Matthaeius et Auger. ex Codd. κάλλιστ' ἂν δυνηθέντα pro cett. libr. κάλλιστα δυνηθέντα dederunt. Cf. Phil. 104. c. Panath. 243. e. 245. e. 260. d. 269. b. Antid. 311. d. 320. b. §. 89. Ep. IX, §. 7. 8. (*B.*)

τοῖς πράγμασι χρησαμένην] Sic cum Bekkero pro vulgato τοῖς πράγμασι χρησομένην scripsi. Urb. πράγμασι χρησαμένην habet. Isocratem in hac dictione articulum solere addere, docent loci ad Nicocl. 22. Nicocl. 31. Archid. 126. b. de Pace 178. c. Panath. 239. 278. e. Aliter tamen locutus est Demosthenes Olynth. I, 10, §. 3. πανοῦργος ὢν καὶ δεινὸς ἄνθρωπος πράγμασι χρῆσθαι. De futuro χρησομένην v. *Hermannum de part.* ἄν Lib. IV, c. 3. p. 183. ubi loco all. (129. c.) addas Panath. 271. d. Ibi enim Urb. ἀποκτεῖναι δ' ἂν τολμήσοντας pro vulgato τολμήσαντας quod Bekk. recte retinuit, exhibet. (*B.*)

καλῶς] Recepit jam Bekk. ex Urb. pro vulg. λαβεῖν, quo facile caremus. Καλῶς autem saepius a librariis omissum est, veluti ad Nicocl. 16. d. ubi in nonnullis libris abest, et Panath. 256. b. ubi Bekkerus nunc recte

καλῶς ἐπιμεληθέντες ex Urb. recepit. Idem Antid. §. 304. factum est. (*B.*)

ζητοῦμεν] E Cod. Bavar. Langius, e suo, Coraës in textum receperunt pro vulgari αἰτοῦμεν. Habet etiam Cod. LB. Jam Wolfius in Cast. notaverat: quid si ζητοῦμεν? et Tib. Hemsterh. margini exemplaris quod servatur in Bibliotheca nostra Lugduno - Batava, similiter adscripserat: Melius convenit οὔτε λαβεῖν ζητοῦμεν. (*Bergmann.*)

§. 13. Καίτοι τὰς εὐπραγίας ἅπαντες ἴσμεν — περιβεβλημένοις] Convenit quodammodo dictum Themistoclis apud Justinum II, 12. *Patriam municipes esse, non moenia; civitatemque non in aedificiis, sed in civibus positam.* Et Niciae apud Thucyd. VII, 77. ἄνδρες γὰρ πόλις καὶ οὐ τείχη, οὐδὲ νῆες ἀνδρῶν κεναί. Item Agesilai, qui interrogatus, cur Sparta non esset munita, respondit: ἄνδρες πόλις καὶ οὐ τεῖχος, cui simile est illud Lycurgi, quod e Plutarcho notavit Valckenarius ad Theocr. Adon. p. 254. οὐκ ἂν εἴη ἀτείχιστος πόλις, ἅτις ἀνδρείοις καὶ οὐ πλίνθοις ἐστεφάνωται. (*Bergmann.*)

παραγιγνομένας] Med. Ald. παραγινομένας. (*B.*)

οὐ τοὺς τὰ τείχη κάλλιστα καὶ μέγιστα περιβ.] Haec ad laudem Athenarum pertinent. (*Wolf.*) Vulgo legunt: οὐ τοῖς τείχη μέγιστα καὶ κάλλιστα περιβ., ita, uti hic est scriptus, locum Bekk. ex Urb. dedit. Recte. Articulus enim iis in locis, quibus muri Athenarum et omnino muri jam exstructi spectantur, additur. Antid. §. 329. de Big. 349. c. et saep. Aliter tamen res habet Evag. 198. c. et Busir. 224. ubi momentum non in *muris*, sed in *munienda* urbe et terra positum est. (*B.*)

post πἀγαθῶν addit νοῦν ἐχόντων et de Big. 348. c. pro εἶχεν vulgo exhibent ἦγεν, v. quae p. 92. dixi. Quibus locis etiam Antid. §. 291. potes addere. Eadem autem de causa, qua γίγνεσθαι, εἶναι et ἔχειν si repetuntur, minus offendunt, ποιεῖσθαι etiam saepius in eadem sententia positum non offendet v. Paneg. 44. b. Archid. 127. c. d. 130. c. 135. d. de Pace 185. e. Evag. 207. Helen. 217. d. ubi tamen vulgatam δράσαντας praeferendam esse duco, Panath. 240. 275. Ep. II, 408. a. ubi vulgo ποιήσεις omittunt. Illud quoque te non offendet, si verba ejusdem quidem originis, sed alteri praepositione praefixa repetuntur, uti factum est Phil. 99. b. 103. ubi tamen nunc βουλομένην legimus pro βουλευομένην, Archid. 122. e. 123. d. 137. c. de Pace 165. 168. ubi Laur. ἀπολάβοντας pro vero ἀπολαύοντας habet. 170. e. 172. b. 187. b. Evag. 190. b. Helen. 211. d. 212. d. Panath. 234. b. 262. b. 264. b. 271. Antid. 312. d. Trapez. 359. b. 366. d. Ep. I, 406. Quibus addas eos locos, ubi verbum repetitum aut diversae est significationis, veluti Arepp. 154. Busir. 222. b. 225. b. Panath. 264. d. Plat. 303. d. Antid. §. 152., ubi Laur. χρήσῃ pro χρῇ exhibet, rectius ni fallor, aut tam diversae formae ut si repetuntur, auribus non molesta sint, v. Archid. 128. d. Panath. 277. b. Huc denique accedunt ii loci, in quibus aut orationis vis hac repetitione augetur, uti ad Dem. 7. b. ubi tamen Urb. priorem vocabuli τυχὼν syllabam a correctore habet, Phil. 90. c. Areop. 154. de Pace 177. e. Helen. 209. Panath. 241. Antid. §. 164. Trapez. 360. e. 362. a. b. Callim. 382. d. aut ubi plura sunt interposita verba, uti Paneg. 59. d. Areop. 155. d. (141. ut me non huc referre jam supra ostendi) de Pace 166. 184. d. Helen. 214. d. Panath. 262. Antid. §. 67. 95. 144. e. Ep. IV, 416. Ceteros locos corrigendos esse arbitror, uti plurimos jam a Bekk. Urb. auctoritate emendatos vides, ad Nicocl. 22. e. Paneg. 51. 54. Phil. 96. c. Archid. 127. c. 129. d. 137. 138. b. Areop. 143. c. ubi in nonnull. Codd. παρέχοντας legitur pro προσέχοντας, de Pace 165. d. 170. c. Busir. 229. d. Panath. 277. b. 289. Aeg. 385. c. Ep. IV, 414. c. 415. b. Quibus addas ea, quae ex iis, de quibus supra dixi, excusari possunt, ad Dem. 13. Paneg. 63. e. et 72. c. Archid. 117. c. 122. b. 123. d. Trapez. 360. d. Peccarunt etiam librarii in Antid. §.

264., ubi Laur. *δυναμένους* pro *πειρωμένους* et 303. ubi id. Cod. *καλοῦσιν* pro *νομίζουσιν*, exhibet, Panath. 253. d. ubi Urb. *γεγόνασιν* addit, et de Big. 352. e. ubi idem Cod. vitiose *ετυχε* (sic) repetit. Restant igitur pauca tantummodo, quo referendum esse duco locum Phil. 110. d. ubi ex Urb. pro *διαλῦσαι* recipiatur *διαστῆσαι*. Antid. §. 303. cum Ambr. Laur. Vat. et Orell. pro *πλεονεκτεῖν* scribatur *πλεονεκτικούς*, quo etiam praecedentia: *εὐφυεῖς καλοῦσι* ducunt; ibid. §. 304. non puto Isocratem scripsisse: *τοὺς δὲ τῶν μὲν ἀναγκαίων ἀμελοῦντας, τὰς δὲ τῶν παλαιῶν σοφιστῶν τερατολογίας ἀγαπῶντας φιλοσοφεῖν φασίν, ἀμελήσαντες τοὺς τὰ τοιαῦτα μανθάνοντας καὶ μελετῶντας, ἐξ ὧν καὶ τὸν ἴδιον οἶκον καὶ τὰ κοινὰ τὰ τῆς πόλεως καλῶς διοικήσουσιν, ὧνπερ ἕνεκα καὶ πονητέον καὶ φιλοσοφητέον καὶ πάντα πρακτέον ἐστίν.* Orellius ex Laur. offendens uti videtur in Accus. post *ἀμελήσαντες*, recepit *ἀμελ. ἐπαινεῖν τοὺς* etc., quod tamen interpretamentum sapit et valde languidum est. Mihi Isocrates pro *ἀμελήσαντες* aliud quid, fortasse *ἀμνημονήσαντες* scripsisse videtur. Quamquam Isocrates hoc quoque verbum cum Genitivo struere solet, v. Paneg. 56. 70. d. Panath. 285. e. ita ut quod Matth. Gr. Gr. §. 347. n. 2. de solenniore structura huj. verbi c. Accus. dicit, certe in Isocratem non cadat. Ibid. §. 313. videtur *διήνεγκε* c. Urb. pro delendum esse. Minus offendo, si in Panathenaico vitia quaedam hujus generis restant, quamquam hic quoque Codd. interdum aliud quid dant. Sic 237. e. vulgo pro *πεπαυμένος* exhibent *μή*, sensu prorsus contrario, nequaquam tamen inepto. Ibid. 262. d. *συνιδεῖν* Bekk. ex Urb. addidit, et 273. jam Bekk. *καὶ ἐρασθῆναι* uncis inclusit. Cf. tamen ex Panath. 248. d. 249. e. 265. 282. d. 285. c. (*B.*)

CAP. VII.

§. 19. *Ἵνα δὲ μὴ συλλήβδην*] Pictorem imitatur Isocrates, ac initio *σκιαγραφίαν* proponit et primas quasi lineas ducit: post distinguit et expolit singulas partes et vivos colores addit. *τὸ συλλήβδην* fuit, veterem democratiam fuisse felicem et gloriosam, recentem esse calamitosam et periculosam. *τὸ ἀκριβῶς* sunt ea, quae sequuntur, omnia, quibus singulae et virtutes et vitia utri-

usque reipublicae exemplis, reprehensionibus, laudationibus et causis interdum additis recensentur. Est enim haec oratio nihil fere aliud, nisi catalogus prolixus earum, quas attigi, rerum, et contentio virtutum et vitiorum gubernationis. (*Wolf.*) *Συλλήβδην* h. l. τῷ ἀκριβῶς oppositum significat *summatim, universe*, ita ut non de singulis rei partibus, sed tantum in universum, quid rei sit, dicatur. Similiter fere occurrit in Paneg. c. VI, (p. 46. c.) et de Permut. ed. Or. p. 115. (§. 275.) Usitatum etiam hac ratione philosophis, uti ap. Platonem in Phaedone p. 21. ad quem locum in ann. p. 170. Cl. Wyttenb. ait plura se notavisse ad Plutarchum de Educ. Puеror. p. 7. d. Gramm. apud Bekkerum V. I, p. 303: *Συλλήβδην*, inquit, *συνειλημμένως*, *ἑκατέρωθεν*, *συνηθροισμένως*, *ὅπέρ ἐστι συλλαβόντα καὶ συναγαγόντα.* (*Bergmann.*) Adde locis a Bergmanno ex Isocrate allatis Nicocl. 28. b. (*B.*)

ποιῆσθε καὶ τὴν αἵρεσιν καὶ τὴν κρίσιν] Videtur esse *ὕστερον πρότερον*. Iudicium enim optionem et delectum debet antecedere. Sententia est, ut judicetis utra respublica sit melior eamque deteriori praeferatis. (*Wolf.*) At cui judici de aliqua re decernendum est, is primum ex orationibus adversariorum, id quod ipsi verius et probabilius videtur, eligit (*αἱρεῖται*), deinde de re ipsa decernit (*κρίνει*). (*B.*)

αὐτῶν] Sic cum Bekk. ex Urb. pro vulgato: *περὶ αὐτῶν*. Solet enim Isocrates quidem semper *κρίσιν ποιεῖσθαι περί τινος* dicere v. Evag. 197. c. Antid. 311. §. 217. Callim. 379. b. Cum tamen *αὐτῶν* non solum ad *κρίσιν* sed etiam ad *αἵρεσιν* sit referendum et alibi (Dem. d. Cor. 244. §. 57. Din. in Dem. 35, 46.) cum Genitivo struatur, nolui ab auctoritate Urbin. recedere. (*B.*)

ἔργον ἐστι] Rectius *ἔργον ἐστί*. (*B.*)

προσέχοντας] *Οὐκ ὀρθῶς γέγραπται παρέχοντας, ἐν τῷ ἐμῷ ἀντιγράφῳ, καθάπερ καὶ ἔν τινι τῶν πρὸ ἐμοῦ παραβληθέντων.* (Bavar.) (*Cor.*) Vid. quae supra p. 117. dixi. (*B.*)

δ' ὡς] Edd. Ald. Med. et al. *δὲ ὡς*, quod defendens Bergmannus dicit: „Male edd. min. *ἐγὼ δ' ὡς*. In LB. deest *δέ*." V. Exc. de Hiatu. (*B.*)

περὶ ἀμφοτέρων τούτων πειράσομαι] Supple *πολιτειῶν*. (*Lang.*) Hoc est de reip. forma a Solone et Clisthene constituta, et de nostra praesenti rerum administratione. Similis comparatio, majorumque laudatio, digna, quae cum hac, quam nunc incipit Isocrates, conferatur, exstat in oratione de Pace p. 167. d. — 170. d. item p. 174. et in Paneg. cap. XXII. seqq. ubi vid. Morus. (*Bergmann.*) Uti hic leguntur, Bekk. Urbin. auctoritate verba collocavit, vulgo: *πειράσομαι περὶ ἀμφ. τούτων* habent. (*B.*)

CAP. VIII.

§. 20. *Οἱ γὰρ κ. τ. λ.*] *Qui igitur* etc. Solenne oratoribus aliisque scriptoribus hac significatione est particula *γάρ*, cum de aliqua re dicere incipiunt. Sic etiam infra cap. XXXV. Ad Philipp. p. 113. c. *λοιπὸν οὖν ἐστι τὰ προειρημένα συναγαγεῖν· φημὶ γὰρ κ. τ. λ.* *dico igitur caet.* De Pace 174. *ὅθεν δ' ἀπέλιπον πάλιν ποιήσομαι τὴν ἀρχήν· ἔφασκον γὰρ ἐκεῖθεν κ. τ. λ.* de Permut. p. 310. b. Trapez. 358. c. Aegin. 385. c. Alia exempla passim occurrunt. (*Bergmann.*)

οὐκ ὀνόματι μὲν] Haec pertinent ad vituperationem praesentis reip., quae cum democratia diceretur, revera tyrannis erat, propter inopis plebeculae intemperias et odia adversus divites honestosque viros. (*Wolf.*)

τῷ κοινοτάτῳ καὶ πρᾳοτάτῳ] Scil. *τῆς δημοκρατίας*. (*Lang.*) Sensus est: reip. formam sibi constituerunt non eam, quae nomen quidem democratiae gereret, re ipsa autem plane aliter sese haberet. Similiter Lysias pro Polystr. init. p. 158. *τὸ ὄνομα τῶν τετρακοσίων* opponit eorum *ἔργοις*. Alias dicitur *λόγῳ μὲν — ἔργῳ δέ*. Panath. 249. d. et 277. item *ἐν μὲν τοῖς λόγοις, ἐν δὲ τοῖς ἔργοις*, Hel. 209. quae formulae explicantur alia *τῷ μὲν λόγῳ — τῇ δ' ἀληθείᾳ*. Nicocl. 33. d. Cf. annotatio Valckenaerii ad Herod. II, 100. Nostrum autem locum illustrant haec e Panath. 259. d. *ἄπειροι πολιτειῶν ὄντες* (de majoribus loquitur) *οὐ διήμαρτον αἱρούμενοι τῆς ὑπὸ πάντων ἀνομολογηθείσης* (scr. *ἂν ὁμ. B.*) *οὐ μόνον εἶναι κοινοτάτης καὶ δικαιοτάτης, ἀλλὰ καὶ συμφορωτάτης ἅπασι τοῖς χρωμένοις καὶ ἡδί-*

στης (scr. καὶ τ. χρ. ἠδ. B.) (Bergmann.) Opponuntur simili modo etiam ὄνομα et δύναμις Nicocl. 39. b. Panath. 270. d. Librarios autem offendisse videtur, quod τὸ ὄνομα κοινότατον dicitur, exhibet enim Urb. pro κοινοτ. καὶ πρᾳοτ. πρᾳοτάτῳ καὶ ὀνομαστοτάτῳ. Amat tamen Isocrates hanc vocem eo sensu, ut sit id, quod ad omnes sine ullo discrimine pertinet, eorumque commodo servit. v. Phil. 84. c. Archid. 122. Areop. 154. b. Helen. 215. b. (unde quis in Evag. 199. b. vulgatam κοινοτέραν pro Urbin. κουφοτέραν defendere possit.) Panath. 268. b. Antid. §. 320. ubi cum πρᾳοτέρους conjunctum est. (B.)

οὐδ' ἡ — ἐπαίδευε] Sic Bekk. ex Urb., vulgo οὐδὲ — ἐπαίδευον, quod ob sequentia ἀλλὰ μισοῦσα improbandum esse videtur. Saepius autem Relativa cum verbo finito participia excipiunt v. Paneg. 55. d. 71. b. (B.)

τοῦτον τὸν τρόπον] Sic Bekk. ex Urb., vulgo: τὸν τρόπον τοῦτον, quod Spengelius (Συναγ. τεχν. p. XI.) loco fragmenti ex Isocrat. Rhetor. p. 161. allati ductus defendit. Ibi enim Isocrates hoc dedisse dicitur praeceptum: μὴ — τελευτᾶν καὶ ἄρχεσθαι ἀπὸ τῆς αὐτῆς συλλαβῆς οἷον ἘΙΠΟΥΣΑ ΣΑΦΗ, ἩΛΙΚΑ ΚΑΛΑ, ἘΝΘΑ ΘΑΛΗΣ. Quo tamen ex loco minime sequi videtur, Isocratem non dixisse τοῦτον τὸν et similia. Articulus enim ita positus aures non offendet, quia multo minore cum vi solet pronuntiari, praesertim pronomine demonstrativo praecedente, et quis tam audax erit, ut ad centum et quinquaginta locos, in quibus verba nunc ita collocata sunt, corrigere velit, etiam si in quinquaginta fortasse locis Codices variant? (B.)

τὴν ἐξουσίαν τοῦ ταῦτα ποιεῖν εὐδαιμονίαν] Ταῦτα ποιεῖν facere haec, i. e. ea, quae nunc fiunt. Pro ταῦτα forte legendum πάντα, quod malim. (Aug.) Malim πάντα. Idem conjecit, ut nunc demum video Augerius. (Lang.) Ἔτρεψα τὸ ταῦτα εἰς τὸ πάντα· ἐρεῖ γὰρ οὐ μόνον ἐν τοῖς ἑξῆς τοῦδε τοῦ λόγου (ιδ'). „Ἐξῆν αὐτοῖς ποιεῖν ὅ τι βουληθεῖεν" ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ Παναθηναϊκῷ (νά) τὴν αὐτὴν ταύτην ἑτέροις ῥήμασιν ἑρμηνεύων διάνοιαν. „τὴν δ' ἐξουσίαν τοῦ πάντα ποιεῖν, εὐδαιμονίαν." Ἐπιθι καὶ τὸν Ἀριστοτέλην (Πολιτικ· στ, δ') μαρτυροῦντά μου τῇ διορθώσει ἣν καὶ οἱ πρὸ ἐμοῦ συνῆκαν μέν, ὤκνησαν δὲ

καταχωρίσαι εἰς τὸ κείμενον. (*Cor.*) Πάντα post Coraëm e conjectura edidimus pro ταῦτα, quod perperam apud omnes legitur. Conf. etiam de Pace 180. Perversa autem ejusmodi ἐλευθερία, qualem Isocrates hic significat, a Platone de rep. VIII. (ed. Bip. V. VII, p. 217.) dicitur ἀναρχία, et cum Isocrateis omnino conferri merentur, quae de ea scripsit p. 210, 212, 213, et in sequentibus passim. Aequales hic increpat orator, notante Dionys. Hal. l. l. in Prolegg. p. 21. (*Bergmann.*) Ταῦτα ad ἀκολασίαν, παρανομίαν et παῤῥησίαν referendum. Quia enim iis licebat ἀκολάστως, παρανόμως et παῤῥησιαστικῶς agere, sese felices habebant. Causa igitur non est, cur ταῦτα in πάντα mutemus. Med. Ald. et cett. edd. δὲ ἔξουσ. exhibent, quod Bekkerus correxit. (*B.*)

ἀλλὰ μισοῦσα καὶ κολάζουσα] Nempe ἡ πολιτεία, nam orator transit abrupte ab institutoribus veteris politiae ad ipsam politiam et rursus ad illos redit. (*Aug.*) Vide quae supra p. 183. dixi. Particula καί, quae vulgo ante μισοῦσα additur, a Bekkero Urbin. auctoritate deleta est, quod ex sequentibus βελτίους καὶ σωφρονεστέρους probari poterit. (*B.*)

βελτίους καὶ σωφρ.] Ἐν ἅπασι φέρεται κακῶς βελτίους μέν, πλὴν ἑνὸς τῶν πρὸ ἐμοῦ παραβληθέντων ἀντιγράφων (Bav.) ὅπερ δεῖν ἔγνων ἀκολουθῆσαι διὰ τὸ ἀνανταπόδοτον τοῦ συνδέσμου. (*Cor.*) Minus recte, opinor, cum ei respondere videatur sequens μέγιστον δέ. (*Bergmann.*) At illud μέγιστον δὲ, ὃ δὲ μέγιστον, et quae sunt similia, minime requirit particulam μέν, quam cum Bekkerus omiserit, Urb. quoque non habere videtur. Omnino autem tenendum est, Isocratem accuratissime praeceptum, „τὸν ἑπόμενον (σύνδεσμον) τῷ ἡγουμένῳ εὐθὺς ἀνταποδιδόναι" (v. Spengel. in l. supr. excitat. p. 162.) observasse. Pleraque vitia jam a Bekkero Urbinatis ope sunt sublata. Restant pauca, ad quae referendum esse duco, quod Panath. 272. legitur: μεγάλαι δυνάμεις πονηραὶ δὲ πολλάκις γίγνονται κρείττους ἀνδρῶν σπουδαίων. — ubi non dubito, quin post μεγάλαι μὲν sit scribendum. Ibid. 286. d. haec leguntur: ταῦτα δὲ διανοηθέντας καὶ πολεμεῖν ἐπιχειρήσαντας οὐκ ἀπειπεῖν, ἐν πολλοῖς κακοῖς καὶ κινδύνοις γιγνομένους, πρὶν ἁπάσας ταύτας ὑφ' αὑτοῖς ἐποιήσαντο πλὴν τῆς Ἀργείων [πόλεως], ἔχοντας δ' ἤδη καὶ χώραν

πλείστην καὶ δύναμιν μεγίστην καὶ δόξαν τοσαύτην ὅσην προσήκει τοὺς τηλικαῦτα διαπεπραγμένους οὐχ ἧττον διακεῖσθαι φιλοτίμως. Hic quoque post πολλοῖς μὲν addendum esse videtur. Idem faciendum esse puto Antid. §. 110. in verbis: Ἐπειθ᾽ οἳ μὲν ὀλίγων ἐπεστάτησαν, τῶν δ᾽ ἑκάστῳ προσταχθέντων οὕτως ἐπεμελήθησαν ὥστε κ. τ. λ., ὁ δὲ κ. τ. λ. ubi post ὀλίγων μὲν inseras. Desideratur quidem eadem particula Trapez. 369. in verbis: ὃς ἐλθὼν ἐκεῖσε ἔλεγεν ὅτι ἐλεύθερος εἴη καὶ τὸ γένος Μιλήσιος, πέμψειε δ᾽ αὐτὸν Πασίων διδάξοντα περὶ τῶν χρημάτων, addendam tamen esse non dixerim, quia de auctore huius orationis dubito. Idemque statuo Callim. 371. b. 374. c. 380. c. Epist. III, 411. 412. VIII, 424. (ubi tamen hiatus vitandi causa auctorem epistolae οἱ μὲν Ἀφαρέως scripsisse verisimile est). (*B.*)

ἐποίησεν] Cetterae edd. praeter Bekkerianam: ἐποίησε exhibent. Isocrates tamen ubique ubi pausa quaedam fit in oratione ν ἐφελκυστικὸν etiam ante litteras consonantes addidisse videtur, v. ad Nicocl. 16. c. 21. 22. Nicocl. 28. 29. e. 31. 31. c. 32. c. 38. Paneg. 46. c. d. 69. d. 73. b. d. Phil. 88. b. 92. e. 95. 97. d. e. 105. Areop. 152. c. Evag. 190. 199. b. 202. b. Helen. 217. Busir. 224. e. 225. b. c. Panath. 238. b. 243. d. 248. c. 262. d. 279. c. Sophist. 294. b. Plat. 301. b. Antid. §. 126. Aegin. 394. e. Ep. IX. §. 21. ubi omnes libri id praebent. Quibus accedant ad Dem. 13. d. Panath. 290. ubi in fine orationis positum est. Codices autem variant ad Demon. 11. d. ad Nicocl. 20. b. c. bis. d. e. 21. b. 23. b. Nicocl. 29. c. 31. b. c. 34. e. Paneg. 43. d. 46. c. bis. 47. b. 48. d. 53. 54. e. 55. c. 60. d. 63. d. 64. c. 65. 67. d. 70. e. 71. c. 73. b. bis. 76. b. Phil. 86. c. bis. d. 88. b. 104. b. 105. b. 106. b. 112. Archid. 127. b. 137. c. Areop. 149. d. 152. b. 156. de Pace 159. d. 163. a. c. 171. b. 176. c. 185. d. Evag. 190. d. 191. d. 192. d. 193. b. 194. b. 196. c. 198. e. 200. d. 203. b. bis. d. e. 204. 207. Helen. 209. d. 210. a. b. d. bis. 211. c. 212. b. 213. a. b. 216. d. e. 217. 219. b. Busir. 224. bis. 226. b. c. 229. e. Panath. 233. e. 235. b. 238. b. 239. e. 244. b. 248. b. 250. d. 252. e. 253. a. d. 261. 263. e. 272. c. 273. e. 274. d. 276. c. 277. d. 278. 279. a.

bis. 288. d. Soph. 293. d. 295. d. Plat. 308. b. Antid. §. 204. (de Big. 347. d. 348. b. 349. e. 352. e. 354. d. Trapez. 367. c. 369. Callim. 372. c. 373. d. 374. b. 376. bis. 377. a. b. 381. c. d. Aegin. 385. d. 386. e. 387. d. 389. d. 392. b., 393. a. c. bis. 394. c. Loch. 396. 397. Euthyn. 400. c. 401. b.) Quibus in locis Bekkerus sine dubio ex Urbin. ubique ν addidit. Idem tamen faciendum etiam erit (ad Dem. 3. a. b. 4. c. 7. a. d. 8. c. 10. e. 12.) ad Nicocl. 15. c. 16. e. 18. a. bis. c. 19. b. 20. Nicocl. 27. c. d. 39. c. Paneg. 53. d. 67. 69. b. Phil. 113. d. Archid. 125. b. (ubi jam ed. Mediol. et Dindorf. ν adjiciunt.) 131. b. 135. Evag. 192. d. 196. b. Helen. 218. e. Plat. 298. b. 300. c. Antid. 313. b. §. 69. 91. 114. 118. 119. 132. 133. (ubi jam Cod. Laur. et Dind. ν habent) 134. 135. 146. 150. 151. 154. 155. 167. 185. 187. 188. 197. 203. 213. 219. 220. 239. 243. 250. 268. 270. 273. 275. 306. 319. (Trapez. 365. c. Callim. 376. e. Aegin. 388. d. Epist. VII, 422. c. IX. §. 1. 13.) Magis dubium est, quid de iis locis statuendum sit, in quibus mediis in sententiis ν adjectum legitur, veluti ad Nicocl. 17. 25. b. Archid. 126. b. 127. de Pace 177. e. Hel. 213. d. Plat. 307. b. In plerisque tamen locis libri variant, veluti ad Nicocl. 18. b. Urb. et Vat. ποιοῦσιν 20. d. ubi ed. Med. εἰσιν exhibet. Nicocl. 27. ubi Cod. Urb. τύπτουσιν 31. c. ubi ed. Med. τιμῶσιν et Paneg. 52. c. ubi Urb. ἔσχεν habet, 55. b. ubi tamen Med. et Ald. in Antid. ν non habent, 75. e. vett. edd. ἀπολαύσωσιν tuentur. Phil. 97. c. Ald. ν omittit, 100. d. Ald. ἀπέκτεινεν habet, 112. Med. et Ald. ἔχουσι exhibent, 113. d. Ald. συμβουλεύσειε habet. Areopag. 149. b. Wolf. ἀδικοῦσιν dedit, de Pace 179. b. Ald. ν in καταφρονήσειεν omittit, idemque facit 170. e. in ἐρωτήσειεν. 183. b. in διοικοῦσιν, 185. d. in συνέπιπτεν, 186. c. Urb. ποιήσωσιν et Evag. 194. d. προσέβαλλεν exhibet, ibid. 203. c. Ald. ν omittit in γέγονεν, Hel. 213. d. in ἐκράτησεν, Panath. 261. vulgo βούλωνται praebent, 263. b. Ald. ὑπομείνειε, 277. ἀκούουσι, 280. b. ποιοῦσι exhibet, 283. b. vulgo ὑπειλήφασιν aliter collocant, 290. Ald. ἔχουσι, Soph. 293. d. πέπονθε, 294. b. ἐδίδαξε (id. etiam Ambr. Laur. et Orell. in Antid. exhibent) Plat. 300. b. Ald. δουλεύουσιν habet, Antid. §. 89. Laur.

συμβέβηκεν, de Big. 354. c. Ald. ἔπεισε, 354. d. ἐξέπεσε, Aegin. 392. b. συνήνεγκε Euthyn. 403. c. ἐκινδύνευε, Epist. I, 405. d. διασπείρειε, II, 408. e. κοινωνήσειε, et VII, 422. c. καταλέλοιπε habet. Quibus in locis si me sequeris, ν non recipies, et ubi a Bekkero est receptum, delebis, cum multo plures reperiantur loci, in quibus ne unus quidem liber id admittit, Codicesque in hac re tantopere varient. Hoc tamen sponte apparet, ante vocales ubique esse addendum. Scribas igitur Archid. 127. d. cum Med. ἐστιν, Plat. 297. b. ἔνεστιν, uti jam Dindorfius fecit, Antid. §. 116. cum Ambr. et Orell. ἠνάγκασεν, §. 265. διατελοῦσιν cum Dindorfio, et 266. νομίζουσιν, Euthyn. 400. b. Ald. et cett. edd. praeter Coraïs et Bekk. οὕτωσιν habent. (*B.*)

§. 21. Μέγιστον δ' αὐτοῖς συνεβάλετο] Cett. edd. praeter Bekk. δὲ αὐτοῖς. (*B.*)

οἰκεῖν] Ἀντὶ τοῦ διοικεῖν. (*Wolf.*) Simili modo legitur οἰκεῖν ad Nicocl. 18. d. ubi vulgo διοίκει habent, Nicocl. 29. b. Paneg. 44. (*B.*)

ὅτι δυοῖν ἰσοτήτοιν] Videtur Aristoteles in libello de regno, ὅτι αἱ ἀρεταὶ μεσότητές εἰσιν: ex hoc loco disputationem de duplici analogia aut mutuatus esse aut certe non primus invenisse. Locum quidem utrumque illustravit et expolivit, priorem β', Ἠθικῶν, alterum libro ejusdem operis V. Sed quas Isocrates ἰσότητας, id est, *aequalitates*, eas ille ἀναλογίας, id est, proportiones appellat. ἀναλογίαν ἀριθμητικὴν statuit pertinere ad contractus, ut amphora vini tantidem vendatur consuli, quanti cerdoni: γεωμετρικὴν refert ad judicium honoris et dignitatis, ut quo quisque virtute et sapientia ornatior est, eo etiam sit honoratior: et vicissim, quo honoratior, eo procuranda salute et dignitate reipubl. occupatior. Hanc posteriorem ἀναλογίαν, quae non personarum est, sed contractuum (?) vulgus per vim pertrahere studet ad magistratus et iniquissime postulat, ut sordidissimus quisque te ineptissimus homuncio, nullo ingenio, nulla doctrina, nullo aut exiguo rerum usu, pari dignitate sit ac prudentissimus atque optimus. Sed et in hoc judicio dignitatis, exoleti nobilitatis tituli, et caecus Plutus vividae et oculatae virtuti praeferuntur. Plato νόμων στ'. τοῖς ἀνίσοις τὰ ἴσα ἄνισα γίγνοιντ' ἄν. (*Wolf.*) Insignem esse imitationem Platonis Gorgiae §. 136. p. 508. a. λέληθέ σε ὅτι

ἡ ἰσότης ἡ γεωμετρικὴ καὶ ἐν θεοῖς καὶ ἐν ἀνθρώποις μέγα δύναται, de Legg. VI. p. 754. b. δυοῖν ἰσοτήτοιν οὔσαιν ὁμωνύμοιν μέν, ἔργῳ δὲ εἰς πολλὰ σχεδὸν ἐναντίαιν κ. τ. λ. censet Orellius ad or. περὶ ἀντιδ. p. 268. Locus, quem Wolfius attulit, est Aristot. Eth. Nicom. V, 4. quem cum Platonis altero adscripsit Heindorfius Gorgiae l. l. p. 211. d. de sententia laudans Valckenaerium ad Eurip. Phoen. v. 541. p. 199. Attamen alia videtur Platonis, alia Isocratis distinctio. (*Bergmann.*) Cod. LB. exhibet ἰσοτήταιν, Urb. pr. ἰσοτήτων. (*B.*)

τῆς δὲ τὸ προσῆκον] Sic Bekk. ex Urb., vulgo: τῆς δὲ πρὸς τὸ προσῆκον. ἀπονέμειν absolute dici posse non addito accusativo me latet. (*B.*)

ἠγνόουν τὴν χρησιμωτέραν] Vulgo ante τὴν χρ. addunt τούτων, eodem modo, quo olim Paneg. 54. c. τούτων post ἐλάττω addebatur. (*B.*)

ἀλλὰ τὴν μὲν τῶν αὐτῶν — οὐ δικαίαν οὖσαν] De hac perversa aequalitate comparetur disputatio Cyri cum suis apud Xenoph. Cyrop. II, 2. §. 17—21. Neque ab hoc loco plane aliena sunt quae Polybius disputat de populi Romani potestate L. IV. p. 236.: τιμῆς γάρ ἐστι καὶ τιμωρίας ἐν τῇ πολιτείᾳ μόνος ὁ δῆμος κύριος, οἷς συνέχονται μόνοις καὶ δυναστεῖαι καὶ πολιτεῖαι καὶ συλλήβδην πᾶς ὁ τῶν ἀνθρώπων βίος· παρ' οἷς γὰρ ἢ μὴ γινώσκεσθαι συμβαίνει τὴν τοιαύτην διαφοράν, ἢ γινωσκομένην χειρίζεσθαι κακῶς, παρὰ τούτοις οὐδὲν οἷόντε κατὰ λόγον διοικεῖσθαι τῶν ὑφεστώτων· πῶς γὰρ εἰκὸς ἐν ἴσῃ τιμῇ ὄντων τῶν ἀγαθῶν τοῖς κακοῖς; Quae ultima speciem habent imitationis Homericae Il. I, 319.

ἐν δὲ ἰῇ τιμῇ ἠμὲν κακὸς ἠδὲ καὶ ἐσθλός.

Sed in primis conferenda sunt haec ex Nicocle 29. c. οἶμαι πᾶσι δοκεῖν δεινότατον μὲν εἶναι τὸ τῶν αὐτῶν ἀξιοῦσθαι τοὺς χρηστοὺς καὶ τοὺς πονηρούς, δικαιότατον δὲ τὸ διωρίσθαι περὶ τούτων καὶ μὴ τοὺς ἀνομοίους τῶν ὁμοίων τυγχάνειν, ἀλλὰ καὶ πράττειν καὶ τιμᾶσθαι κατὰ τὴν ἀξίαν ἑκάστους. Cf. quoque Lysias contra Philonem p. 189. (*Bergmann.*)

τοὺς χρηστοὺς καὶ τοὺς πονηρούς] Articulum post καὶ Bekk. ex Urb. addidit, recte; est enim oppositio in verbis. Vid. loc. simill. Nicocl. 29. c. (*B.*)

κατὰ τὴν ἀξίαν] Articulum, quem vulgo non habent, Bekk. ex Urb. recepit, v. Nicocl. 29. c. Busir.

226. b. et Lochit. 391. c. ubi jure articulum nunc receptum vides. (*B.*)

συνεκ ἐξ ἁπάντων — προκρίνοντες] Insignis locus de magistratuum electione apud Athenienses, ea inprimis quae Solonis et Clisthenis aetate obtinuit. Huc pertinent quae habet Dionysius Hal. l. cit. in Prolegg. p. 23. et cf. Panath. 260. 261. d. 262. c. Proxime, quantum scimus, ad Isocratis sententiam accedit Aristoteles, qui Polit. II, 10. de Solone agens ait eum civitatis formam optime temperavisse: *εἶναι γὰρ τὴν μὲν ἐν Ἀρείῳ πάγῳ βουλὴν ὀλιγαρχικόν· τὸ δὲ τὰς ἀρχὰς αἱρετὰς ἀριστοκρατικόν· τὰ δὲ δικαστήρια δημοτικόν.* Et mox aliis interjectis, de magistratuum electione sic disputat: *ἐπεὶ Σόλων γε ἔοικε τὴν ἀναγκαιοτάτην ἀποδιδόναι τῷ δήμῳ δύναμιν, τὸ τὰς ἀρχὰς αἱρεῖσθαι καὶ εὐθύνειν· μηδὲ γὰρ τούτου κύριος ὢν ὁ δῆμος, δοῦλος ἂν εἴη καὶ πολέμιος· τὰς δὲ ἀρχὰς ἐκ τῶν γνωρίμων καὶ τῶν εὐπόρων κατέστησε πάσας, ἐκ τῶν πεντακοσιομεδίμνων καὶ ζευγιτῶν καὶ τρίτου τέλους τῆς καλουμένης ἱππάδος· τὸ δὲ τέταρτον θητικόν, οἷς οὐδεμιᾶς ἀρχῆς μετῆν.* Aristoteli in reliquis simillimus Plutarchus in Sol. p. 87. f. 88. a. *Equites* secundo, *ζευγίτας* tertio loco posuit, diserte significans postremae classis cives, etsi nullo magistratu fungerentur, tamen *τῷ συνεκκλησιάζειν καὶ δικάζειν* participes fuisse *τῆς πολιτείας*. Vel sic tamen duo sunt, quae difficilius expediantur, quin imo repugnantiae speciem prae se ferant. Primum Isocrates, paulo ait eam constitutionem fuisse *δημοτικωτέραν*, quam ubi sortitio adhiberetur: Aristoteles contra id *ἀριστοκρατικὸν* judicat. Sed hoc levius. Gravius alterum, quo sensu magistratuum sortitionem neget ille, cum tamen constet, eam in usu fuisse Athenis, idque jam antiquis temporibus. Nam quod ad Archontes attinet eos fuisse *κληρωτοὺς ἐκ παλαιοῦ*, sole clarius ostendit Plutarchi locus in Pericle (pag. 157. a. (cap. 21.) unde de Solone tanquam peculiare quid notare videtur Aelianus V. H. VIII, 10, quod Athenienses eum *αἱρετὸν προείλοντο ἄρχειν αὐτοῖς, οὐ κληρωτόν*. Legebatur eadem ratione Senatus CCCC, sive, ut Clisthenes postea instituit, CCCCC, unde *ἡ βουλὴ ἀπὸ τοῦ κυάμου* dicebatur, quia fabarum (*κυάμων*) in sortitione usus erat. Cf. Plutarch. in Per. p. 162. Et de aliis item magistratibus

constat eos sorte lectos fuisse, cui sortitioni quotannis praeessent Thesmothetae in Theseo. Vid. Aeschines adv. Ctesiph. p. 55. §. 13. Id vero quo pacto cum Isocratis et Aristotelis sententia conciliari queat, quaerendum est. Ipsa illius verba videamus. *Οὐκ ἐξ ἁπάντων*, inquit, *τὰς ἀρχὰς κληροῦντες*, *non ex omnibus magistratus sortientes*, ut non omnem sortitionem prorsus negare videatur, sed eam cujus omnes cives, boni aeque ac mali, nullo discrimine participes essent: cff. modo de *prava aequalitate* dicta. *Ἀλλὰ τοὺς βελτίστους καὶ τοὺς ἱκανωτάτους ἐφ᾽ ἕκαστον τῶν ἔργων προκρίνοντες*. Ellipticam dicendi rationem censeo, in qua subintelligendum sit *τοῖς ἄλλοις* h. e. *τοῖς μὴ χρηστοῖς καὶ μὴ ἱκανοῖς*, ex antecedentium oppositione, ut sensus sit: *sed optimos et ad unamquamque rem maxime idoneos praeferentes minus bonis, minus idoneis:* hoc enim proprie significat *προκρίνειν*. Id autem ita intelligendum puto ac si dixisset: *optimos et maxime idoneos reliquis in sortitione anteponentes, ad sortiendum designantes*. Sic enim res sese habebat Athenis. Sorte legebantur complures magistratus, at non omnes promiscue cives ad eam sortitionem admittebantur; prius a populo designabantur, qui sortituri essent; hi autem e potentioribus civibus ex lege Solonis eligebantur, hoc est, *ἐκ πεντακοσιομεδίμνων, ἱππέων, ζευγιτῶν*. Vid. Plut. l. c. collatis quae p. 88. d. de Senatu CCCC leguntur. Praeterea ne quando minus apti munere fungerentur, obstabat eorum exploratio (*δοκιμασία*), essentne parentibus civibus Atticis nati, legitimeque ad magistratum gerendum admissi, tum qui mores, quod vitae genus antea fuisset: quam ut in reliquis, sic etiam in iis, qui sorte legebantur, antequam munus inirent, adhibitam fuisse, diserte docet Aeschines contra Ctesiph. p. 56. §. 15. ed. Bekk. *ἐπειδὴ καὶ αἱ κληρωταὶ ἀρχαὶ οὐκ ἀδοκίμαστοι, ἀλλὰ δοκιμασθεῖσαι ἄρχουσι*. Universe cff. Pollux VIII, 44. ibique Hemsterh. item 68. Budaei Comment. L. Gr. p. 67. Xenoph. de Rep. Ath. III, 4. p. 699. d. Mem. II, 2, 13. Hinc jam intelligitur, quid sibi velint ista: *οὐκ ἐξ ἁπάντων τὰς ἀρχὰς κληροῦντες*. Sed praeter *τὰς κληρωτὰς ἀρχὰς* aliud genus erat *χειροτονητῶν*, qui a tribubus singulis suffragiis eligebantur: quo pertinebant decem *στρατηγοί*, praetores, *ἵππαρχοι* duo, *φύλαρχοι*, *ταξίαρχοι*, alii. Vide Pollux

VIII, 94. 100. Valesius ad Harpocr. p. 175. Demosth. in Prooem. 64 (?). Et in his quidem maxime prudentiae virtutisque ratio habebatur, ut iis Isocratea optime conveniunt. Idemque de iis valet, qui proprie αἱρετοὶ dicebantur, et ad tempus rei cujusdam peragendae operisve curandi praefecturam gerebant. Universe de variis magistratuum generibus vid. loca Aeschinis adv. Ctesiph. p. 55. seqq. Isocratem vero nonnisi hos postremos significavisse, statui nequit. Potius est, ut ejus verba universe accipiantur, atque ex consuetudine civitatis explicentur. Idemque in sequentibus faciendum puto, ut ista: ἐν μὲν γὰρ τῇ κληρώσει τὴν τύχην βραβεύειν κ. τ. λ. τ. ἰκ. τ. ὀλ. ἐπ. ἐν δὲ τῷ προκρίνειν τοὺς ἐπιεικεστάτους, τὸν δῆμον ἔσεσθαι κύριον ἐλέσθαι τ. ἀ. μ. τ. κ. κ. sic intelligantur: *Etenim in sortitione, cujus omnes et boni et mali participes essent, omnia a fortuna pendere: ac saepius magistratu potiri, qui paucorum potentiae studeant: contra ubi optimi cives minus bonis anteponerentur, penes populum esse eos eligere, qui maxime populari imperio faveant*, h. e. eos ad sortiendum designare. Nec horret statuere praecedente aetate de severitate in optimis designandis aliquid remissum esse, ita ut fere ἐξ ἁπάντων sortitio fieret, adeoque tacitam his inesse Atheniensium reprehensionem, qualis etiam inest dicto Socratis apud Xenoph. Mem. I, 2, 9, quod respexisse videtur Aristoteles Rhetor. II, 20. §. 9. et 10. Certe suffragiis pessimos eligi solere diserte increpat Isocr. de Pace p. 170. c. Ut autem in creandis magistratibus, sic per totum muneris tempus, eoque exacto, populus erat κύριος τῶν ἀρχῶν, quippe omnes rationibus reddendis erant adstricti, ὑπεύθυνοι. cf. inprimis Aeschines, l. l. et passim. Plutarch. in Pericl. p. 158. a. T. II. p. 822. e. Ruhnkenius ad Timaeum p. 126. Ergo qui recte administraverant, eos laudare et honore afficere, qui secus, eos punire poterat, quod Isocrates significat cap. seq. (*Bergmann.*) Quae mea de hoc loco sententia sit, breviter in Prolegg. p. 17. significavi. Posset quidem ab eo qui τὰς ἀρχὰς de Archontibus intelligit (uti Schoemannus de Comit. Athen. p. 310. n. 5. et Wachsmuth. Ant. Gr. T. I. p. 261. n. 39. locum intellexisse videntur) dici, primum verisimile quidem esse, sed nullo scriptorum veterum testimonio com-

firmatum, Archontes ex *Clisthenis* instituto sorte esse ductos, rectiusque hujus ipsius loci causa Tittmannum de Graec. Rebus publ. p. 308. hoc post Clisthenem factum esse censuisse, quamquam Boeckhio Oecon. Publ. Athen. T. II. p. 410. Schoemanno de Comit. Athen. p. 311. Wachsmuthio I. l. p. 273. et C. F. Hermanno in libello de Jure et Auctoritate Magistratuum ap. Athenienses Heidelb. 1829. 8. p. 15. repugnantibus; deinde quod Clisthenes ex illorum sententia Archontum eligendorum rationem mutaverit, inde ne sequi quidem Archontibus hic locum non esse, quia Isocrates Solonis et Clisthenis instituta non accurate distinxerit, sed veterum more saepius confuderit. At Isocrates ut in tota oratione sic hic quoque antiquiora tempora (a Solone usque ad Periclem) recentioribus (quibus auctoritatem Areopagi per Ephialten minutam esse deplorat) opponit, quod ex iis, quae in Prolegg. de consilio oratoris disputavi, patebit. Multo ante Periclem autem tempore Archontes sorte esse ductos tum ex loco a Bergmanno ex Plutarcho Pericl. c. 9. allato, tum ex Plutarch. Aristid. c. 1. (τὴν ἐπώνυμον ἀρχὴν, ἣν ἦρξε scil. Ἀριστείδης τῷ κυάμῳ λαχὼν ἐκ τῶν γενῶν τῶν τὰ μέγιστα τιμήματα κεκτημένων, οὓς Πεντακοσιομεδίμνους προσηγόρευον) affirmatur, coll. Herod. VI, 109. quo ex loco demonstrari potest, bello Persico primo paucis post Clisthenem annis, Archontes sorte esse ductos: v. Schoemann. d. Com. Athen. p. 311. n. 7. Verisimilius igitur esse videtur, Isocrati haec scribenti non tam Archontes quam Areopagitas ante oculos esse versatos, quos ante Periclem ex Archontibus fuisse electos constat v. Prolegg. p. 15. Quod autem in universum τὰς ἀρχὰς scripsit, more oratorum et praecipue Isocratis factum esse videmus, qui quae de singulis recte dici possunt, saepe ut rem augeant, de omnibus praedicant. Hac enim in re sibi Isocratem inprimis indulsisse ostendi in Praefat. ad Isocr. Version. German. p. 13. et seqq. Hoc igitur Bergmanno facile concedimus hic non de genere ἀρχῶν χειροτονητῶν et αἱρετῶν, inprimis belli ducibus et redituum publicorum quaestoribus ceterisque magistratibus, quos Schoemannus l. l. p. 313. et seqq. et Hermannus l. l. p. 16. et seqq. enumerant, sermonem esse, cum constet, eos semper suffragiis esse electos. In eo tamen erravit Vir Doctus: primum quod Solonis temporibus Archontes κληρωτοὺς fuisse

censet, cum Arist. Polit. II, 9. Plut. Compar. Solon. c. Public. c. 2. contraria doceant, et Aeliani verba allata neminem movebunt, ut contra hos testes locupletes aliud quid statuat. Deinde erravit, quod verba, quae aperte de sola eligendi ratione agunt, de δοκιμασίᾳ ejusque vel majore vel minore severitate intellexit. Uti enim hic, κληροῦν et προκρίνειν, sic in sequentibus ἡ κλήρωσις τῷ προκρίνειν est oppositum. Aut igitur statuendum erit, Isocratem tempora confudisse et quae Solonis tantummodo temporibus laudi tribuenda fuerint, sequentibus quoque tribuisse, aut ei hoc in loco eodem modo, uti in ceteris, praeclarum Areopagi institutum ante oculos esse versatum, cujus αἵρεσιν mutatam fuisse ipse p. 147. c. dicit. Male autem Urb. πληροῦντες exhibere pro κληροῦντες, quod oppositionis ratio postulet, ex iis quae supra dixi, patebit. (*B.*)

τοὺς βελτίστους] Vulgo (edd. vett. Steph. Batt.) τοὺς βελτίους, quod jam Wolfius in Cast. mutari voluit. Confirmat Aug. Cod. K. Ediderunt (Augerus) Langius et Coraës. (*Bergmann.*) Secuti sunt Bergmannus et Bekkerus. Eodem vitio olim laborabat ad Nicocl. 16. ubi vett. edd. πλείονος, rectius tamen duo Aug. Codd. et duo Angli probante Langio et seqq. edd. πλείστης exhibent, Paneg. 49. e. ubi vulgo παντοδαπαῖς pro veriore Urb. lectione παντοδαπωτάταις, Phil. 92. d. ubi Wolfius jam ἐνδοξοτάτους pro ἐνδόξους conjecit, Archid. 124. c. ubi nunc rectius πόῤῥω pro vulgato ποῤῥωτέρω, Areop. 152. b. ubi vulgo μεγάλαις pro veriore Urb. lect. μεγίσταις, de Pace 170. d. ubi in Antid. Aldin. ῥᾴδιον pro ῥᾷον, ibid. 183. c. ubi cett. libri βελτίους, Bekk. ex Urb. rectius βελτίστους, quod jam Wolfius correxerat, Coraësque receperat, Evag. 203. b. ubi Wolfius et vett. edd. ante eum male θεοφιλέστατον, Panath. 239. b. ubi jam Lang. Aug. et Cor. ex Harpocr. Clement. et Stob. ἐλαφροτάτους pro cett. libr. (non tamen Urbin.) ἐλαφροτέρους receperunt. Panath. 268. c. rectius nunc ex Urb. φανερώτερον est scriptum, quam antea φανερόν, idemque 277. c. in voce πονηροτάτους, 284. d. in γνωριμώτερον, Antid. §. 286. in προσπωδεστάτας, Aegin. 391. e. in πλείους est factum. Epist. IV, 415. b. jam Wolf. ed. min. Steph. et Aug. λυσιτελέστατον pro vulgat. λυσιτελὲς habent. Probabis igitur, quod Bekk. Urbinatem

non est secutus ad Nicocl. 17. c. (in marg.) Nicocl. 38. c. Archid. 117. de Pace 181. Panath. 240. c. 274. d. coll. ad Nicocl. 17. d. ubi Cod. Cor. male φρονίμοις pro φρονιμωτέροις et de Pace 166. e. ubi cum aliis θεοφιλέστατον pro veriore θεοφιλέστερον, et Antid. §. 218. ubi Laur. male ἀκριβεστάτους pro ἀκριβεστέρους, et §. 246. ubi id. Cod. βελτίονας pro βελτίστους, et Ep. IX, §. 2. ubi Vatic. μεγίστας pro μεγάλας habet. Eadem tamen de causa etiam de Pace 184. d. ex Urb. εὐδαιμονεστέρους pro cett. εὐδαίμονας recipiendum est, respondet enim ei in praecedentibus χεῖρον, et Busir. 223. e. recte jam Dindorfius pro πλεῖστα δὲ καὶ παντόδαπα [τἀγαθὰ], ubi Urb. corr. ἀγαθὰ, pr. autem aliud quid habuit, πλεῖστα δὲ καὶ παντοδαπώτατα esse scribendum, conjecit. Panath. 267. ex Urb. εὐσεβεστάτοις pro vulgato εὐσεβέσι recipias velim, respondet enim in sequ. ἀναγκαιότατον, Antid. §. 278. fortasse ex Laur. σαφῶς pro σαφέστερον recipiendum erit, quia deinde pergit: ἵνα καὶ τοῦτο ποιήσω φανερὸν, et §. 324. certe cum Urb. correcto et cett. libr. Ambr. et Laur. δημοτικωτέρους pro δημοτικοὺς scribendum erit, praecedit enim ἥδιον. (*B.*)

προκρίνοντες] E Bavar. recepi propter praesens κληροῦντες, reliquae προκρίναντες. (*Lang.*) Habet etiam LB. (*Bergmann.*) Secuti sunt Bergmannus et Bekkerus, jure. Plura quidem horum vitiorum nunc Urbinatis ope sunt sublata v. ad Demon. 9. Nicocl. 31. d. Paneg. 56. b. 70. 77. Phil. 82. c. 95. e. 98. c. 100. d. 101. b. 104. d. 106. c. Archid. 121. c. 122. b. 133. c. 135. c. 136. c. Areop. 148. e. 152. d. de Pace 163. c. 167. 172. c. 179. c. 184. b. Evag. 194. c. 197. d. 198. b. Helen. 212. e. 217. b. 217. c. 219. Busir. 222. e. Panath. 238. 241. 247. c. 250. b. 255. a. b. 272. 277. 284. b. 286. Plat. 304. b. 307. c. Antid. §. 257. de Big. 357. b. Trapez. 362. b. 365. Aegin. 386. c. 394. Loch. 398. c. Ep. I, 405. c. VI, 420. b. VII, 421. 423. c. Aliis tamen in locis ipse Urb. verba scriptoris hoc modo vitiosa reddidit, v. Phil. 93. ubi κρατήσαντες pro futuro exhibet. Areop. 145. d. ubi καταλύουσι praebet pro καταλύσουσι, de Pace 179. ubi συμβαλλομένων pro συμβαλομένων, ibid. 181. b. ubi ἠνάγκαζεν pro Aoristo, Helen. 211. b. δέδωκεν pro ἔδωκεν, 212. e. ἄγειν pro ἀγαγεῖν, Panath. 288.

χαρίζεσθαι pro χαρίσασθαι, Antid. 321. e. ἕξειν pro ἔχειν, Aegin. 391. γίγνοιτο pro γένοιτο, ibid. 392. c. δ' ἐπένθησ' habuisse videtur pro δ' ἐπένθουν, Loch. 396. e. παραβέβηκεν pro παρέβησαν. Quibus in locis Bekkerus jure Urbinatem non est secutus. Idem tamen ni fallor, debebat facere Nicocl. 30. b. in verbis ὅσον αἱ μοναρχίαι πρὸς τὸ βουλεύεσθαι καὶ πρᾶξαί τι τῶν δεόντων διαφέρουσιν, ubi vulgo rectius βουλεύσασθαι exhibent. Phil. 100. c. ὁ βασιλεὺς — προκαλεσάμενος Κλέαρχον καὶ τοὺς ἄλλους ἡγεμόνας εἰς λόγον ἐλθεῖν, καὶ τούτοις μὲν ὑπισχνούμενος μεγάλας δωρεὰς δώσειν, τοῖς δ' ἄλλοις στρατιώταις ἐντελῆ τὸν μισθὸν ἀποδοὺς ἀποπέμψειν, τοιαύταις ἐλπίσιν ὑπαγαγόμενος καὶ πίστεις δοὺς τῶν ἐκεῖ νομιζομένων τὰς μεγίστας, συλλαβὼν αὐτοὺς ἀπέκτεινε, scribas cum vulgata: ὑποσχόμενος. Ibid. 100. e. in verbis: σοὶ δὲ τήν τ' ἀτυχίαν τὴν τότε γεγενημένην οὐ χαλεπὸν φυλάξασθαι, τοῦ τε στρατοπέδου τοῦ κρατήσαντος τὴν ἐκείνου δύναμιν ῥᾴδιον πολὺ κρεῖττον παρασκευάσασθαι. vulgo rectius γενομένην exhibere videntur. Archid. 136. e. eadem de causa vulgatam περιμείνωμεν alteri a Bekk. ex Urb. receptae lectioni περιμένωμεν praetulerim. Panath. 267. e. propter praecedens συνιστάντες et καταστρεφόμενοι, vulgatum ἐκβάλλοντες praeferendum esse duco. Idem Bekk. contra libror. auctoritatem fecit ibid. 275. d. in verbis: οὐδεὶς γὰρ ὅστις οὐ τῶν μὲν ἐπιτηδευμάτων προκρινεῖ τὴν εὐσέβειαν — Σπαρτιάτας δ' ἐνταῦθα κατοικεῖν οὐ πλείω φήσουσιν ἐτῶν ἑπτακοσίων. ubi libri προκρίνει habent; 285. c. νῦν δ' οἶμαι τοὺς μὲν πλείστους Σπαρτιατῶν ἐμμενεῖν τοῖς ἤθεσιν — τοῖς δὲ λόγοις — οὐδὲν μᾶλλον προσέξειν τὸν νοῦν. ubi libri ἐμμένειν habent, Callim. 373. b. μετὰ Ξενοτίμου τοῦ τοὺς νόμους διαφθείροντος καὶ τὰ δικαστήρια δεκάζοντος καὶ τὰς ἀρχὰς λυμαινομένου, ubi Bekk. διαφθείροντος ex conj. Wolf. dedit pro διαφθείραντας. Sed eodem jure, quantum equidem video, infra 378. conjectura Corais: ὀδυρεῖσθαι pro ὀδύρεσθαι recipienda erit. Est enim de eo sermo, quid adversarius facturus sit, ut misericordiam judicum moveat. Sic etiam Panath. 256. b. conjectura Corais: νομίσαντες pro νομίζοντες non spernenda erit. Saepius tamen librarii tempora mutasse videntur, ut ea sibi adaequarent. (*B.*)

τοιούτους — ἐπιστατοῦντες] Ratio redditur, quare ex optimis civibus magistratus elegerint, quia solet populus horum mores imitari. Nam ut est ad Nicoclem 21. *τὸ τῆς πόλεως ὅλης ἦθος ὁμοιοῦται τοῖς ἄρχουσι.* Et in Nicocl. 34. d. *φιλεῖ τὸ πλῆθος ἐν τούτοις τοῖς ἐπιτηδεύμασι τὸν βίον διάγειν, ἐν οἷς ἂν τοὺς ἄρχοντας τοὺς αὑτῶν ὁρῶσι διατρίβοντας.* De Pace 170. b. reprehensis Atheniensibus, quod pessimis civibus reip. administrationem committebant, subjicit: *καὶ τοὺς μὲν μετοίκους τοιούτους εἶναι νομίζομεν, οἵουσπερ ἂν τοὺς προστάτας νέμωσιν· αὐτοὶ δ' οὐκ οἰόμεθα τὴν αὐτὴν λήψεσθαι δόξαν τοῖς προεστῶσιν ἡμῶν:* qui locus ideo notabilis est, quod ex eo quodam modo appareat tacite iterum cives reprehendere Isocratem, qui non amplius ita sentirent. Similiter Xenoph. Cyrop. VIII, 8, 5. *ὁποῖοί τινες γὰρ ἂν οἱ προστάται ὦσι, τοιοῦτοι καὶ οἱ ὑπ' αὐτοὺς ἐπιπολὺ γίγνονται.* Nec prorsus dissimile aliud de Vectigal. Athen. init. p. 920. a. *ἐγὼ τοῦτο μὲν ἀείποτε νομίζω, ὁποῖοί τινες οἱ προστάται ὦσι, τοιαύτας καὶ τὰς πολιτείας γίγνεσθαι.* Euripides Orest. 770.

Δεινὸν οἱ πολλοί, κακούργους ὅταν ἔχωσι προστάτας,
Ἀλλ', ὅταν χρηστοὺς λάβωσι, χρηστὰ βουλεύουσ' ἀεί.

Cic. ad Div. I, 9. ex Platone, notante Wolfio: *Quales in republica principes sunt, tales reliqui cives solent esse.* Virgilius ad apum coetum transtulit Georg. IV, 95:

Ut binae regum facies, ita corpora plebis.

Pro *τοιούτους* Isingr. male *τούτους.* (*Bergmann.*)

ἔπειτα καὶ δημοτικωτέραν — πολιτείαν] Causa indicatur, cur magistratus non sorte duxerint. Verba modo explicuimus. (*Bergmann.*) Quod Isocrates hic eandem constitutionem *δημοτικωτέραν,* judicat, quam Aristoteles *ἀριστοκρατικὴν* nominat, non magis offendet, quam quod infra 152. Lacedaemonii *μάλιστα δημοκρατούμενοι* dicuntur, qui in Nicocle 31. d. una cum Carthaginiensibus laudantur *οἴκοι μὲν ὀλιγαρχούμενοι, παρὰ δὲ τὸν πόλεμον βασιλευόμενοι.* Fecit enim quod nostri quoque faciunt scriptores, usus est hac voce aliis temporibus et locis alio sensu. (*B.*)

εἶναι ταύτην τὴν κατάστασιν] Sic Bekk. ex Urb., vulgo *ταύτην εἶναι τὴν κατάστασιν* exhibent, quod Spengelius l. cit. p. XIII. probat; non idonea ta-

men de causa, quamquam non negamus, saepe hoc verbum sic interponi ab Isocrate. (*B.*)

ἢ τὴν — γιγνομένην] Sic Bekk. locum ex Urbinate dedit, Coraës et Bergmannus τῆς — γιγνομένης, ceteri τῆς — γινομένης habent. Qua de re Bergmannus sic disserit: „Ceterum pro γινομένης restituimus γιγνομένης, uti et saepius praeeunte Coraë, v. c. cap. V. παραγιγνομένας IX. γιγνομένας. caet. Moeris Atticista: Γίγνεται, Ἀττικῶς· γίνεται Ἑλληνικῶς, ubi Valcken. ad Phoen. 1396. laudat Piersonus. Vid. et Eustath. ad Odyss. *M.* p. 1722, 55. Fischerus ad Welleri Gramm. Spec. 3. part. I. p. 61. laudati Langio pag. antepenult. inter Errores Typographicos.“ Bekkerus paucissimis tantum in locis errore uti videtur, γίνεσθαι reliquit, quos tamen recte jam correxit Dindorfius. Idem etiam fecit in Demosthene. In ceteris tamen oratoribus utrumque et γίγνεσθαι et γίνεσθαι ab eo exhibitum est. (*B.*)

διὰ τοῦ λαγχάνειν] Κληροῦν ἢ κληροῦσθαι est sortiri et sortis facere periculum; λαγχάνειν autem dicuntur ii, quibus sors obvenit. (*Wolf.*)

βραβεύσειν] Futurum recepit Bekk. ex Urb. pro vulgato βραβεύειν. v. quae supra de hac re dixi. (*B.*)

ἔσεσθαι κύριον] A Bav. absunt, nec magnopere desiderantur. (*Lange.*) Non video, cur ejiciantur. (*Bergmann.*) Concinnitas loci turbaretur, si abessent. (*B.*)

CAP. IX.

§. 24. Αἴτιον δ' ἦν τοῦ ταῦτα] Recenset morem majorum, quo gravior sit autoritas, et ne ipse novi exempli autor esse videatur. Quod quia corruptis illo tempore moribus pene incredibile videbatur: causis exponendis probabilem facit orationem, simulque plebem officii sui admonet, proposita veterum imitatione. (*Wolf.*) Cum argumento totius hujus cap. cf. locus e Panath. p. 263. a — c. (*Bergmann.*)

μεμαθηκότες] Sic Bekk. Urb. secutus scripsit pro vulgato μεμεληκότες, exquisitius et aptius, quia causam praecipue in cura ponit, qua Areopagus juventuti erudiendae operam dederit. (*B.*)

ἐργάζεσθαι] Non tantum significat *opus facere*, sed omnem rationem, sive honestam sive etiam inhonestam (*λέγονται γὰρ οἱ πόρνοι καὶ αἱ πόρναι τῷ σώματι ἐργάζεσθαι*) augendae rei familiaris, ut in oratione ad Nicoclem expositum est. (*Wolf.*) Universe significat *rem familiarem augere, ejus curam gerere*; et ita h. l. opponitur sequenti *τῶν οἰκείων ἀμελεῖν.* Eadem significatione ad Nicocl. p. 19. b. opponitur *τῷ δαπανᾶσθαι.* Cf. Hoogev. ad Vigerum p. 158. (*Bergmann.*) Adde locis allatis Busir. 225. c. qui omnino cum nostro conferendus est. (*B.*)

φείδεσθαι] Quia magnum vectigal parsimonia est, luxus autem expleri nequit. Megarensium dictum celebratur, qui monuerint filios *κερδαίνειν καὶ φείδεσθαι*, quos in *Συμμαχικῷ μεγίστους οἴκους τῶν Ἑλλήνων κεκτῆσθαι* dicit autor noster (de Pace 183.). (*Wolf.*) Huic *φείδεσθαι*, *parce vivere*, *parsimonia uti* respondet item sequens *τοῖς ἀλλοτρίοις ἐπιβουλεύειν*, quod qui faciunt, tantum absunt, ut suis parcant, ut et aliorum bona dilapidare cupiant. (*Bergmann.*) Haec potius ita sibi respondent: Illi labore et parsimonia victum et opes sibi comparabant, hi non tam sua curant quam aliena appetunt. (*B.*)

καὶ μὴ τῶν μὲν οἰκείων ἀμελεῖν, τ. δ'. ἀ. ἐ.] Talis fuisse scribitur Catilina, sui profusus, alieni appetens. Hoc hominum genus est grave civitatibus, quieti et paci inimicum. (*Wolf.*) Idem in veteribus Atheniensibus laudat in Paneg. 63. d. In or. autem de Pace ita suos reprehendit, ut rursus illud appareat, hac laude majorum vituperationem praesentis aetatis contineri. Verba haec sunt p. 164. c.: *οὐδὲν δὲ τούτων οἷόν τ' ἐστι γενέσθαι πρότερον, πρὶν ἂν πεισθῆτε, τὴν μὲν ἡσυχίαν ὠφελιμωτέραν καὶ κερδαλεωτέραν εἶναι τῆς πολυπραγμοσύνης, τὴν δὲ δικαιοσύνην τῆς ἀδικίας, τὴν δὲ τῶν ἰδίων ἐπιμέλειαν τῆς τῶν ἀλλοτρίων ἐπιθυμίας περὶ ὧν οὐδεὶς πώποτε τῶν ῥητόρων εἰπεῖν ὑμῖν ἐτόλμησεν.* Similiter de Permut. 315. a. memorantur *οἱ προῃρημένοι τῶν μὲν ἰδίων ἀμελεῖν, τοῖς δ' ἀλλοτρίοις ἐπιβουλεύειν.* Nec tamen prorsus eadem esse putem *τὰ ἴδια* et *τὰ οἰκεῖα*: illa enim tantummodo privatas unius cujusque civis res significant et mox opponuntur *τοῖς δημοσίοις.* Contra *τὰ οἰκεῖα* latius patent,

nec tantum singulorum civium bona, sed totius civitatis complectuntur. Perspicue id apparet ex loco de Pace 175. e., ubi exemplum τῆς τῶν οἰκείων ἀμελείας, τῶν δ' ἀλλοτρίων ἐπιθυμίας hoc affertur, quod Decelico bello pressi Athenienses, vel sic tamen classem ad Siciliam debellandam emiserant, quodque τῶν προαστείων τῶν οἰκείων οὐ κρατοῦντες, Ἰταλίας καὶ Σικελίας καὶ Καρχηδόνος ἄρξειν προσεδόκησαν. Nostro loco utrumque significari putem, privata ob antecedentia, publica, quod mox peculiaris τῶν ἰδίων mentio fit. Ceterum conferri potest praeceptum Nicoclis 37. a. ἀπέχεσθε τῶν ἀλλοτρίων, ἵν' ἀσφαλέστερον τοὺς οἴκους τοὺς ὑμετέρους αὐτῶν κέκτησθε. (*Bergmann.*)

τοῖς δ' ἀλλοτρίοις ἐπιβουλεύειν] Ut solebant Sycophantae insontes criminando et pecuniam extorquendo. (*Wolf.*)

μηδ' ἐκ τῶν δημοσίων] Peculatus descriptio. (*Wolf.*) Significantur haec et illustrantur hisce Dionysii Hal. qui ait, antiquos Athenienses ἀντὶ τοῦ τὰς ἰδίας οὐσίας ἐκ τῶν δημοσίων ἐπανορθοῦν, τοὺς ἰδίους πλούτους εἰς τὰ κοινὰ καταχορηγῆσαι. Eadem illis laus tribuitur in Paneg. 56. a. Ejusque contrarium graviter in aequalibus reprehendit de Pace 161. b. Exemplum privatarum impensarum publicis sumtibus factarum Andocides Or. IV. p. 30. §. 11. refert, Alcibiadem accusans, quod ἰδίας ἀπὸ τῶν κοινῶν προσόδους κατεσκευάσατο. Cujus contrarium habemus ibid. p. 34. §. 42. ubi de se ipse dicit: τὰ προσταττόμενα δαπανῶ, οὐκ ἀπὸ τῶν κοινῶν, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ἰδίων. (*Bergmann.*)

ὁπότε δεήσειε] ἐνίοτε δεήσεις Cod. Fug. Vid. Wolfii Praef. ad Cast. p. 806, 21. item Bav. ap. Lang. et Cod. ap. Coraëm, qui ambo prius ferri posse censent, si alterum abesset. Cod. LB. ἐνίοτε δεῆσαν. (*Bergmann.*) Cod. Urb. εἴποτε δεήσει, simili modo, infra 145. c. vulgo εἴποτε δόξειεν legebatur, nunc rectius ὁπότε — δόξειεν. ἐνίοτε fortasse interpres addidit, qui vim Optativi nostro in loco explicare volebat. (*B.*)

ταῖς κοιναῖς ἐπαρκεῖν] Quod fiebat τῷ χορηγεῖν καὶ τριηραρχεῖν καὶ εἰςφέρειν. (*Wolf.*) ἐπαρκεῖν *subvenire, juvare.* (*Lang.*) Vid. Archid. 130. Vulgo ante τ. κοιν. καὶ addunt, quod tamen Bekkerus jure c.

Urb. delevit. Dici enim vix potest, quam saepe librarii in sententiis sibi oppositis illud καὶ addiderint. (*B.*)

τας ἐκ τῶν ἀρχείων προσόδους] Non spe sordidi quaestus capessebant rempublicam, cujus administratio multa faciendae pecuniae aucupia subministraret. (*Wolf.*) Εἰ μὴ ἡμάρτηται ἡ γραφὴ (ἀντὶ τοῦ τῶν ἀρχῶν), ἀρχεῖα ἐνταῦθα τοὺς δημοσίους οἴκους λέγει, ἐν οἷς διημερεύουσι καὶ τὰ τῆς ἀρχῆς πράττουσιν οἱ ἄρχοντες, καθὰ καὶ Βασίλεια, ἐν οἷς ὁ βασιλεύς. Ἡσύχιος δέ φησιν, „Ἀρχεῖα, ἔνθα οἱ δημόσιοι χάρται ἢ χαρτοφυλάκια.“ εἰσὶ δὲ ταῦτα τὰ τοῖς Ἰταλοῖς Archivi καὶ τοῖς Γαλάταις Archives καλούμενα. (*Cor.*) Τὰ ἀρχεῖα nostro in loco significant ea, quae ad magistratus pertinent, ita ut idem fere sit, quod αἱ ἀρχαὶ, magis tamen sequenti τῶν ἰδίων respondeat. Eodem sensu, quo Aristoteles Polit. II, 6 et 7, et saepius hanc vocem usurpavit. Ad τὰς τῶν ἀρχείων προσόδους autem antiquioribus temporibus praecipue ἡ σίτησις ἐν Πρυτανείῳ, recentioribus ὁ μισθὸς βουλευτικὸς et quae singuli accipiebant magistratus, referenda erunt, v. Wachsmuth. Antiqu. Graec. T. II, P. I. p. 122. et sqq. (*B.*)

γιγνομένας] Edd. Med. et Ald. γινομένας. V. quae supra de hac re monita sunt. (*B.*)

§. 25. Οὕτω δ' ἀπείχοντο σφόδρα] Sensus est: *Tanta erat illorum abstinentia a publicis opibus, ut eo tempore difficilius reperirentur, qui* (lucri e publicis opibus capiendi cupiditate ducti) *magistratum gerere cuperent, quam nunc, qui illud recusent, nolint, fugiant.* (*Bergmann.*) Edd. Med. et Ald. δὲ habent. σφόδρα, quod vulgo omittunt, Bekkerus ex Urb. recepit, idemque infra 147. b. fecit. (*B.*)

τοὺς μηδὲν δεομένους] Non tam significat eos, qui non indigeant magistratu, id est, qui se alere possint in privata etiam vita, quam eos, qui non expetant magistratus. τὸ γὰρ δεῖσθαι ταὐτὸν τῷ τε λιπαρεῖν καὶ τῷ ἀπορεῖν. (*Wolf.*) Wolfius locum multo rectius cepit quam Auger. qui τοῦ ἄρχειν subintelligendum esse censet, et Lang. qui simili ratione τοὺς μηδὲν δεομένους eos esse dicit, *qui* (magistratibus) *carere possint*. Bergmannus haec habet: „μηδὲν δεῖσθαι h. l. videtur significare *nolle*, uti interpretatur Budaeus Comm. L. Gr. p. 955. Rursus est oppositio praeteritorum et praesen-

tium. Quam pauci olim erant, qui magistratu gerendo lucrum sibi comparare studerent, tam multi nunc sunt, qui publicae pecuniae inhiantes ad remp. administrandam advolant: tam pauci, qui privati homines vivere malint, a rebus gerendis remoti. Sic enim Panath. l. l. dicit, tunc temporis μηδένα τῶν πολιτῶν, ὥσπερ νῦν διακεῖσθαι πρὸς τὰς ἀρχὰς, ἀλλὰ μᾶλλον τὸ ταύτας φεύγειν ἡδὺ ἢ διώκειν."

οὐ γὰρ ἐμπορίαν — ἐπιμέλειαν] Non enim *mercaturam*, sed λειτουργίαν putabant esse rerum publicarum curam, h. e. non enim putabant se in gerenda rerum publicarum cura, in administranda republica, id sibi debere propositum habere, ut ex ea, tamquam ex mercatura, lucrum facerent, sed hoc potius, ut reipublicae opera sua et pecunia prodessent. (Rursus his lucem afferunt sequentia μηδ' ἀπὸ τῆς — καταπειγόντων). Hoc enim est λειτουργία et λειτουργεῖν; quod primaria notione significat *res publicas facere, operari.* Judicat hoc Ulpianus in Demosth. in Lept. p. 192: λεῖτον ἐκάλουν οἱ παλαιοὶ τὸ δημόσιον, ὅθεν λειτουργεῖν τὸ δημόσιον ἐργάζεσθαι. Et peculiariter de ejusmodi *opera* usurpatur *quam sua pecunia cives reip. praestabant*: quod qui facerent λειτουργοὶ Athenis dicebantur, erantque varii generis, χορηγοὶ, γυμνασιαρχοὶ, ἑστιάτορες, τριήραρχοι et εἰσφέροντες, de quibus omnibus egit Sigonius de Rep. Athen. IV, 4. Hoc sensu Xenophon Mem. II, 7, 6. λειτουργεῖν τῇ πόλει dixit pro, *civitati pecunias de suis ipsius facultatibus suppeditare:* eodemque Nicocles p. 38. d. cives suos jubet esse λαμπροὺς ἐν ταῖς ὑπὲρ τῆς πόλεως λειτουργίαις. Atque haec notio nostro loco probe tenenda est: ex ea enim intelligitur oppositio inter ἐμπορίαν, quae lucrum affert, et λειτουργίαν, qua, abjecta omni lucri spe, ipsi de suis civitati opem ferant cives. Disputatur autem num scribi debeat λειτουργία, λειτουργεῖν, an potius λητουργία, λητουργεῖν. Vid. Thom. Mag. in voce p. 573. Hoc, ut Atticorum proprium, commendat Moeris, ad quem vid. Piersonus p. 252. Huc pertinet quod dicit vetus Grammaticus ap. Bekkerum V. I. p. 277.: λειτουργεῖν· οἱ παλαιοὶ Ἀθηναῖοι διὰ τοῦ η ἔλεγον ληιτουργεῖν· λητὸς γάρ ἐστι δημόσιον ἀρχεῖον, οἱ οὖν ἐν τῷ λητῷ ἐργαζόμενοι οὗτοι λειτουργοῦσιν (f. l.

λητουργοῦσιν) ὅπερ νῦν διὰ τῆς ει διφθόγγου λέγεται. Moeridis sane sententiam hic egregie confirmat: quod autem de δημοσίῳ ἀρχείῳ ait, mihi quidem plane novum videtur: reliqui, quantum scio, simpliciter interpretantur τὸ δημόσιον. Vid. etiam Valcken. Animadv. ad Ammon. II, 16. p. 144. sq. (*Bergmann.*)

οὐδ' ἀπὸ τῆς πρώτης ἡμέρας ἐσκόπουν ἐλθόντες] Demosthenes ἀπὸ τῶν πρώτων θορύβων αἰτιασάμενοί τινας. (*Wolf.*) In edd. Med. et Ald. legitur οὐδὲ —; ἐλθόντες, quod vulgo non habent, Bekk. ex Urb. addidit. Potest quidem salvo sensu abesse, uti ea vox nunc deleta est ad Nicocl. 25. in verbis: χρὴ τοίνυν ἀφέμενον τῶν ἀμφισβητουμένων ἐπὶ τοῦ συνομολογουμένου λαμβάνειν αὐτῶν τὸν ἔλεγχον, ubi olim ἐπὶ τὸ ὁμολογούμενον ἐλθόντα legebatur. Cum tamen Urb. multa eaque egregia ejusmodi additamenta praebeat, quae Isocrate dignissima sunt (v. Paneg. 70. b. Archid. 118. c. 131. e. 132. 138. c. Areop. 142. e. Panath. 248. e. 251. d. 253. e. Antid. §. 171. de Big. 349. b.) hic quoque ab ejus auctoritate non recedendum esse videtur. (*B.*)

εἴ τι λῆμμα] Aucupia sycophantarum intelligenda sunt, ut si dives aliquis poenas nondum dederit, ut nummos dare cogatur, et si qua sunt id genus alia. Istis similes sunt οἱ καπηλεύοντες τὸ ῥῆμα τοῦ θεοῦ. (*Wolf.*) (De Sycophantis hic non est sermo. *B.*) Gramm. cujus sunt λέξεις ῥητορικαὶ ap. Bekkerum V. I. p. 276.: Λῆμμα· κέρδος. Eo sensu frequens est, veluti ap. Lysiam contra Diogit. p. 905. §. 20. Dinarchum in Demosth. 35. §. 45. in Aristog. 89. §. 23. in Phileol. 94. §. 5. Dissentiunt Moeris p. 245. et Herodianus p. 470. scribendumne sit λῆμμα an λῆμα, qua de re vid. ad Moerin Hudsonus et Piersonus. Illud omnino cum Herodiano tenendum. Nam λῆμα simplici μ significat *animum*, animi *impetum*, τὸ παράστημα τῆς ψυχῆς: contra λῆμμα est κέρδος, a verbo λαμβάνω: uti recte distinguunt Ammonius ejusque Editioni subjectus Eranius Philo, cum Herodiano consentientes, ut hinc cum Hudsono Moeris corrigendus videatur. Vid. Valckenaerius ad Ammon. Animadv. L. II. c. XV. p. 141—143, et praeter alios Piersono laudatos L. Bosii Anim. in Script. Gr. p. 48. Recte etiam distinguuntur in Fragm. Lex. Gr. subjecto

Hermanni Libro de Emend. Rat. Gramm. Gr. p. 326. λῆμμα· ἡ ἀνδρία καὶ ἡ φρόνησις· λῆμμα δὲ τὸ κέρδος. (*Bergmann.*)

κατημελήκασι] κατημελήκασιν LB. (*Bergmann.*) Vide quae supra de hac re dixi. (*B.*)

§. 26. Ὡς δὲ συντόμως εἰπεῖν] Observetur ordo: primum, Optimus quisque praeferebatur aliis: secundo, Magistratus non sorte deligebantur: tertio, Populus deligebat optimos et potentissimos quosque. Sic et Democratia permanebat, quia summa rerum penes populum erat: et Aristocratia vigebat, quia optimi quique rempublicam administrabant, idque gratuito: quod est sordidis, avaris, egenis hominibus gravissimum. (*Wolf.*)

περὶ τῶν ἀμφισβητουμένων] τῶν deest ap. Ald. notante etiam Battieo. Minus recte Langius περὶ deesse notavit. (*Bergmann.*)

σχολὴν ἄγειν] Intelligitur *otium liberale*, vacuum ab omni opificio, quale etiam dicitur ἀργία in Busir. p. 225. b. cui opponitur ἔργον *opus illiberale.* Cf. Cl. Wyttenbachius ad Sel. Hist. Gr. p. 373. et 452. et Bibl. Crit. P. XII. p. 41. sq. (*Bergmann.*)

βίον] Τὴν περιουσίαν, καθὰ καὶ ἐν τῇ συνηθείᾳ ἥτις οὐ μόνον ἀρσενικῶς, ἀλλὰ καὶ οὐδετέρως, τὸ βίος, ἔσθ' ὅτε λέγει, ὥσπερ ἐλέχθη ἐν τοῖς πρόσθεν (σελ. 103.) (*Cor.*) *Res ad victum necessarias.* Locum respexit Isocrates de Permut. p. 129. ed. Or. (§. 325.) τοὺς βίον ἱκανὸν κεκτημένους καὶ σχολὴν ἄγειν δυναμένους notavitque Orellius. (*Bergmann.*)

ἐπιμελεῖσθαι τῶν κοινῶν ὥσπερ οἰκέτας] *Οἰκέται* erant domestici, οἱ κατὰ τὸν οἶκον πάντες, Hesychio auctore, et οὐ μόνον οἱ δοῦλοι, ἀλλὰ καὶ πάντες οἱ ἐν τῷ οἴκῳ, γυνὴ καὶ τέκνα, uti Thom. Mag. dicit, quo sensu non solum apud poëtas, uti Pollux III, 82. opinari videtur, sed etiam apud Xenophontem (v. Lex. Xenoph. Sturz.) et Platon. Reip. V, 12. dicuntur. Sensus igitur est: Populus ut dominus eligebat homines ad munera administranda, uti pater familias et dominus servorum domesticos ad opera faciunda vocat, optimates autem curabant res publicas, uti domestici res familiares curant. Facile igitur vides, *οἰκέτας*, quod Bekk. ex Urb. recepit, multo esse aptius, quam quod vulgo habent οἰκειοτάτων, ubi Coraës articulum τῶν inseren-

dum esse duxit. Attulit autem Bergmannus ex Herodoti V, 20. locum ubi scriptor refert, Parios, Miletum sedaturos, magistratus elegisse eos, quorum optime culti essent agri: δοκέειν γὰρ ἔφασαν καὶ τῶν δημοσίων οὕτω δὴ σφέας ἐπιμελήσεσθαι ὥσπερ τῶν σφετέρων. Ubi notavit quaedam Wesselingius. (*B.*)

§. 27. ἐπαινεῖσθαι καὶ στέργειν κ. τ. λ.] Laus enim est maximum praemium, uti docet etiam ad Demon. p. 10. b. ἐκ τῶν κοινῶν ἐπιμελειῶν ἀπαλλάττου μὴ πλουσιώτερος ἀλλ' ἐνδοξότερος· πολλῶν γὰρ χρημάτων κρείττων ὁ παρὰ τοῦ πλήθους ἔπαινος. Lycurgus adv. Leocr. 174, 3. R. ἔτι δὲ καὶ δίκαιον τὸν ἔπαινον, ὃς μόνος ἆθλον τῶν κινδύνων τοῖς ἀγαθοῖς ἀνδράσιν ἐστι, κ. τ. λ. Cicero pro Arch. 11.: *Nullam enim virtus aliam mercedem laborum periculorumque desiderat praeter hanc laudis et gloriae.* Sic etiam Aristoteles politicae vitae finem statuit honorem: vid. Stephani Diatr. Is. V. p. 16. Exemplum Cyri habemus apud Xenoph. Cyrop. I, 2, 1. omnia tolerantis τοῦ ἐπαινεῖσθαι ἕνεκα. (*Bergmann.*) Quo frequentiora et majora Isocratis temporibus praemia ab Atheniensibus viris de republica meritis tribuebantur, eo rariora et minora antiquis temporibus fuisse recte ab Isocrate hic significatur. Testis idoneus est Plutarch. Cim. 8. ubi narratur, Miltiadi quamvis petenti ne oleagineam quidem coronam a populo esse tributam. Vide inprimis Westermanni Comment. de publicis Atheniensium honoribus ac praemiis Lips. 1830. 8. qui singula diligenter enarravit, locumque Demosth. in Lept. p. 500. ed. Reisk. §. 141. ed. Bekk. attulit: Πρὸς δὲ τούτοις τοιούτοις οὖσιν οὐδεὶς πώποτε τὴν πόλιν ἡμῶν εὖ ποιῶν δοκεῖ νικῆσαι· τοσαύτας ὑπερβολὰς τῶν δωρεῶν, αἷς ἀντευποιεῖ, παρεσχῆται. Unde simul patet, quae λήμματα ista fuerint, quorum cupidi magistratus ab Isocrate dicuntur. Multa autem nobis sunt relicta plebiscita, quibus singuli de republica bene meriti viri laudantur. v. ibid. §. 6. (*B.*)

ταύτῃ τῇ τιμῇ] Sic scripsi cum Bekkero Urbinatem secutus. Vulgo: ταύτην τὴν τιμὴν habent. Utrumque usitatum. Cum Accusativo struitur Areop. 143. c. ad Demon. 8. b. Phil. 91. b. 108. Panath. 258. c. cum Dativo Nicocl. 35. de Pace 160. (ubi Dion. Accus. habet.) Panath. 237. c. Ep. II, 411. cum ἐπὶ et Dativo

de Pace 163. e. (ubi vulgo ἐφ' omittunt) 177. Panath. 242. (*B.*)

ταῖς μεγίσταις ζημίαις περιπίπτειν] Constat Eponymum, qui ebrius in publicum prodiisset, ex Solònis lege capitis esse damnatum. Vid. plura allata a Wachsmuthio Antiqu. Gr. T. II. P. 1. p. 261–62. (*B.*)

καίτοι πῶς ἄν τις] Narrationem et contentionem sequitur epiphonema seu commendatio, epilogi vice. (*Wolf.*)

εὕροι ταύτης βεβαιοτέραν ἢ δικαιοτέραν δημοκρατίαν] Sic Bekk. Urbin. secutus scripsit, vulgo *ταύτης ἢ β. ἢ δ. δημοκρατίαν εὕροι* habent. Librarii saepius particulam *ἢ*, cui alterum *ἢ* respondeat, inseruerunt. Vid. de Pace 186. e. Evag. 196. d. Conferendus autem est cum hoc loco Panath. 263. ubi haec leguntur: *περὶ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους καθίστασαν ἐπὶ τὰς ἀρχὰς τοὺς προκριθέντας ὑπὸ τῶν φυλετῶν καὶ δημοτῶν, οὐ περιμαχήτους αὐτὰς ποιήσαντες οὐδ' ἐπιθυμίας ἀξίας, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον λειτουργίαις ὁμοίας ταῖς ἐνοχλούσαις μὲν οἷς ἂν προσταχθῶσι, τιμὴν δέ τινα περιτιθείσαις αὐτοῖς· ἔδει γὰρ τοὺς ἄρχειν αἱρηθέντας τῶν τε κτημάτων τῶν ἰδίων ἀμελεῖν, καὶ τῶν λημμάτων τῶν εἰθισμένων δίδοσθαι ταῖς ἀρχαῖς ἀπέχεσθαι μηδὲν ἧττον ἢ τῶν ἱερῶν (ἃ τίς ἂν ἐν τοῖς νῦν καθεστῶσιν ὑπομείνειεν;) καὶ τοὺς μὲν ἀκριβεῖς περὶ ταύτας γιγνομένους* (rectius fortasse cum Cor. leges *γενομένους* v. supra) *μετρίως ἐπαινεθέντας ἐφ' ἑτέραν ἐπιμέλειαν τάττεσθαι τοιαύτην, τοὺς δὲ καὶ μικρὸν παραβάντας ταῖς ἐσχάταις αἰσχύναις καὶ μεγίσταις ζημίαις περιπίπτειν· ὥστε μηδένα τῶν πολιτῶν ὥσπερ νῦν διακεῖσθαι πρὸς τὰς ἀρχὰς, ἀλλὰ μᾶλλον τότε ταύτας φεύγειν ἢ νῦν διώκειν, καὶ πάντας νομίζειν μηδέποτ' ἂν γενέσθαι δημοκρατίαν ἀληθεστέραν μηδὲ βεβαιοτέραν μηδὲ μᾶλλον τῷ πλήθει συμφέρουσαν τῆς τῶν μὲν τοιούτων πραγματειῶν ἀτέλειαν τῷ δήμῳ διδούσης, τοῦ δὲ τὰς ἀρχὰς καταστῆσαι καὶ λαβεῖν δίκην παρὰ τῶν ἐξαμαρτόντων κύριον ποιούσης, ἅπερ ὑπάρχει καὶ τῶν τυράννων τοῖς εὐδαιμονεστάτοις.* Descripsi hunc locum, quia plura, quae nostro in loco minus accurate expressa sunt, inde explicari possunt. Primum enim inde patet, revera de electione magistratuum sermonem esse, nec de probatione tantum et quae tum secuta sit electione, uti Berg-

mannus voluit. Dicit enim τοὺς ἄρχειν αἱρεθέντας. Deinde elucet clarius, λήμματα ista et poenae quaenam fuerint. Pecunias enim, σίτησιν et ἀτέλειαν esse intelligendas, facile potest perspici, uti etiam ad poenas non tantum, capitis damnatio sed etiam ἀτιμία (αἰσχάταις αἰσχύναις) referenda erit. Hoc autem obiter moneo, voces μηδὲ βεβαιοτέραν, quas Bekk. in loco Panath. ex Urb. addidit, fortasse ex nostro loco fluxisse, cum illi βεβαιοτέραν quod nostro in loco legitur ἀληθεστέραν, et illi δικαιοτέραν, τὴν τῷ πλήθει συμφέρουσαν respondere videatur. (*B.*)

τῆς τοὺς μὲν δυνατωτάτους ἐπὶ τ. π. κ.] Propter locum e Cap. VIII. τοὺς ἱκανωτάτους ἐφ' ἕκαστον τῶν ἔργων προκρίνοντες, putet forte quis, hic reponendum esse ἱκανωτάτους id vero minus recte. Referri enim potest ad antecedentia τοὺς δὲ σχολὴν ἄγειν δυναμένους κ. τ. λ. (*Bergmann.*) Ad hos minime potest referri. Sed est eodem sensu dictum, quo legitur Plat. 297. c. τῶν ῥητόρων τοὺς δυνατωτάτους, ubi vulgo τοὺς ἱκανωτάτους habent. cf. plur. loc. ap. Xenoph. a Sturzio in Lex. Xenoph. allatos, ubi *aptum, peritum* significat. (*B.*)

CAP. X.

§. 28. Τὸ μὲν οὖν σύνταγμα] Ne prolixior commemoratio fastidium pariat, monet auditores, ut ex his reliqua ipsi colligant. Sic Aeneas Virgilianus:

Accipe nunc Danaum insidias, et crimine ab uno
Disce omnes. —

τὸ σύνταγμα τῆς πολιτείας appellat ὅλην τὴν διοίκησιν, ipsam reipubl. formam: quae quasi totum quoddam corpus est, idque sanum et integrum et vegetum atque alacre. Actiones vero ejus urbanae et bellicae, et sacrae et profanae sunt quasi membra et partes, quarum singulae suo munere funguntur: sicut in corpore humano vident oculi, audiunt aures, laborant manus, ambulant pedes, concoquit stomachus et sic caetera. (*Wolf.*) Wolfius oratoris sensum non recte cepit. Non enim auditores monet, ut ipsi singula inde colligant, sed tota reipublicae administrandae ratione considerata ad singula ipse transit significans tantummodo, hoc, quod additurus sit, inde secutum esse, et facile posse perspici. (*B.*)

ῥᾴδιον καταμαθεῖν] Aoristum Bekkerus ex Urbin. recepit pro vulgato: *καθαμανθάνειν*, jure, cf. ad Demon. 3. c. Phil. 99. e. Areop. 151. b. de Pace 178. b. Evag. 198. b. Helen. 217. Panath. 252. b. 284. b. Ant. 318. c. §. 65. Ep. IX. §. 16. (*B.*)

καὶ τὰ κατὰ] Urb. articulum omittit. (*B.*)

κατὰ [τὴν] ἡμέραν ἑκάστην] Articulum, quem libri non habent, ex conjectura Dindorfii recepi, v. ejus adnot. ad Isocr. Paneg. p. 11. (*B.*)

καλὰς τὰς ὑποθέσεις] Demosthenes (Olynth. II, 21. §. 10.?) *τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ὑποθέσεις τῶν πραγμάτων χρὴ δικαίας εἶναι.* (*Wolf.*)

καὶ τὰ μέρη] Edd. Med. Ald. Isingr. Cod. Cor. LB. *καὶ κατὰ τὰ μέρη*, habent, quod Wolfius, quem cett. edd. usque ad Coraëm secuti sunt, in *καὶ τὰ κατὰ μέρη* mutavit. Coraës tamen jam recte monuit: *Καί μοι δοκεῖ ἡ τοιαύτη γραφὴ καὶ τὰ κατὰ μέρη διόρθωσις εἶναι, ἵνα συνάπτοιτο καταλληλότερον τῇ παρ' ἅπασι φερομένῃ τῶν προηγουμένων γραφῇ κατὰ δοτικὴν τοῖς . . . πεποιημένοις. Ταύτην οὖν ἡμεῖς τρέψαντες εἰς αἰτιατικὴν, διὰ τὴν συνήθειαν τοῦ Ῥήτορος* (147. e. 156. 173. c. 177. c. 295.) *φυλάξαι προσήκειν ἔγνωμεν καὶ τὴν γραφὴν, καὶ κατὰ τὰ μέρη. Ὁ νοῦς: Ἀνάγκη τοὺς τοῖς ὅλοις πράγμασι, τουτέστι τῇ πολιτείᾳ, καλὰς ὑποθέσεις, ἤγουν ἀρχὰς καὶ θεμελίους ὑποβεβληκότας, τὸν αὐτὸν τρόπον ἐκείνοις ἔχειν καὶ κατὰ τὰ μέρη.* Bergmannus contra haec monuit: „Recte Coraës *κατὰ τὰ μέρη* ex veteribus Edd. revocavit pro Wolfiano *τὰ κατὰ μέρη*: non item, meo quidem judicio, Dativum *τοῖς — πεποιημένοις* mutavit in Accusativum *τοὺς — πεποιημένους*, allatis aliis locis, ubi *ἀνάγκη* sequente Accusativo cum Infinitivo occurrit. Nec enim h. l. Dativus pendet ab *ἀνάγκη*, sed ab Infinitivo *ἔχειν*, dum sequens *ἐκείνοις* in hac constructione redundat, hoc sensu: *Necesse enim est, ut qui universam rerum administrationem recte instituant, apud eosdem, quod ad singulas partes attinet, res eodem modo sese habeat.* Similem sententiam habuimus Cap. IV.“ Melius nunc Bekk. ex Urb. *κατὰ*, quod aperte ex *καὶ τὰ* ortum est, omisit. (*B.*)

CAP. XI.

§. 29. *Καὶ πρῶτον μὲν*] Enumeratio quaedam partium reip. veteris generali commemorationi subjungitur. (*Wolf.*)

τὰ περὶ τοὺς θεοὺς] Primum caput, religio seu cultus Deorum, a quibus agendi sunt ducenda primordia, ut Plato et Cicero monent: et noster autor in Paraenesi (ad Demon. 4. d.) πρῶτον μὲν οὖν εὐσέβει τὰ πρὸς τοὺς θεούς. (*Wolf.*)

ἄρχεσθαι] Praesens Bekkerus dedit nihil monens de varietate scripturae. Ceteri autem libri exhibent ἄρξασθαι. (*B.*)

δίκαιον] Codd. N. I. X. Ed. Med. addunt ἦν μοι δοκεῖ, cod. H. ἡμῖν δοκεῖ, Cor. et LB. ἥ μοι δοκεῖ, Ald. Hag. Ising. Basil. et cett. edd. μοι δοκεῖ, Cor. ex conj. dedit δίκ. εἶναι μοι δοκεῖ, Bergmannus vulgatam: δίκαιόν μοι δοκεῖ revocavit, et Bekkerus locum ex Urb. sic dedit, uti hic scriptum est. Saepius autem δίκαιον sic copula omissa legitur, v. Nicocl. 27. c. Paneg. 51. d. 56. Phil. 88. d. Aegin. 393. quibus addas Panath. 245. b. et Loch. 398. d. ubi olim δίκαιόν ἐστιν legebatur. (*B.*)

οὐκ ἀνωμάλως οὐδ' ἀτάκτως] Prius pertinet ad sumptus, alias maximos, alias minimos: alterum ad tempora et statos dies. (*Wolf.*) Cett. edd. habent οὐδὲ (Wolfius vitio typothetae, uti videtur, in Annot. οὔτε) οὐδ' Bekk. jam dedit. (*B.*)

οὔτ' ἐθεράπευον, οὔτ' ὠργίαζον] Θεραπεύειν τὰ περὶ τοὺς θεοὺς ἀνωμάλως καὶ ἀτάκτως commode dicitur, sed ὀργιάζειν duriusculum est, si adjungas περὶ τοὺς θεούς. Quare videtur absolute capiendum. (*Wolf.*) Notetur illud de *sacris popularibus*, hoc de *arcanis* sive *mysteriis* accipiendum: sic de sacris Bonae Deae occurrit apud Plutarch. in Cicer. p. 870. b. Minus recte Ed. Wolf. min. Bas. ann. 1602. et aliae fortasse ὀργίαζον. (*Bergmann.*) Harpocration explicat ὀργιάζειν per θύειν καὶ τὰ νομιζόμενα δρᾶν, quo sensu Plat. Legg. IV, 187. dictum esse videtur. Cf. etiam Etym. M. S. voce Ἱεράτω. De discrimine igitur, quod Bergmannus hic inter voces θεραπεύειν et ὀργιάζειν statuit, eodem jure dubitari poterit, quo de eo, quod supra Wolfius inter ἀνωμάλως et ἀτάκτως esse censet, dubi-

tandum esse puto. Neminem certe haec vocum similium cumulatio in Isocrate offendet. Quid autem duri insit, si τὰ π. τ. θεοὺς cum ὀργιάζειν conjungatur, non video, certe non durius esse videtur, quam Platonis (Phaedr. 64.) ἣν (τελετὴν) ὀργιάζομεν. — Cett. edd. praeter Bekker. οὔτε — οὔτε exhibent. (*B.*)

ὁπότε] Hoc Bekk. ex Urb. pro vulgato: εἴποτε recepit, v. supra. (*B.*)

τριακοσίους βοῦς] Fortassis e praeda in bellis. Sicut Demosthenes (Olynth. III, 37. §. 31.) ducum meminit τῶν τὰ βοΐδια πεμψάντων ad solennium feriarum hilaritatem et splendorem. (*Wolf.*) Coraës pro τριακοσίους ex conjectura dedit τριακοσίας, haec monens: Τὰς βοῦς γὰρ θηλυκῶς οἱ Ἀττικοὶ, οὐ, τοὺς βοῦς, λέγειν εἰώθασι. Καὶ μάρτυρ αὐτὸς Ἰσοκράτης οὕτως ἐν ἄλλοις, (σελ. 119. d. καὶ 212. e.) χρησάμενος τῇ λέξει, ᾧ προστίθητι καὶ τὸν Ἀριστοφάνην (Ἱππ. 659.). Secutus est Bergmannus, qui femininum in LB. invenit. Addi potest locis a Cor. allatis Demosth. de f. leg. 426. §. 265. Xenophon tamen in Anab. IV, 8, 25. dicit: ἦλθον δὲ αὐτοῖς ἱκανοὶ βόες ἀποθῦσαι τῷ Διὶ τῷ Σωτῆρι καὶ τῷ Ἡρακλεῖ ἡγεμόσυνα, καὶ τοῖς ἄλλοις θεοῖς, ἃ εὔξαντο, et saep. v. Sturz. Lex. Xenoph. s. h. v. Retinui igitur vulgatam. De sacrificiis his apud Athenienses frequentissimis et pretiosissimis v. Boeckh. Oec. Pol. I. 226. et Wachsmuth. Antiqu. Gr. T. II. P.II. p. 228., qui Athen. I, 3. d. excitat narrantem, Cononem moenibus Athenarum restitutis centum boves immolasse. (*B.*)

ἔπεμπον] Ἐν τῇ πομπῇ ἔθυον καὶ κατέβαλλον. Nam τὸ πέμπειν ἀντὶ τοῦ πομπεύειν hic poni videtur: nisi quis forte intelligere malit de sacrificiis, quae Athenienses in externa templa, ut Delphici Apollinis et Iovis Olympici aliorumque Deorum miserunt. (*Wolf.*) Dicitur ἔπεμπον quia in pompa ducebantur immolandae victimae. (*Aug.*) Rectius Bergmannus: „Posterius (in Wolf. annot.) praeferam, quae fuit praecipua pietatis pars apud Graecos: vid. Casaubonus ad Theophr. p. 329. qui hoc ipso loco utitur.“

τὰς πατρίους θυσίας] Sacrificia antiquitus (a Solone ἐν ταῖς κύρβεσι) instituta. V. infra. (*B.*)

ἐξέλειπον] Imperfectum jam dedit Coraës pro ceter. ἐξέλιπον, quod Bergmannus servavit. Nec Coraës

nec Bekk. (qui cum Coraë Imperfectum recepit) aliquid de hac re monuerant. (*B.*)

τὰς μὲν ἐπιθέτους ἑορτάς] Id est, τὰς μὴ πατρίους, ἄλλως δὲ ψηφισθείσας, autore Suida Feriae non statae, sed conceptivae: festa non solemnia, sed vel peregrina, vel extra ordinem instituta, sive ex oraculo ad placandam iram Deorum, sive ob rem bene gestam, et si quid aliud est ejus generis. (*Wolf.*) Τὰς μὴ πατρίους, ἄλλως δὲ ἐπιψηφισθείσας, ἐπιθέτους ἐκάλουν. Harp. (*Batt.*) Explicant Grammatici, Harpocration, Suidas et Etymologus, *τὰς μὴ πατρίους, ἄλλως δὲ ἐπιψηφισθείσας,* quae Areopagi judicio adsciscebantur, uti sequentia declarant: addunt enim *ἐλέγετο δὲ παρ' αὐτοῖς καὶ ἄλλα* (*ἄλλα* solius est Etymologi) *ἐπίθετα, τινὰ, ὁπόσα μὴ πάτρια ὄντα ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴ ἐδίκαζεν.* Cf. Valesius ad Harp. p. 29. (*Bergmann.*)

αἷς ἑστιάσίς τις προσείη] Hinc apparet, eos ventrem magis, quam religionem curasse. Sicut a nobis etiam sancti Martini et Bacchi memoria religiosius colitur, quam dies Dominicae passionis. (*Wolf.*) Τὰς δημοθοινίας λέγει, περὶ ὧν καὶ Ξενοφῶν (*Ἀθην. πολιτ. Β, θ'*) φησὶ, „Θύουσιν οὖν δημοσίᾳ μὲν ἡ πόλις ἱερεῖα πολλά· ἔστι δὲ ὁ δῆμος ὁ εὐωχούμενος καὶ διαλαγχάνων τὰ ἱερεῖα." (*Cor.*) Similiter Isaeus de Astyphili hered. p. 76. §. 22. memorat *τὰς θυσίας, — ἐν αἷσπερ οἱ ἄλλοι Ἀθηναῖοι ἑστιῶνται.* (*Bergmann.*) Boeckhius sumptus harum epularum, quas *ἑστιάτωρ* praebebat, ad septingentas drachmas fuisse contendit. v. Boeckh. Oec. Polit. I, 498. Urbin. habet *ἱστίασις.* (*B.*)

μεγαλοπρεπῶς] Idem est, quod mox dicitur *ἐν πολυτελείαις.* (*Bergmann.*)

τοῖς ἁγιωτάτοις τῶν ἱερῶν] Ἃ φθὰς πατρίους θυσίας ἐκάλεσεν· ἦσαν δὲ ταῦτα τὰ ἐν ταῖς κύρβεσι γεγραμμένα, ἣ δῆλον γενήσεται τῷ βουλομένῳ παραβαλεῖν τὰ Ἰσοκράτους τοῖς τοῦ Λυσίου (*κατὰ Νικομάχ.* p. 184. et 185.) (*Cor.*) Cf. et Plutarchus in Solone p. 92. B. (*Bergmann.*)

ἀπὸ μισθωμάτων ἔθυον] Id est *ἐκ τῶν τεμενικῶν προσόδων*, ut exponit Harpocration, cujus haec verba sunt: *ἑκάστῳ θεῷ πλέθρα γῆς ἀπένεμον· ἐξ ὧν μισθουμένων αἱ εἰς τὰς θυσίας ἐγένοντο δαπάναι. οὐ γὰρ κατ' εὐσέβειαν ἔθυον τὰ ἱερεῖα, ἀλλὰ μισθούμενοι.*

Suidas μίσθωμα exponit, μισθὸν ἑταιρικὸν, quae esset ὑπερβολὴ ἀσεβείας καὶ καταφρονήσεως τῆς περὶ τὸ θεῖον, idque Moses interdixit; ἐκ μισθοῦ γυναικὸς (inquit Josephus) ἡταιρημένης θυσίας μὴ τελεῖν. ἥδεσθαι γὰρ μηδενὶ τῶν ἀφ' ὕβρεως τὸ θεῖον. χείρω δ' οὐκ ἂν εἴη τῆς ἐπὶ τοῖς σώμασιν αἰσχύνης, et Salomon Proverbiorum 19. αἰσχύνη πατρὶ υἱὸς ἄφρων καὶ οὐχ ἁγναὶ εὐχαὶ μισθώματος ἑταίρας. In Actis Apostolorum μίσθωμα dicitur μισθωτὴ οἰκία. Ego Harpocrationem secutus de reditibus locationis converti potius, quam de collectis aut de stipe emendicata. (*Wolf.*) Probaverunt hanc explicationem Battieus, Augerus, Langius, non ita Coraës, qui haec habet: „Ἀλλὰ (χρὴ γὰρ τἀληθὲς φάναι) ἡ τοῦ Διδύμου (παρὰ τῷ Ἁρποκρατίωνι σελ. 23.) ἐξήγησις αὕτη αὐτοῦ τοῦ ἐξηγουμένου ἀπορωτέρα μοι ἔδοξεν. Οὐδὲν γὰρ μᾶλλον ἦν ἀσεβὲς τὸ ἐκ τῶν τεμενικῶν προσόδων θύειν τοῖς θεοῖς, τοῦ γιγνομένου νῦν παρ' ἡμῖν ἐν ταῖς χριστιανικαῖς ἑορταῖς, εἰς ἃς ἡ γιγνομένη δαπάνη ἐκ τῶν απονενεμημένων τοῖς ναοῖς προσόδων ἐστίν. Εἰς τοῦτο γὰρ πάλαι τε καὶ νῦν ἀπονενέμηνται τοῖς ναοῖς αἱ πρόσοδοι, ἵν' οἱ διοικοῦντες αὐτοὺς δαπανᾶν ἔχωσιν, ὁπότε δεήσειεν, εἰς τὰς ἑορτὰς καὶ τὰς ἀεὶ προσπιπτούσας λοιπὰς χρείας. Ἔστι δὲ καὶ ἐκ τοῦ Λυσίου (κατὰ Νικομάχ. σελ. 185. §. 19.) πιστώσασθαι ὅτι τὸ ἀπὸ τῶν προσόδων θύειν ἕτερόν τί ἐστι τοῦ ἀπὸ μισθωμάτων· ταὐτὰ γὰρ τῷ Ἰσοκράτει κἀκεῖνος λέγει περὶ τῆς τῶν πατρίων ὀλιγωρίας, διὰ τὴν εἰς τὰ περιττὰ ἀσωτίαν· „Πῶς δ' ἄν τις εὐσεβέστερος γένοιτο ἐμοῦ, ὅστις ἀξιῶ πρῶτον μὲν κατὰ τὰ πάτρια θύειν, ἔπειτα ἃ μᾶλλον συμφέρει τῇ πόλει· ἔτι δὲ ἃ ὁ δῆμος ἐψηφίσατο καὶ δυνησόμεθα δαπανᾶν ἐκ τῶν προσιόντων χρημάτων· σὺ δὲ, ὦ Νικόμαχε, τούτων τἀναντία πεποίηκας· ἀναγράψας γὰρ πλείω τῶν προσταχθέντων αἴτιος γεγένησαι τὰ προσιόντα χρήματα εἰς ταῦτα μὲν ἀναλίσκεσθαι, ἐν δὲ ταῖς πατρίοις θυσίαις ἐπιλείπειν.“ κ. τ. λ. Μήποτε οὖν τὸ ἀπὸ μισθωμάτων ἐκεῖνο μᾶλλον σημαίνει, ὅπερ ἡ συνήθεια ἀπὸ κοπτικοῦ ἢ ἀποκοπτικοῦ λέγει, ἡ δὲ τῶν Γαλατῶν φωνὴ au rabais, ὡς ἐξεδέξατο καὶ Οὐαλέσιος ἐν ταῖς εἰς Ἁρποκρατίωνα σημειώσεσιν. Ἔστι δὲ τοῦτο τὸ μισθοῦ ἐκδιδόναι τινὶ, οὐ κατὰ μέρη, ἀλλ' ὁλοκλήρως οὕτως, ὥστε τὸν ἐργολαβήσαντα ἐπ' ἀδήλῳ σαλεύειν τῷ κέρδει τῷ

ἀπὸ τούτου, ἢ τῇ ζημίᾳ, οὐδὲν ἧττον ἢ τὸν ἐκδόντα· οἷον, ἐπὶ τοῦ προκειμένου, εἰ ἔδει ἑκατόμβην τοῖς θεοῖς θῦσαι κατὰ τὰ πάτρια, αἱ δὲ πρόσοδοι οὐκ ἐξήρκουν εἰς ἑκατὸν βοῶν ὠνὴν, διὰ τὸ προκαταναλῶσθαι αὐτὰς εἰς τὰς μὴ πατρίους ἀλλ' ἐπιθέτους ἑορτὰς καὶ θυσίας, ἐμίσθουν οἱ τῶν ἱερῶν διοικηταὶ τὴν ἑορτὴν καὶ τὴν θυσίαν τῷ ἐξ ἐλαχίστου ποιήσειν αὐτὰς ὑφισταμένῳ· καὶ ἐκαλεῖτο τοῦτο, *ἀπὸ μισθωμάτων θύειν*. Οὐ μόνον δὲ θυσίας, ἀλλὰ καὶ τριηραρχίας, καὶ τὰς ἄλλας λειτουργίας ἀπὸ μισθωμάτων ἐλειτούργουν, ἢ δῆλον ἐξ ὧν φησὶ (περὶ τῆς τοῦ Στεφ. τριηραρχ. σελ. 1230.) Δημοσθένης „Σκεψάμενοι γὰρ τὸν *ἐξ ἐλαχίστου* τριηραρχεῖν βουλόμενον *μεμισθώκασι* τὴν λειτουργίαν". Cum qua interpretatione fere consentiunt duo Veteres Grammatici in Bekkeri An. Gr. V. I. p. 207. et 432. (*Bergmann.*) De loco Lexic. Seg. ap. Bekk. l. l. p. 207. v. Boeckh. Oec. Pol. I, 226. n. 254. (*B.*)

§. 30. *Ἐτήρουν*] Wolfius sic castigavit, quod male scriptum invenerat ἐτύρουν (monens: „τυρεύειν, τὸ κατασκευάζειν huc non pertinet.")

ὅπως — καταλύσουσι — προσθήσουσιν] Wolfius ediderat καταλύσωσι — προσθήσωσιν. Προσθήσουσιν habent Ald. (Hagan.) Isingr. Cod. LB. et alius Corais (it. Bekkeri) καταλύσουσι — προσθήσουσι ex Med. probavit Langius, et utrumque recepit etiam Coraës, illud, ut ait, ἐξ ἀρχαίας ἐκδόσεως (quamnam intelligat non dicit*) hoc e suo Cod. Veram hanc esse lectionem probat locus Veteris Grammatici ap. Bekkerum. V. I. p. 157.: Μή· ἐν μέλλοντι μετὰ ὁριστικῆς ἐγκλίσεως. ἐκ τοῦ κατὰ Τιμοκράτους „ὅπως δὲ οὗτοι τὰ αἴσχιστα καὶ τὰ δεινότατα ποιοῦντες δίκην μὴ δώσουσιν". Ἰσοκράτης ἐν Πανηγυρικῷ „ὅπως μηδὲν μήτε τῶν πατρίων καταλύουσι, μήτε ἔξω τῶν νομιζομένων προσθήσουσιν." τοῦτο δὲ ἐποίησεν ὁ *ὅπως* σύνδεσμος, ὅστις παρὰ τοῖς ῥήτορσιν ὁριστικοῖς συντασσόμενος ἐκοίμησε τὴν δύναμιν τοῦ *μὴ* μετὰ μέλλοντος, ὑποτακτικὴν ἔγκλισιν ἐπιζητοῦντος ἢ τὴν ἰσοδυναμοῦσαν αὐτῇ εὐκτικὴν, ὡς τὸ *μὴ μετάσχοιτε τροφῆς*. Quod Panegyricum pro Areopagitico laudavit, fortasse memoriae lapsus est: gravius est, quod habet καταλύουσι, quod, quia librariorum vitio

---

*) Aperte eandem, quam saepius sic nominat, i. e. Mediol. B.

tribuendum videtur, cum praesenti nullus hic locus sit, indicat eum legisse καταλύσουσι. Sed videamus, quid sibi velit hac disputatione. Μὴ, inquit, *si futurum sequatur, construitur cum modo indicativo:* hic enim est sensus verborum. Hoc probat primum verbis Demosth. adv. Timocratem memoriter, ut videtur, laudatis: nam apud eum legitur p. 739, §. 123.: οὗτοι δ' ὅπως οἱ τὰ αἰσχ. κ. τ. λ. Addit nostrum locum ex Areop. in quo eum modo indicativo legisse perspicuum est; alioquin nulla ipsius argumentationi vis inesset. Jam rationem reddit, cur sequatur *indicativus*, non *subjunctivus*. *Efficit hac*, inquit, *copula* ὅπως, *quae apud oratores cum indicativis construi solita reprimit vim particulae* μὴ *cum futuro, semper conjunctivum modum postulantis, aut, qui idem valet, optativum, ut in his verbis:* μὴ μετάσχοιτε τροφῆς. De simplici μὴ multis disputat Thomas Mag. p. 611. et sqq. Observatione particulam ὅπως cum indicativo poni solere sese tuentur, quae supra p. 91. de loco ex Orat. de Pace scripsimus. Cff. loca Aeschyli in Prom. 68. et Aristoph. in Ran. 7. a Thoma allata p. 613. Langius in Or. ad Phil. c. XLVIII. pro Wolfiano ὅπως τῷ προγόνῳ σαυτὸν ὅμοιον παρασκευάσῃς ex Ald. recepit παρασκευάσεις laudatis Fr. Aug. Wolfio ad Demosth. Lept. p. 266. et 375., et Findeisenio ad Isocr. Evag. p. 4. (*Bergmann.*) Conjunctivo hic non est locus, quia revera putabant hoc futurum esse, nec in re, quae de ipsorum pendebat voluntate, de metu cogitandum est. Indicativi enim et conjunctivi cum ὅπως constructiones eo differunt, quod indicativus opinionem aut voluntatem, certa temporis notatione adjuncta, conjunctivus autem metum vel dubitationem carentem notatione temporis, sed praesentem eo tempore, quod in principali verbo est, continet. Vid. *Hermannum* de Partic. ἂν Lib. II, c. XII. p. 124. Fit autem hoc praecipue in *adhortationibus*, ut ὅπως cum indicat. futur. struatur, quia qui adhortatur, certam opinionem aut voluntatem, certa etiam temporis notatione adjuncta, exprimere solet. Sic post φυλακτέον Archid. 135. c. Antid. 314. et §. 318. (ubi Laur. male ποιήσητε habet) μελετᾶν et sim. Phil. 106. b. Evag. 207. προσέχειν τὸν νοῦν, Nicocl. 17. et Evag. 204. e. (ubi Ald. uti solet, δυνήσῃ praebet) σκέπτεσθαι, Panath. 267. c. Archid. 130. d.

(ubi haec leguntur: σκεπτέον δ' ὅπως ἀξίως ἡμῶν αὐτῶν πολεμήσομεν, καὶ μὴ τοὺς εἰθισμένους ἐγκωμιάζειν τὴν πόλιν ἐλέγξομεν ψευδεῖς ὄντας, ἀλλὰ τοιούτους ἡμᾶς αὐτοὺς παρασχήσομεν, ibi Codd. Urb. Laur. ed. Ald. πολεμήσωμεν exhibent, Laur. Cod. Cor. et cett. libri praet. Urb. ἐλέγξωμεν, et denique Laur. παράσχωμεν, alii παρασχήσωμεν praebent. Si adhortatio non inesset his, conjunctivos praeferendos esse censerem, quia revera metus aderat, ne Lacedaemonii bellum indigno modo gererent, sed qui adhortatur, non tam metum quam fiduciam prae se ferre solet.) et Ep. VI, 420. (ubi vulgo συντείνωσι habent). σκοπεῖν ad Dem. 4. b. ad Nicocl. 18. Paneg. 80. d. Archid. 136. b. Plat. 301. Antid. §. 140. 331. et Paneg. 76. d. (ubi al. ἀπαλλαγησώμεθα legunt) 78. d. (Wolf. et Steph. conjunctiv. habent) Plat. 299. d. (ubi ceteri libri praet. Urb. conjunct. praebent.) Sed non solum in adhortationibus, sed etiam aliis in locis post haec et similia verba ὅπως cum indicativo futuri jungitur. Veluti post σκοπεῖν Ep. VII, 422. Areop. 142. d. (ubi tamen conjunctivus, quem Urb. LB. et Med. tuentur, praeferendus esse videtur, quia revera metus adest, ne praesens rerum status non emendetur.) Evag. 199. e. (ubi in verbis: σκοπουμένοις δ' αὐτοῖς ὅπως τῶν συμφορῶν αὐτὴν ἀπαλλάξουσι, cett. libri praeter Urb. ἀπαλλάξωσι praebent, fortasse rectius. Magis enim consultatio, quam certa de eventu opinio hic exprimenda est.) βλέπειν Panath. 272. c. φροντίζειν Antid. §. 326. (ubi Ambr. et Laur. Vat. ἀπολαύσωνται exhibent, minus recte.) μελετᾶν et sim. de Pace 159. d. Evag. 189. c. (ubi cett. libr. praet. Urb. et Vatic. καταλείψωσιν exhibent) Antid. §. 265. (ubi Laur. male παραστήσωσι habet.) προσέχειν τ. νοῦν Antid. §. 297. et 132. (ubi in Ambr. εὐδοκιμήσῃ legitur.) Adde Paneg. 67. b. Evag. 193. e. Panath. 253. b. Trapez. 362. c. Certa opinionis declaratio apparet etiam in iis locis, ubi οὐκ ἔστιν praecedit. Phil. 107. c. Archid. 126. Areop. 155. e. Panath. 264. e. 276. b. Plat. 303. c. Antid. §. 138. 160. Quibus addas Paneg. 77. ubi Urb. pr. m. οὐκ ἔστιν omittit, et Antid. §. 295. ubi Laur. male ποιήσηται habet. Jungitur autem sic ὅπως non tantum indicativo futuri sed cujusvis temporis; sic c. indic. praesentis Phil. 86. οὐκ

ἔστιν ὅπως οὐκ οἴεται. Non tamen huc referendum esse censeo locum Antid. §. 278. ubi haec leguntur: οὐ μὴν ἀλλὰ μικρά γε μνησθήσομαι περὶ αὐτῶν, μάλιστα μὲν ὅτι κἀκεῖνοι περὶ ἡμῶν, ἔπειθ' ὅπως ἂν ὑμεῖς (Ambr. ἡμεῖς) σαφέστερον (Laur. σαφῶς v. supra p. 194.) εἰδότες τὴν δύναμιν αὐτῶν οὕτω διάκεισθε πρὸς ἑκάστους (Laur. ἕκαστος, Orell. ἑκατέρους) ἡμῶν ὥσπερ δίκαιόν ἐστι. Hoc in loco ubi Vatic. διάκεισθε, cett. libri διακεῖσθαι praebent, Orellius διακῆσθε dedit, Bekkerus autem rectius διακέησθε conjecit probante Matth. Gr. Gr. p. 1003. Equidem indicativum defenderim, verbaque ita struenda esse censuerim: μνησθήσομαι περὶ αὐτῶν, μάλιστα μὲν, ὅτι κἀκεῖνοι περὶ ἡμῶν (σαφέστερον εἰδότες οὕτω διάκεινται κ. τ. λ.) ἔπειθ' (ὑμεῖς) ὅπως ἂν ὑμεῖς σαφ. εἰδ. (ἦτε), οὕτω διάκ. ὅπως enim et cum participiis (οὐδ' ὅπως Phil. 86.) et cum infinitivis (οὐχ ὅπως certe Ep. IV, 414. c.) jungi, satis constat. V. locos a. Zeun. ad Viger. p. 432. allatos. Ita etiam constat, saepe voces quasdam apud ὅπως esse omissas, veluti Phil. 84. haec leguntur: ἔφθητε ποιησάμενοι τὴν εἰρήνην — σωφρονοῦντες· ὅπως γὰρ οὖν πεπρᾶχθαι κρεῖττον ἦν αὐτὴν ἢ συνέχεσθαι τοῖς κακοῖς τοῖς διὰ τὸν πόλεμον γιγνομένοις, ubi ad ὅπως ex πεπρᾶχθαι repetendum est πέπρακται. De οὐχ ὅπως v. quae disputavit *Hermannus* ad Vig. p. 799., ex Isocrate cf. Areop. 146. Busir. 222. b. 229. b. Plat. 297. d. 301. d. et Antid. §. 307., ubi tamen non indicativus sed optativus cum ἂν sequitur. — Nec minus ὅπως cum indicativo praeteritorum jungitur, in sententiis negativis (οὐκ ἔστιν, οὐκ οἶδ' ὅπως); solet tamen Isocrates hic ἂν addere, v. Panath. 285. b. Antid. §. 220. et Aegin. 387. Sin autem quis suam tantummodo proponit opinionem de aliqua re, post οὐκ ἔστιν et οὐκ οἶδ' ὅπως Optativus Aor. c. ἂν sequi solet, v. Busir. 222. c. Panath. 265. d. Paneg. 53. e. Antid. §. 108. 209. Ep. VI, 418. c. ubi vulgo non recte ἂν omittunt, de Pace 160. e. ubi Urb. δυνηθῶσιν praebet pro δυνηθεῖεν. (Panath. 290. nunc ὅστις legitur pro ὅπως.) Sic etiam Optativus recte habet Trapez. 363. c. οὐ μόνον περὶ τῆς βασάνου — ἐδεδοίκει — ἀλλὰ καὶ περὶ τοῦ γραμματείου, ὅπως μὴ ὑπὸ τοῦ Μενεξένου συλληφθήσοιτο (vulgo: συλληφθείη) et Euth. 402. b. ὥστε μὴ περὶ τοῦτ' (Cor. conj. περὶ τούτου prob. Bekk.) εἶναι

Νικία, ὅπως συκοφαντῶν τἀλλότρια λήψοιτο, ἀλλ' ὅπως μηδὲν ἀδικῶν κακόν τι πείσοιτο, ubi cum Bekkero μὴ μηδὲν malim, εἶναι hic praeteriti temporis locum tenet. (Plat. 308. b. nunc pro ἐνθυμουμένους ὅπως legitur οὔ πως.) Si vero de re praesenti sermo est, ὅπως cum conjunctivo strui solet, idque praecipue in *deliberatione* fit, uti Busir. 229. e. legitur: ἀποροῦσι δ' ὅπως ποιήσωσιν, ubi Urb. et Ald. non recte ποιήσουσιν habent. (Panath. 250. d. nunc ὅποι pro ὅπως legitur.) Deinde ubi exspecto me consilium propter naturam rei ipsam persecuturum esse, conjunctivus est scribendus, uti ad Dem. 6. b. Γύμναζε σεαυτὸν πόνοις ἑκουσίοις, ὅπως ἂν δύνῃ καὶ τοὺς ἀκουσίους ὑπομένειν, ubi vulgo δύναιο exhibent. Cf. Nicocl. 27. Plat. 297. d. Hoc autem non solum post tempora praesentia, sed etiam post praeterita fit, uti ad Dem. 11. e. ὅπως οὖν μὴ παρ' ἑτέρου τὰ λοιπὰ ζητῇς, ἀλλ' ἐντεῦθεν ὥσπερ ἐκ ταμιείου προφέρῃς, ᾠήθην δεῖν μηδὲν παραλιπεῖν, sensus enim est: ne nunc, postquam haec scripsi, ab alio quaeras. Phil. 113. ἡγοῦμαι δὲ καὶ τὰ πεπραγμένα πρότερον οὐκ ἄν ποτέ σοι γενέσθαι τηλικαῦτα τὸ μέγεθος, εἰ μή τις θεῶν αὐτὰ συγκατώρθωσεν, οὐχ ἵνα τοῖς βαρβάροις μόνον — πολεμῶν διατελῇς, ἀλλ' ὅπως ἂν ἐν τούτοις γυμνασθεὶς — τούτων ἐπιθυμήσῃς, ubi vulgo ἂν omittunt, rectius tamen addi videtur, quia conditio quaedam inest v. Herm. de Part. ἂν Lib. II, c. XI. p. 120. uti etiam addita est in Ep. VIII, 424. b. ἐδεήθησάν μου γράμματα πέμψαι πρὸς ὑμᾶς, ὅπως ἄν, ἐπειδὰν καὶ τῶν ἄλλων τινὰς καταγάγητε φυγάδων, καὶ τοῦτον καταδέξησθε. — In nostro autem loco hoc inprimis offendit, quod tempus praeteritum praecedit (ἐτήρουν) v. tamen Matth. Gr. Gr. §. 518. p. 991. Quod autem Grammat. in Anecd. supr. l. praesens καταλύουσι habet, Urb. confirmare videtur, idem enim exhibet, nequaquam tamen ferendum esse censeo, putoque Grammaticum revera καταλύσουσι scripsisse; mirum certe esset, cur nihil de praesente monuerit. Conjunctivum καταλύσωσι defendit Werferus in Act. Monac. I, 2. 273. (*B.*)

ἔξω τῶν νομιζομένων] Stallbaumius ad Plat. Phaed. p. 88. hyperbaton hoc in loco esse statuit, censens: ἔξω τῶν νομιζ. dictum esse pro τῶν ἔξω νομιζομένων, quae explicatio mihi non probabilis esse videtur.

Primum enim non tam de externis cultibus, quam de festis ἐπιθέτοις sermo est, quae num dici possint τὰ ἔξω νομιζόμενα valde dubito. Deinde causam non video, cur locum non simpliciter ita explicemus ut sit: nihil addebant quod non ad τὰ νομιζ. pertinebat (i. e. extra ea erat). τὰ νομιζόμενα autem sunt solita et patriis legibus sancita, quibus τὰ ἐπίθετα opposita sunt. Ita Aristot. Pol. II, 5. de Hippodamo haec refert: *Διῄρει δ' εἰς τρία μέρη τὴν χώραν, τὴν μὲν ἱεράν, τὴν δὲ δημοσίαν, τὴν δ' ἰδίαν· ὅθεν μὲν τὰ νομιζόμενα ποιήσουσι πρὸς τοὺς θεούς, ἱεράν.* (*B.*)

οὐ γὰρ ἐν ταῖς πολυτελείαις] Recte quidem hoc. Nam Deus animum spectat maxime, quod non infaceto aenigmate sic exponitur:

Dimidium sphaerae: sphaeram cum principe Romae
Exigit a nobis summi moderator Olympi.

hoc est, COR. (*Wolf.*) Conferri possunt, quae refert de Socrate Xenophon Mem. I, 3. §. 3. et praeceptum ad Nicocl. p. 18. *τὰ περὶ τοὺς θεοὺς ποιεῖ μὲν ὡς οἱ πρόγονοι κατέδειξαν κ. τ. λ.* (*Bergmann.*)

εἶναι] Ἐν τ. π. h. l. est *constare in*, uti et ap. Aristot. Rhet. I, 5. 21.: *τὸ πλουτεῖν ἐστιν ἐν τῷ χρῆσθαι μᾶλλον· ἢ ἐν τῷ κεκτῆσθαι.* (*Bergmann.*)

κινεῖν] Est *abrogare*, *immutare*. Sic in Evag. p. 190. c. *τὰ κινεῖν τῶν μὴ καλῶς ἐχόντων.* Conjungitur cum *μετατιθέναι* ad Nicocl. p. 18. b. In Evag. p. 201. d. convenit cum *λύειν*, *abrogare*. Herodotus III, 80. dixit *τὰ νόμαια κινεῖν.* (*Bergmann.*) Urb. pro *κινεῖν* praebet *ποιεῖν*, v. ad cap. XXXVIII. (*B.*)

καὶ γάρ τοι] Ἐν τῷ ἐμῷ φέρεται καὶ γάρ τοι καθὰ καὶ κατωτέρω (β')·ἐρεῖ „καὶ γάρ τοι διὰ ταύτην τὴν γνώμην." Διαφέρει δὲ οὐδενί, ὡς εἰπεῖν, ἑτέρῳ (τῷ τοιγάρτοι) ἢ τῷ σπανιώτερον εἶναι τὸ καὶ γάρ τοι τοῦ τοι γάρ τοι· τὸ μὲν γὰρ σημαίνει, καὶ γ' ἄρα τούτῳ (τουτέστι διὰ τοῦτο) τὸ δὲ τούτῳ γ' ἄρα τούτῳ· τὸ γάρ τοι σύνδεσμος, ἡ ἀντωνυμικὴ δοτικὴ τῷ ἐστί, κατὰ τὴν ἀρχαίαν γραφὴν τὴν πρὸ τῆς εὑρέσεως τοῦ ω. (*Cor.*) Idem quod Cor. Cod. habent etiam LB. et Urb., unde Bekk. *καὶ γάρ τοι* pro vulgato *τοιγάρτοι* in textum recepit. Quod autem Coraës dicit, *καὶ γάρ τοι* rarius esse, certe in Isocratem non cadit,

qui quidem infra 150. b. τοιγάρτοι dixit, sed καὶ γάρ τοι multo saepius, v. ad Nicocl. 15. c. Phil. 104. Areop. 146. d. 153. e. de Pace 159. d. (ubi vulgo καὶ γὰρ αὗτοὶ habent) 163. (ubi nunc τοι deletum est) Helen. 215. c. Antid. §. 305. Significat autem *etenim profecto, sane,* v. Herm. ad Vig. p. 531. (*B.*)

καὶ τὰ παρὰ τῶν θεῶν] Sicut, inquit, certa ratio divini cultus fuit, sic dii etiam tempestates certa ratione moderati sunt, et suos cultores ubertate frugum remunerati. Moses legis observatoribus prosperrima quaeque eodem plane modo quo Isocrates pollicetur, violatoribus autem terram ferream et coelum aeneum, et clades et morbos, mala denique omnia minitatur. Levitici 26. (*Wolf.*)

οὐκ ἐμπλήκτως οὐδὲ ταραχωδῶς] Recte Wolfius ad h. l. „Haec verba pertinent ad τὴν δυσκρασίαν τῶν ὡρῶν καὶ τῶν ἀέρων, cum anni quadrantes suam temperiem non servant. — Item τὸ ἐμπλήκτως huc etiam accommodari potest, cum subitae fiunt aëris et tempestatum mutationes." Prius ἐμπλήκτως Coraës interpretatur εὐμεταβόλως, pro quo Homerum Od. V, 132. ἐμπλήγδην dixisse ait. Certe si ita accipiatur, quodammodo explicatur eo, quod sequitur, ταραχωδῶς, quod idem valet ac ἀτάκτως, ἀκαίρως, quippe utrumque opponitur sequenti εὐκαίρως. Occurrit etiam ἐμπλήκτως apud Thucyd. III, 82. ubi Schol. interpretatur μανιωδῶς. Et cum aliis ejusdem significationis adverbiis, εὐήθως, ἀνοήτως, ἀφρόνως, ἐπιπλήκτως, ἐκφρόνως, ἀσυνέτως recensetur a Polluce V, 121. (*Bergmann.*)

CAP. XII.

§. 31. Παραπλησίως δὲ τοῖς εἰρημένοις] Vulgo legunt Παρ. τ. προειρημένοις, praepositionem cum Bekk. ex Urb. omisi. Libri saepius hac in re variant v. Phil. 104. d. Bus. 224. Panath. 255. 274. d. (*B.*)

τὰ πρὸς σφᾶς αὐτούς] Id est, ἀλλήλους. (*Wolf.*) Hoc est *civium inter se consuetudo.* Primum dixit de cultu Deorum: nunc progreditur ad privatae vitae rationem describendam, τὸν ἴδιον βίον, ut ipse

mox dicit. Cernitur autem in hac laude reprehensio aequalium, quos plane aliter egisse significat c. XXXVIII. (*Bergmann.*)

διῴκουν] Vitiose Isingr. δεῴκουν. (*Bergmann.*)

ἐποιοῦντο πρόνοιαν ἀλλήλων] *Πρόνοιαν ποιεῖσθαι τινός*, *curam gerere alicujus*, frequens apud Isocratem dictio. Vid. Paneg. p. 41. b. de Pace p. 175. d. Genitivus pendet a suppressa praepositione *περί*, quae addita reperitur ad Phil. 9. a. Plat. 297. Idem uno verbo dicitur *προνοεῖσθαι* Panath. 249. b., idemque significat quod *ἐπιμελεῖσθαι*, quippe opponitur *τῷ ἀμελεῖν* apud Galenum Protrept. c. VIII. *ἑστιώμενος — παρά τινι τῶν μὲν ἑαυτοῦ πάντων ἀκριβῶς* προνενοημένῳ, *μόνου δ' ἑαυτοῦ παντάπασιν ἠμεληκότι*. (*Bergmann.*)

τοὺς εὖ φρονοῦντας] Prudentes intelligunt, urbem neque sine divitibus, neque sine pauperibus constare posse. Nam pauperes ope divitum, divites opera pauperum indigent. De hac conjunctione principum et plebis praeclarus locus est in Sophoclis Ajace (v. 158.):

καίτοι σμικροὶ μεγάλων χωρὶς
σφαλερὸν πύργου ῥῦμα πέλονται.

(*Wolf.*)

§. 32. Ὥσθ'] Sic Bekk., cett. ὥστε. (*B.*)

τῶν σφετέρων αὐτῶν] Sic recte Med. Ald. (Hagan.) Isingr. Cod. LB. Edd. item Battiei (Augeri) et Corais. Minus recte Wolfius *τ. σφ. αὐτῶν*, quod et (Basil. et) Langius habet. Cf. cap. IX. init. (*Bergmann.*) *αὐτῶν* etiam Bekkerus habet, rectius tamen jam Dindorfius, *αὑτῶν*. cf. Nicocl. 33. b. Paneg. 56. c. 79. b. Phil. 92. 104. Archid. 118. d. 130. Areop. 144. c. 146. d. de Pace 179. 185. b. Bus. 229. c. Panath. 249. 252. e. 255. 256. d. 261. e. 270. 271. d. 280. b. Plat. 298. b. Antid. §. 66. 240. Callim. 382. d. 383. d. Aegin. 388. b. Loch. 398. d. Euth. 402. b. (*B.*)

ἡγούμενοι ὑπάρχειν] Cum his ex or. de Perm. *ἡγούμενος τὸν ἀγῶνα τὸν πρὸς ἐμὲ παρ' ἑτέρων χρηματισμὸν ποιήσειν, καὶ προςδοκῶν, κ. τ. λ.* comparat Orellius in Ann. p. 209. (*Bergmann.*)

αὑτοῖς] Sic Med. et Ald. (Hagan.) Minus recte Isingr. et LB. *αὐτοῖς*, quod et ediderunt Steph. Batt. Lang. Alterum Wolf. et Cor. (*Bergmann.*) Recte Berg-

mannus et Dindorfius αὐτοῖς scripserunt pro αὑτοῖς, quod Bekkerus in textu reliquit. Saepius hoc ab eo factum esse, ut formam simplicem αὐτὸν exhiberet, ubi reflexivam αὑτὸν exspectaveris, quia verbum secundarium, unde pendet pronomen, *Infinitivus* est, docebunt te loci Paneg. 44. b. ubi edd. Bas. et Dind. rectius αὑταῖς praebent. Ibid. 76. c. αὑτοῖς cum Dind. Phil. 84. b. 91. b. αὑταῖς, 96. d. Archid. 130. c. Areop. 148. b. αὑτῶν scribendum erit. De Pac. 188. Evag. 193. d. αὑτοῖς, ibid. 197. αὑτῷ, (Trapez. 360. 362. b. αὑτῷ Ep. IV, 415. e. αὑτὸν, VII, 423. b. αὑτῷ) exspectaveris. Paneg. 67. e. Plat. 300. c. Antid. §. 258. αὐτῶν defendi poterit, quia scriptor ambiguitatem evitasse videtur, uti etiam Trapez. 361. 363. c. et Aegin. 390. forma simplex defendenda erit, quia in narrationibus post verba *dicendi* reflexioni ad remotius nomen minus locus est. Idemque in narrationibus post verba *petendi* statuerim, veluti Areop. 154. (de quo loco infra vid.) Trapez. 362. b. Aegin. 388. d. et Ep. V, 417. b. (post ἐπιτρέπειν.) Recte autem formam reflexivam videbis a Bekkero editam Paneg. 53. c. Phil. 86. b. 93. c. 103. b. Archid. 118. c. Areop. 146. de Pace 185. c. Helen. 215. b. Panath. 248. e. 261. 267. d. 279. e. Plat. 299. d. 301. 303. d. Antid. 315. b. §. 248. de Big. 352. d. 353. e. Trapez. 360. 362. b. Aegin. 393. d. Isocrates tamen forma reflexiva non usus esse videtur, ubi Infinitivi per articulum a praecedenti verbo disjuncti sunt, veluti ad Nicocl. 19. d. τῷ πάντας — νομίζειν ὑπὲρ τῆς αὐτῶν σωτηρίας ἄμεινον ἑαυτῶν (scr. αὐτῶν) σε βουλεύεσθαι, ubi vulgo τῆς ἑαυτῶν σωτ. ἄ. σ. β., exhibent. Panath. 259. e. ἀριθμοῦσιν — διὰ τὸ μηδὲν πώποτ' αὐτοῖς μελῆσαι τῶν τοιούτων. Antid. §. 131. ἐσπούδαζε περὶ τὸ μηδεμίαν τῶν πόλεων μηδὲ μικρὰν ὑποψίαν περὶ αὐτοῦ λαβεῖν ὡς ἐπιβουλεύοντος. Ep. II, 408. b. διὰ τὸ περιποιῆσαι τὴν αὐτοῦ ψυχὴν τήν τε βασιλείαν κατέσχε, ita ut non dubitem, quin ibid. 408. c. in verbis παμπληθεῖς — ἡγεμόνες — διὰ τὸ προδιαφθαρῆναι πολλὰς μυριάδας αὐτοῖς συναπώλεσαν cum Ald. αὑτοῖς scribendum sit. Recte tamen forma reflexiva habet ad Demon. 6. 12. b. Plat. 307. b. Ep. IV, 415. c. (*B.*)

οὐχ ὅπως — ἀλλά] *Non solum non — sed*

etiam. Plenius οὐχ ὅπως — ἀλλὰ καὶ de Pace 186. c. (?) Busir. 222. b. Vid. Sluiteri Lect. And. p. 280. ab eoe que laudati. (*Bergmann.*) *Καὶ* additur, si alterum non solum contrarium sed etiam prorsus contra exspectationem factum est v. Busir. 222. b. et Antid. §. 307. In sententiis negative prolatis οὐδὲ dicitur: v. Busir. 229. b. Plat. 297. d. Ep. IV, 414. c. Sine καὶ legitur ἀλλὰ post οὐχ ὅπως. Plat. 301. d. (*B.*)

αἰσχύνην αὐτοῖς εἶναι] Post Aldum edidit Coraës. Reliqui, in his Wolfius; male αὐτοῖς, quod et exstat ap. Gramm. Bekkeri V. I. p. 125. Sed idem p. 143. dedit αὐτοῖς. (*Bergmann.*)

τὴν τῶν πολιτῶν] Articulus τὴν deest apud eundem Gramm. priore, adest posteriore loco. (*Bergmann.*)

τοῖς μὲν γεωργίας] H. l. *agros colendos*; de ipsa *agricultura* infra legitur cap. XVII. De agriculturae studio apud Athenienses vid. Xenophon. Oecon. c. IV, V, XII. (*Bergmann.*) De agricultura legitur etiam h. v. Panath. 242. b. numero plurali. De *agris* uti hic ap. Demosth. de m. g. leg. p. 386. §. 145. ubi v. Schaefer. (*B.*)

κατ' ἐμπορίαν ἐκπέμποντες] Sic Trapez. 359. ὁ πατὴρ — (με) ἐξέπεμψεν ἅμα κατ' ἐμπορίαν καὶ κατὰ θεωρίαν. Solonem κατὰ θεωρίης πρόφασιν Athenis profectum narrat Herodotus I, 29. (*Bergmann.*)

τοῖς δ'] Sic Bekk., cett. τοῖς δέ. (*B.*)

ἀφορμὴν] Intelligo adjumentum pecuniae qua quis quaestum faciat, dicimus gallice, des fonds. (*Aug.*) Nostri: Vorschuss. (*Lang.*) Χρημάτων χορηγίαν, ἀφ' ἧς ὁρμώμενος ἐργάζεταί τις τέχνην τινὰ ἢ ἐμπορίαν. Οἱ δὲ μεταγενέστεροι καὶ ἐνθήκην αὐτὴν ἐκάλεσαν (Φρύνιχ. σελ. 96.), καὶ προβολὴν (Σχολιαστ. Εὐριπίδ. Μηδ. 342.) καὶ τοῦτο ἂν εἴη τὸ τῶν Γερμανῶν Vorschuss. Τῶν δὲ νῦν οἱ μὲν Ἰταλοχυδαΐζοντες, καπιτάλε, οἱ δὲ Τουρκοχυδαΐζοντες, σιρμαγίαν καλοῦσι, προσῆκον καλεῖν, κεφάλαιον. Προστίθημι καὶ τὸν Ἁρποκρατίωνα (λέξ. Ἀφορμή), καὶ ἃ διὰ μακρῶν οἱ τὰ ἐκείνου ὑπομνηματίσαντες σοφοὶ Γαλάται εἰρήκασι περὶ τῆς Ἀφορμῆς. (*Cor.*) *Subsidia*, unde operis aut mercaturae initium fieret, itaque *pecuniae*, quae apud

Atticos propria hac voce dicebantur. Vid. Casaubonus ad Theophr. p. 132. (*Bergmann.*)

§. 33. Οὐ γὰρ] Sic Bekk. locum ex Urb. dedit pro vulgato οὐδὲ γάρ. Saepius libri sic variant v. ad Dem. 3. d. Paneg. 72. Plat. 299. d. (*B.*)

πάθοιεν, ἢ — στερηθεῖεν] Videtur deesse aliquid, ut particula καὶ ἢ ὅπως. Quid si? πάθοιεν καὶ ἢ - (*Wolf.*) Quo supersedere possumus. (*Lang.*) Si quid mutandum (quod non est) potius verbum (πάθοιεν) delendum esse dixerim, v. Phil. 99. c. Archid. 134. d. Plat. 303. Antid. §. 211. (*B.*)

μέρος τι κομίσαιντο] *Partem aliquam recuperarent.* Κομίζεσθαι saepissime est *recuperare.* Vid. Thomas Mag. in v. et quos laudat Oudendorpius. Ex Isocrate notentur sequentia: Archid. 133. d. de Pace 163. d. Evag. 195. Plat. 301. c. Trapez. 359. e. 360. c. (362.) c. Callim. 379. Addantur Andocides Or. III. p. 25. §. 14. Xenoph. Mem. P. IV, 4, 17. Herodot. IV, 179. (*Bergmann.*)

τῶν προσθέντων] Sic Bekkerus, Urb. θέντων habet, supra posita a rec. manu praepositione προ, vulgo τ. πρόσθεν ὄντων exhibent, quod Wolfius sic explicat: τῶν ἀρχαίων, τοῦ κεφαλαίου, τοῦ δανείσματος. Simili modo legitur Demosth. in Dionys. 1297. §. 48. ἑτοιμότερον προήσονται τὰ ἑαυτῶν οἱ ἐπὶ τοῦ δανείζειν ὄντες, ubi Wolfius scribit: προήσονται, τουτέστι δανείσουσι. Cf. etiam Trapez. 389. c. Vulgata fortasse ex προσεθέντων orta est, quae verba saepius inter se permutantur, v. Sturz. Lex. Xenoph. s. h. v. (*B.*)

τῶν ἔξω διδομένων] Scilicet χρημάτων. (*Wolf.*) Bekkerus ex Urb. δεδομένων pro vulgato διδομένων dedit, qua in re eum fortasse sequi debebam, quamquam Praesens locis Nicocl. 33. e. Phil. 101. d. defendi potest. (*B.*)

ἔνδον] Urb. οἴκοι. (*B.*)

κειμένων] Simplex Bekk. ex Urb. restituit pro vulgato: ἀποκειμένων v. supra p. 158. (*B.*)

§. 34. Ἑώρων γὰρ τοὺς] Servatae fidei caussam facit severitatem judicum, sicut et Cicero: Sublata, inquit, fraudandi spe, secuta est solvendi necessitas. (*Wolf.*)

τῶν τοιούτων] Ego vulgatam retinui pro Bek-

keri ex Urbinate recepta lectione τῶν συμβολαίων, quae mihi ex interpretamento orta esse videtur. Saepenumero enim librarii tales voces adscripserunt, ubi ad pronomina et adjectiva nomen aliquod non est additum, quod aut e praecedentibus vel sequentibus verbis intelligendum est, aut omnino facile potest subaudiri. Nec Urbinatem, Codicem Isocratis optimum, horum interpretamentorum expertem esse, ex iis, quae nunc afferam, patebit. Sic post *pronomina* in Urbin. nomina sunt addita, quae ex praecedentibus vel sequentibus facile possunt suppleri Plat. 299. e. τὸν πόλεμον ἀνείλεσθε — οὐχ ὑπὲρ τῆς ὑμετέρας οὐδ' ὑπὲρ τῆς τῶν συμμάχων ἐλευθερίας, ubi Cod. Urb. post ὑμετέρας σωτηρίας (quod statim praecedit) exhibet, sed correctus est. Panath. 256. in verbis: μηδεὶς ὑπολάβῃ με ταῦτ' εἰρηκέναι περὶ ταύτης, Urb. post ταύτης addit πολιτείας, praecessit tamen statim τὸν λόγον τὸν περὶ τῶν πολιτειῶν. Idem Codex addit (in margine) §. 110. in verbis: ὥστ' οὐκ ἂν ἥρμοσεν ἅμα περὶ τούτου καὶ τῶν ἄλλων χρήσασθαι τοῖς λόγοις, ἐπιτηδείων post ἄλλων facitque cum eo Vatic. Ambros. et Laur. quod additamentum originem duxit ex §. 109. Plat. 302. b. haec leguntur: αὐτοὶ μὲν ὑπὲρ οὕτως ἑκουσίων καὶ μεγάλων ἀδικημάτων συγγνώμης τυχεῖν ἠξιώθησαν, ἡμῖν δ' ὑπὲρ ὧν ἠναγκάσθημεν οὐδεμίαν ἔχειν οἴονται δεῖν συγγνώμην, ubi Bekkerus ex Urb. post δεῖν συγγνώμην recepit, quod a librariis ad οὐδεμίαν additum esse non dubitabis, si videris, statim praecessisse συγγνώμης, v. supra p. 166. Panath. 287. d. ἐπῄνεκα γὰρ τὰς πόλεις ἀμφοτέρας καλῶς καὶ προσηκόντως. Hic τὰς πόλεις Cor. addidit, e Cod. suo et Langii, quod Urb. auctoritate confirmatum esse videtur, ceteri omittunt τὰς πόλεις, fortasse rectius, cf. 244. c. et 282. d. ubi eodem modo, uti hic, ἀμφοτέρας, non addito πόλεις, dicitur. Opponitur enim per totam orationem Atheniensium civitas Lacedaemoniae. In aliis locis talia additamenta jam recte a Bekkero ex Urb. remota sunt, uti Aegin. 394. c. ὁ νόμος Nicocl. 28. d. λόγον 38. e. ἀρετῆς (quod Langius jam delevit) 32. d. ἀρχῆς, Paneg. 60. d. τὴν δύναμιν. Quod autem de pronominibus, idem de *articulo* est statuendum, ut Bekkerus Panath. 286. d. in verbis: ἁπάσας ταύτας ὑφ' αὑτοῖς ἐποιήσατο πλὴν τῆς Ἀργείων πόλεως, ubi Urb. πλὴν τῆς πόλεως τῆς Ἀργείων.

habet, recte animadvertisse videatur: „Ego vero praeter haec πλὴν τῆς Ἀργείων nihil desidero." Causa enim nulla adest, cur hic scriptor πόλεως addiderit, quod in ἁπάσας ταύτας omisit. Dindorfius πόλεως uncis inclusit, v. supra p. 170. — Uti ad pronomina, sic etiam ad *adjectiva* et *participia* nomina a librariis addita videmus, quae facile ex praecedentibus possunt suppleri. Sic Phil. 105. d. Cod. Urb. post καλλίστην δόξαν repetit, et ad Nicocl. 18. b. in verbis: ζήτει νόμους τὸ μὲν σύμπαν δικαίους etc. — ταῦτα γὰρ ἅπαντα προσεῖναι δεῖ τοῖς καλῶς κειμένοις νόμοις, νόμοις post κειμένοις quod Urb. pr. recte omiserat, eodem modo in textum irrepsit, quo Antid. §. 89. in verbis: ἀλλὰ τοῖς μὲν τοὺς νόμους τιθέναι προαιρουμένους προὔργου γέγονε τὸ πλῆθος τῶν κειμένων in Cod. Laur. νόμων additum est, coll. Panath. 262. d. v. supra p. 167. Recte autem similia additamenta a Bekkero ex Urb. deleta sunt, Evag. 198. c. ubi vulgo post Ἑλληνίδων πόλεων, Plataic. 297. e. ubi ante τοῖς — διακειμένοις Θηβαίοις, de Pace 159, ubi post παρόντων πραγμάτων, Paneg. 75. e. ubi post ὁ παρεληλυθὼς — χρόνος, et de Pace 177, ubi post διδομέναις δωρεαῖς addunt, quod Leloupius non iterum in textum recipere debebat, cum ex praecedenti τιμῆς supplendum sit, τιμαῖς. Idem etiam de Pace 176. a Bekkero faciendum erat, ubi in verbis: τοὺς μὲν ἄλλους συμφοραὶ συστέλλουσι — ἐκεῖνοι δ' οὐδ' ὑπὸ τούτων ἐπαιδεύθησαν. καί τοι πλείοσι καὶ μείζοσι κακοῖς περιέπεσον, Urb. recte κακοῖς omittit, est enim ex praecedentibus συμφοραῖς subintelligendum. — Sed non minus saepe ab interpretibus voces sunt additae, quae quidem non ex praecedentibus possunt intelligi, sed omnino facile subaudiri. Sic τὸ ἀγαθὸν a librariis solet participiis addi, v. Panath. 261. c. et Evag. 197. e. ubi Bekk. nunc recte hanc vocem ex Urb. delevit, idem tamen Busir. 223. e. facere debebat, v. quae supra p. 194. de hoc loco dixi. Eodem modo τὸ κακὸν a librariis additum est Areop. 155. e. et Plat. 306. b. quod Bekkerus jure ex Urb. delevit, sed in hoc ipso Codice similiter peccatum est Phil. 94. c. ubi in verbis: ἐκεῖνος μὲν οὖν τηλικούτων αἴτιος γενόμενος κατῆλθον εἰς τὴν πόλιν Cod. Urb. κακῶν post τηλικούτων addit, quod Dindorfius in textum recepit. At eo ipso,

quod Alcibiades Lacedaemoniis auctor malorum (imperii maris) ex Isocratis sententia factus est, commoda attulit Atheniensibus. Est igitur minime verisimile Isocratem, qui aliis in locis Alcibiadem summis ornet laudibus, hic eum tantorum malorum auctorem dicere, praesertim cum hunc virum Philippo exemplo esse velit. Mihi igitur vulgata: *τηλικούτων tantarum rerum auctor factus est*, jam hac de causa praeferenda esse videtur. Eodem jure improbandum esse censeo Bekkerum, qui de Pace 185. in verbis: *οἱ μὲν τὰς πενίας καὶ τὰς ἐνδείας ἀναγκάζονται διεξιέναι καὶ θρηνεῖν πρὸς ὑφᾶς αὐτούς, οἱ δὲ τὰ κακὰ τὰ περὶ τὰς συμμορίας καὶ τὰς ἀντιδόσεις*, ex Urb. *τὰ κακὰ* addidit, quod interpreti deberi videtur, qui, quod orator consulto expressis verbis non dixit, adscripsit. Nec probo, quod Arch. 134. c. in verbis: *ἡμᾶς δὲ μὴ μόνον τῶν ὄντων ἀποστερῶσιν, ἀλλὰ καὶ πρὸς τοῖς ἄλλοις κακοῖς εἰς ὀνείδη καθιστῶσιν*, Bekk. ex Urb. *κακοῖς* recepit, cum vulgo *ἀλλὰ πρ. τ. ἄλλοις καὶ* legeretur, ubi *καὶ* post *ἀλλὰ* collocandum. Idem in ellipses cadit, ad quas explicandas librarii interdum voces adscripserunt, ita ut non probem, quod Bekkerus Panath. 244. e. in verbis: *οὐκ ἐξῆν αὐτοῖς οὔτ' ἐντὸς Ἅλυος πεζῷ στρατοπέδῳ καταβαίνειν*, ex Urb. vocem *στρατοπέδῳ*, quam vulgo omittunt, recepit, id quod etiam de loco Helen. 213. b. statuo, ubi post verba: *οὐ πολλῷ δ' ὕστερον* ex Urb. et Vatic. *χρόνῳ*, addidit, cf. de Pace 166. Dubitari etiam potest de loco Archid. 133. b. ubi Bekk. ex Urb. in verbis: *πολλῶν δὲ καὶ μεγάλων πόλεων ἐκράτησαν*, *πόλεων* addidit, qua voce facile carere possumus. Aliis tamen in locis nunc recte ejusmodi additamenta a Bekkero Urb. auctoritate deleta sunt, uti Helen. Laud. 216. *ἀνθρώποις*, quod vulgo post *ἅπασιν* addunt, cum non tam de omnibus hominibus, quam de Helenae procis sermo sit. De Pace 182. b. jure pro *ἔργων* quod vulgo post *τοιούτων* addunt, *ἑτέρων* ex Urb. recepit. Nec minus recte Antid. §. 307. *τὰς ἑταίρας* delevit, quod vulgo post *τοῖς λυομένοις* addebant. Evag. 197. d. jam Langius *ὁμιλούντων ἑταίρων* ante *χρωμένων* omisit. Busir. 223. e. *κόσμου* post *σύμπαντος*, ad Nicocl. 23. e. *λόγοις* post *εἰρημένοις*, Paneg. 43. b. *λόγοις* post *τοῖς ἐμοῖς* (cf. Panath. 261. b.) Paneg. 68. c. *μέρος* post *τὸ πλεῖστον*, Panath. 267. d.

post ἐν ταῖς αὐτῶν, πατρίσι et Paneg. 71. b. πόλεσιν, (v. p. 160. ubi plura attuli) de Big. 349. c. πραγμάτων post τῶν αὐτῶν, Paneg. 59. b. πρόγονοι post ἡμέτεροι, Archid. 136. c. προγόνων ad τῶν ἀγωνισαμένων, Antid. §. 115. τόπῳ post ἐν ἐπικαιροτάτῳ (v. Busir. 223. e.), Panath. 271. φάλαγγος post τῆς πρώτης, Panath. 234. d. φύσεων post ἁπασῶν, quod Cor. e Cod. Lang. addiderat (v. tamen Lamb. Bos. Ell. p. 569.) delevit. Codices variant etiam ad Nicocl. 23. ubi in Cod. λόγον ad τοῦτον additum est, Archid. 130. ubi Laur. pro τῶν ἐχόντων τῶν ἐχθρῶν, Paneg. 48. e. ubi Cod. πατρίσι post ταῖς αὐτῶν, de Pace 185. e. ubi in Antid. vulgo post πόλεως πράγματα habent. Suspectum etiam est quod de Big. 352. d. legitur Φορμίων ἐξήγαγεν ἀπὸ Θρᾴκης χιλίους Ἀθηναίων ὁπλίτας, Cod. Urb. enim ὁπλίτας omittit, et Helen. Laud. 218. μέγιστον δὲ τῶν εἰρημένων τεκμήριον. Hic mihi τεκμήριον, quod Urb. pr. omittit, recte abesse posse videtur. Loquitur enim orator de honore, qui etiam a Diis tribuatur pulchritudini. Duo affert, quibus hoc demonstrari possit; amores Deorum et quod maximum sit, multos esse propter pulchritudinem immortalitatem adeptos. Recte igitur dicere poterat, *quod summum est eorum, quae dixi.* Nec dubites, quin Nicocl. 28. c. in verbis τοὺς εἰς τὰ τῶν θεῶν ἔδη ἐξαμαρτάνοντας, ἔδη ex Urb. deleas, quod jure a Bekk. Paneg. 73. c. factum est. (*B.*)

ταῖς ἐπιεικείαις] *Ταῖς, ὡς ἂν ἡ συνήθεια φαίη, συγκαταβάσεσιν. Ἔστι γὰρ ἐπιεικὲς, ὡς ὡρίσατο ὁ Σταγειρίτης (Ῥητορικ. Α, ιγ), τὸ παρὰ τὸν γεγραμμένον νόμον δίκαιον. Οἷον ὁ μὲν νόμος κελεύει τὸν μὴ ἀποδιδόντα τὰ ὀφειλόμενα καθείργνυσθαι, ἕως ἂν ἀποδῷ· καὶ τοῦτό ἐστι τὸ δίκαιον. Ἐὰν δέ τις τὸν διὰ πενίαν ἤ τινα ἄλλην συμφορὰν μὴ ἀποδιδόντα ὑπομένῃ ἕως ἂν εὐπορήσῃ, ἢ καὶ μέρος τι τοῦ ὀφλήματος ἀπολαμβάνων τοῦ λοιποῦ ἀπαλλάττῃ, τοῦτο λέγεται ἐπιεικές.* (*Cor.*) Quid hoc sit, patet ex opposito τοῖς νόμοις πειθομένους, scilicet, nulla habita poenarum lege constitutarum ratione, delinquentibus indulgere, veniam dare, certe concedere, ut debitae pecuniae reddendae tempus differant. Cf. et Stephani Diatr. V. p. 17. Sententiam quodammodo illustrant haec ad Nicocl. p. 16. c. τὰς κρίσεις ποιοῦ περὶ ὧν ἂν πρὸς ἀλλήλους ἀμφισβητῶσιν,

μὴ πρὸς χάριν μηδ' ἐναντίας ἀλλήλαις, ἀλλ' ἀεὶ ταὐτὰ περὶ τῶν αὐτῶν γιγνώσκε. Wolfius ad haec: Quando, inquit, ut Terentius ait, *judices propter invidiam adimunt diviti et ex misericordia addunt pauperi.* (*Bergmann.*) Cf. Paneg. 53. c. ubi Isocrates τὰς χάριτας καὶ τὰς ἐπιεικείας conjungit. (*B.*)

χρωμένους] Scripsit Bekkerus Urbin. auctoritate pro vulgato: καταχρωμένους, v. quae supra p. 158. disputavimus. (*B.*)

οὐδ' ἐν τοῖς τῶν ἄλλων ἀγῶσιν αὐτοῖς ἀδικεῖν ἐξουσίαν παρασκ.] Proposita *impunitatis* spe, quam recte ait Cicero pro Milone 16, *maximam illecebram esse peccandi.* Langius et Coraës ediderunt αὐτοῖς. Sed, me quidem judice sententia postulat αὐτοῖς. Pendent haec ab antecedenti ἑώρων, quod dicitur de divitibus, qui pauperibus pecunias mutuo dabant. Hi videbant, judices αὐτοῖς, *ipsis*, i. e. pauperibus illis, *nullam praebere fraudando facultatem* (ἀδικεῖν sive τοῦ ἀδικεῖν ἐξουσίαν). Quomodo? ἐν τοῖς τῶν ἄλλων ἀγῶσιν, *in reliquorum judiciis*, hoc est in aliorum pauperum, si qui forte fidem fregissent, nec debita solvissent, causis dijudicandis, dum eos culpa liberarent. Enimvero *clementiae*, τῇ ἐπιεικείᾳ, erga delinquentes nullus locus erat, ut modo vidimus: sed ipsi judices reis magis infesti erant, quam ipsi illi, qui injuriam acceperant. Atque sic etiam edidit Wolfius, quamquam in adnot. praeferre videtur αὐτοῖς. „Judicia, enim inquit, penes pauperes erant Athenis, et quotannis judices mutabantur. Itaque colludebant inter sese, sicut etiam in dicendis testimoniis. Unde proverbium δάνεισόν μοι μαρτυρίαν.“ De quo cf. Erasmus in Adag. p. 569. (*Bergmann.*) Unice verum est, quod Lang. Cor. et Bekk. habent αὐτοῖς pro cett. αὐτοῖς. Aperte enim hic voces τῶν ἄλλων et αὐτοῖς sibi sunt oppositae, in litibus ceterorum, i. e. eorum qui nunc non sunt judices, dijudicandis sibi ipsis fraudandi licentiam parant. Quales enim nunc se praebent erga illos judices, tales illi se praebebant erga ipsos. Quomodo apte dici poterit, divites vident judices in ceterorum (i. e. pauperum) litibus ipsis, i. e. pauperibus, potestatem fraudandi facientes? (*B.*)

ἀδικεῖν] Malim τοῦ ἀδικεῖν. (*Wolf.*) Non male.

(*Bergm.*) Articulus ferri nequit tum hiatus causa, tum propter usum Isocratis, v. Phil. 85. b. 111. e. Busir. 222. d. (*B.*)

μᾶλλον ὀργιζομένους κ. ἀ. ἀ. κ. ἀ.] Οἱ ἀποστεροῦντες sunt *fraudatores, qui alios mutua data pecunia fraudant.* Sic occurrit etiam adv. Lochitem 393. b. Ὀργίζεσθαι proprie dicitur de populo in judiciis. Ad horum autem verborum rectam intelligentiam notanda est ratio legum Solonis, de quibus potissimum loquitur Isocrates, ita comparata, ut laedentem pariter laesi atque illaesi persequerentur. Quam ipse optimam civitatis formam pronuntiavit apud Plutarch. in Sol. p. 88. e. Quo etiam pertinet ipsius dictum apud Stobaeum Flor. S. XLIII. p. 268. ed. Gesn. εἰ δὲ βούλει καὶ νῦν, ἔφη ὁ Σόλων, περὶ πολιτείας ἀκοῦσαι, δοκεῖ μοι πόλις ἄριστα πράττειν καὶ μάλιστα σώζειν δημοκρατίαν, ἐν ᾗ τοῦ ἀδικήσαντος τοῦ ἀδικηθέντος οὐδὲν ἧττον οἱ μὴ ἀδικηθέντες προβάλλονται καὶ κολάζουσιν. laudatum Meursio in Solone c. XXIX. et de quo plura dedit Cl. Wyttenbachius in animadversione ad Plutarchi Conviv. Sap. p. 154. d. Hinc item explicanda videntur Lysiae haec pro Callia p. 109. §. 5. ἄξιον δέ μοι δοκεῖ εἶναι οὐ τούτων ἴδιον ἡγεῖσθαι τὸν ἀγῶνα, ἀλλὰ κοινὸν ἁπάντων τῶν ἐν τῇ πόλει. (*Bergmann.*)

καὶ νομίζοντας — καταστήσεσθαι] Cum Demosthene in Phormionem (locus est in fine Orat. ed. Reisk. 922. §. 51.) comparavit Valesius Emend. IV. 4. (*Bergmann.*)

ἣν παύσαντες προϊέμενοι] Cum ante Bekkeru ἣν παύσ. προσποιούμενοι legeretur, interpretes in explicanda hac voce sudarunt. Wolfius haec habet: „τὸ προσποιεῖσθαι hic significat non οἰκειοποιεῖσθαι, ὑποκρίνεσθαι, σχηματίζεσθαι, ἀλλὰ προσποιεῖν, πορίζεσθαι καὶ ἐργάζεσθαι ἐπὶ τοῖς πρότερον ὑπάρχουσι, καὶ δανείζειν: id est, non simulare, aut sibi vendicare, sed augere opes, mutuo danda pecunia, aut clientelis asciscendis rem familiarem amplificare. Sic Pausanias in Corinthiacis (II. 18, 5.) καὶ ἄνευ τῆς πατρῴας ἀρχῆς προσποιησάμενος μὲν Ἀρκάδων τοὺς πολλούς, παρειληφὼς δὲ καὶ τὴν ἐν Σπάρτῃ βασιλείαν." Augerus brevi manu rem absolvit monens: hic προσποιεῖσθαι *pecuniam foenori dare:* et Langius *lucrantes*, vertit. Accuratius disputat Coraës: Παραπλησίως (τῷ Οὐολφίῳ) ἐξεδέξαντο τῶν λεγομένων

τὸν νοῦν ὅ, τε Ἰταλὸς μεταφραστής, Se questi dal mercantare si rimoveano, καὶ οἱ πρὸ ἐμοῦ δύο ἐκδόται. Θαυμαστὸν δ' ὅτι Ἁρποκρατίων (σελ. 302.) τὸ προσποιοῦμαι ἐξηγούμενος, οὐδεμίαν ἐποιήσατο τῆς παρ' Ἰσοκράτει ταύτης σημασίας μνείαν „Προσεποιήσαντο, ἀντὶ τοῦ ἀντεποιήσαντο, Ἰσαῖος ἐν τῷ κατὰ Νικοδήμου. Οὐδεὶς πώποτε προσεποιήσατο, οὐδ' ἠμφισβήτησε τῆς κληρονομίας ἐκείνων." Ῥητέον οὖν ὅτι τὸ παρ' Ἰσοκράτει προσποιούμενοι ἢ ταὐτὸν δύναται τῷ προσποριζόμενοι, ἢ ἀντ' αὐτοῦ τούτου, ἀβλεψίᾳ τῶν γραψάντων ἐν τῷ κειμένῳ κατεχωρίσθη. Bergmannus contra haec habet: „Non dubito, quin supervacanea sit Coraïs conjectura προσποριζόμενοι, et προσποιεῖσθαι hic recte interpretatus fuerit Wolfius, quamquam eodem modo ac h. l. me alibi legere non memini. Cf. tamen Thucyd. II, 33, 85, ibique Schol. Herodotus VI, 66. ibique Valcken. item IX, 36. Itaque non capio, cur miretur Coraës, Harpocrationem in voce: προσεποιήσαντο, nullam fecisse hujus Isocrateae significationis mentionem. Neque enim prorsus eadem est, ac in loco Isaei, ubi designat *injustum conatum haereditatem sibi vindicandi*, uti et sequens ἠμφισβήτησε declarat: quod secus est nostro loco, ubi de *justo ac debito foenore* agitur." Si προσποιούμενοι vera est lectio (Urb. enim προϊέμενοι praebet, quod cum Bekkero recepi) Wolfius omnino locum rectissime est interpretatus: Si desierint eos (i. e. pauperes) sibi asciscere (socios in quaestu faciendo). Pausaniae loco a Wolfio allato Xenoph. Hell. IV, 8, 28. potest addi. Utrumque igitur et προσποιούμενοι et προϊέμενοι cum bonum praebeat sensum quid verius sit aliorum relinquam judicio. (*B.*)

μικρῶν προσόδων] His verbis significat, tolerabiles fuisse usuras. καὶ μετρίας τὰς μισθώσεις. (*Wolf.*)

ἀποστερήσεσθαι] Est futurum medium pro passivo ἀποστερηθήσεσθαι, quod frequens est apud Atticos. Vid. Piersonus ad Moerin p. 13, 367 et 21. Hemsterhusius ad Thomam Mag. p. 852. Valckenarius ad Theocritum Id. I, 26. Sic ap. Thucyd. VI, 91.: est ἀποστερήσονται pro ἀποστερηθήσονται. V, 56.: ἀδικήσεσθαι pro ἀδικηθήσεσθαι. Paneg. 80. c. ἀπαλλαγήσονται pro ἀπαλλαχθήσονται. (*Bergmann.*) Bekkerus ἀποστερηθήσεσθαι ex Urb. recepit, sed jam Dindorfius

vulgatam retinuit, quem ego secutus sum. Cf. Archid. 121. c. ubi nunc a Bekkero ex Urbin. στερησόμεθα (quod jam Coraës conjecerat) receptum est pro vulgato: στερηθησόμεθα. Add. de Big. 357. b. Eandem formam Bekkerus Demosth. in Timocr. 765, §. 210. recepit pro vulgato ἀποστερηθήσεσθε, quod Codd. *FYΩrv* exhibent, ἀποστερήσεσθε scribens, quod in Aug. primo et cett. Bekk. Codd. (Σ) legitur. In orat. adv. Leptin. p. 469, §. 40. omnes Codd. praeter Bavar. praebent στερήσεται, et Olynth. I, 15, §. 22. in verbis: εἰ δὲ τούτων ἀποστερηθήσεται τῶν χρημάτων, εἰς στενὸν κομιδῇ τὰ τῆς τροφῆς τοῖς ξένοις αὐτῷ καταστήσεται ubi Codd. V, Paris. β. Goth. Dresd. Rüdig. ἀποστερήσεται exhibent, quod Rüdigerus in textum recepit et Rostius probavit monens: εἰ ἀποστερήσεται praeferendum nobis videtur recordantibus saepissime quidem nos legisse hanc hujus verbi futur. formam, alteram autem nunquam. Erravit tamen Rüdigerus dicens: ἀποστερήσεται in *FΣ* apud Bekk. legi, in quibus potius, ut in multis aliis, quos Reisk. nominavit, passiva forma exhibetur, et Rostius censens, nunquam alteram formam se legisse. Legit enim sine dubio, in Lysiae Or. in Eratosth. p. 126. §. 70. (p. 82. ed. Bremi.) verba: εἰ μὴ πασῶν τῶν ἐλπίδων ἀποστερηθήσεσθε. Forma media verbi ἀδικεῖν pro passiva legitur etiam Demosth. Lept. p. 507. §. 164. ubi Reisk. ex Aug. I. et marg. Lutet. ἀδικηθήσονται (quod ex Bekk. Codd. k. r. s. habent) scripsit pro vulgato ἀδικήσονται, quod Bekk. iterum recepit, idemque in or. in Mid. 524, §. 30. (ubi Buttmanni adnot. vid.) et 585, §. 220. factum est. Apud Demosth. in Leptin. p. 506, §. 161. etiam τυραννήσεσθαι nunc a Bekkero ex *ΣYΩk* receptum est pro vulgato τυραννηθήσεσθαι, et in Lysiae or. de Aristoph. Bon. p. 157, §. 61. a Bekkero et Bremio ex Cod. C ὠφελήσεσθε est scriptum pro vulgato ὠφεληθήσεσθε, (ubi Brem. vid.) id quod in Demosth. pro Cor. 275, §. 144. omnes libri praeter corr. r. praebent. Magis tamen offendit, quod apud Demosth. de mal. gest. leg. p. 373, §. 100. τιμήσεται legitur, ubi Codd. F. Φ. r. Harl. Obs. margo Askew. Weimaran. τιμηθήσεται exhibent, quod Reiskius recepit. Plurimi tamen et optimi Codd. Paris. VI. Aug. I. et cett. Codd. Bekk. τιμήσεται quod Bekk. iterum recepit, tuentur.

Vid. tamen quae Buttmannus Gr. Gr. uberior. p. 53. n. **. de hac re dicit. (*B.*)

τοὺς δ'] Sic Bekk., cett. τοὺς δὲ, quod probabit Schaeferus, qui ad Demosth. V. I. p. 219. not. monet, vocem, post quam interpungatur elisionem pati non posse. Vid. tamen Exc. de Hiatu. (*B.*)

ἦν] Cum vulgo legeretur ὤν, Bekkerus ex Urb. ἦν recepit, quod Grammat. Bekk. confirmat, qui in Anecd. V. I. p. 125. haec habet: Ἀπορῶ· γενικῇ. Ἰσοκράτης ἐν τῷ Ἀρεοπαγιτικῷ· „τοὺς δέ, ἣν ἀπορήσωσι τῶν ἐπαρκούντων." (*Bergmann.*) Vid. quae pag. 147. diximus. (*B.*)

καταστήσεσθαι] Bekkerus ex Urb. recepit pro vulgato: καταστα θήσεσθαι, idemque jam suaserat Coraës his verbis: Γράφε καταστήσεσθαι, οὐ μόνον ὅτι, καὶ μικρὸν πρὸ τούτου ἀποστερήσεσθαι, καὶ οὐκ ἀποστερηθήσεσθαι εἴρηκεν, ἀλλ' ὅτι καὶ ἀλλαχοῦ (σελ. 129. λβ' *) τῷ καταστήσεσθαι ἐχρήσατο· φιλοῦσι γὰρ οἱ Ἀττικοὶ τοῖς καλουμένοις μέσοις μέλλουσιν ἀντὶ τῶν πρώτων χρῆσθαι," probavitque hoc Bergmannus, non tamen recepit. (*B.*)

§. 35. Καὶ γάρ τοι διὰ τὴν γνώμην ταύτην οὐδεὶς] Vulgatum verborum ordinem κ. γ. τ. δ. ταύτην τὴν γνώμην Bekk. ex Urb. ita mutavit, uti supra est scriptus probante Spengelio l. saep. l. in Praef. p. XIV. qui inde locum nostr. orat. p. 153. e. ubi eadem verba sic sunt collocata: καὶ γάρ τοι διὰ ταύτην τὴν γνώμην emendare vult. Vide tamen quae p. 183. de hac re monui. οὐδεὶς autem, quod hic post ταύτην collocatum vides, vulgo post συμβάλλειν ponunt. Ego in talibus rebus solum Codici optimi auctoritatem sequi volui. (*B.*)

οὔτ' ἀπεκρύπτετο] Κατὰ μέσην διάθεσιν, ἵν' ᾖ ὁ νοῦς, ἀπέκρυπτε τὴν ἑαυτοῦ οὐσίαν· εἰ γὰρ ἔλεγεν· ἀπέκρυπτε τὴν οὐσίαν, ἄδηλον ἂν ἦν πότερον τὴν ἑαυτοῦ ἢ τὴν ἑτέρου οὐσίαν ἠβούλετο λέγειν. (*Cor.*) Ἀποκρύπτεσθαι h. l. *sibi reservare, in usum suum abscondere*, ex vi verbi medii, quam recte ostendit Coraës. Eodem sensu eademque de re verbum occurrit apud Isaeum de Apollod. haered. p. 67. §. 40. τί χρὴ τὸν μέτριον πολίτην; οὐκ, εἰ (Bekk. οὐχ οὐ) μὲν ἕτεροι τὰ μὴ προσήκοντ' ἐβιάζοντο λαμβάνειν, τούτων μηδὲν ποι-

*) Archid. 132.

εἶν, τὰ δ' ἑαυτοῦ πειρᾶσθαι σώζειν; οὐδ' εἰ (forte rectius legatur οὐκ, εἰ*) πόλις δεῖται χρημάτων, ἐν πρώτοις εἰσφέρειν καὶ μηδὲν ἀποκρύπτεσθαι τῶν ὄντων; Antiquitus et adhuc puero Isocrate, divitiae magno honori erant Athenis, ita ut quisque se ditiorem, quam revera esset, simularet: postea periculo, ob sycophantarum calumnias, ut cogerentur opes dissimulare, ἀποκρύπτεσθαι. Qua de re classicus est locus περὶ τῆς ἀντ. ed. Or. p. 84. 85. (§. 170 — 177.) (*Bergmann.*) Activo scriptor est usus in loco c. nostro conferendo ad Demon. 11. b. ἄτοπον γὰρ τὴν μὲν οὐσίαν ἐν ταῖς οἰκίαις ἀποκρύπτειν, τὴν δὲ διάνοιαν φανερὰν ἔχοντα περιπατεῖν. Medium contra legitur Nicocl. 57. d. Μηδὲν ἀποκρύπτεσθε μήθ' ὧν κέκτησθε et seqq. adv. Callim. 380. b. τὴν οὐσίαν ἀποκρυπτόμενος coll. 382. c. Nec aliter Demosthenes in Stephan. I. 1121. §. 66. in Phaenipp. (si est Demosthenis). 1045, §. 23. et Xenophon Oecon. X, 3. locuti sunt. Pro οὔτ' cett. praeter Bekkerum et hic et paulo post exhibent οὔτε. (*B.*)

τὰ σφέτερ' αὐτῶν ἐνεργὰ καθ.] Χρήματα ἀργά, pecunia, quae nihil fructus affert, ἐνεργά fructuosa, ad usuram data. (*Wolf.*) Sunt χρήματα vel et κτήματα ἐνεργὰ *pecuniae, quae foenora dant, quaestuosae,* dicta etiam κάρπιμα, quibus opposita sunt κτήματα ἄκαρπα ap. Aristot. Rhet. I, 9, 34. (*Bergmann.*) Urb. pr. habet ἔργα. (*B.*)

κεφάλαιον δὲ τοῦ καλῶς] Civilis consociationis rationem summatim his verbis complectitur, eamque facultatum communionem describit, quae longe praestantior est, quam vel Laconica vel Platonica. (*Wolf.*)

αἱ μὲν γὰρ κτήσεις — αἱ δὲ χρήσεις — πολιτῶν] Pro ὅτι αἱ μὲν κτ. ut supra monuimus. Earundem vocum oppositio est in praecepto ad Dem. c. IV. ed. Coraïs p. 6. Steph. 8. Πειρῶ τὸν πλοῦτον χρήματα καὶ κτήματα κατασκευάζειν· ἔστι δὲ χρήματα μὲν τοῖς ἀπολαύειν ἐπισταμένοις, κτήματα δὲ τοῖς κτᾶσθαι δυναμένοις, uti recte edidit Coraës pro vulgari χρῆσθαι δυν. et hunc locum cum simili Aristot. Rhet. I, 5, 19 — 21. contulit: quem cum nostro etiam contulisse, operae pretium fuerit. Idem Aristot. Polit. II, 3.

---

*) Bekker. ex Codd. AB. rectius οὐ δ' ἤ.

postquam dixisset apud Lacedaemonios omnia communi usui patere, addit: φανερὸν τοίνυν, ὅτι βέλτιον, εἶναι μὲν ἰδίας τὰς κτήσεις, τῇ δὲ χρήσει ποιεῖν κοινάς. Comparetur egregius locus Teletis apud Stobaeum p. 522. et sq. item Cicero Ep. ad Div. VII, 29. Plutarch. Sol. p. 90. A. Xenophon de Laced. Rep. p. 682. E. Quod ad rem ipsam attinet, notissimum habemus Cimonis exemplum apud Nepotem in Cim. c. IV. Plutarch. in Pericl. p. 156. F. (*Bergmann.*)

ὑπῆρχον, αἱ δὲ χρήσεις] ὑπῆρχεν, αἱ δὲ ἐπίσης. Med. Ald. Cod. Coll. N. ap. Batt. et LB. Recte emendavit Wolfius in Cast. (Lego, inquit, αἱ δὲ χρήσεις ἐπίσης: alioqui constructio et sententia minus apta erit. Sic in epistola Curii ad Ciceronem haec vocabula conjunguntur: Sum enim (inquit Lib. VII, 29.) χρήσει μὲν tuus, κτήσει δὲ Attici nostri.) consentiente Isingrinio et Cod. Bav. ap. Lang. in quo tamen deest ἐπίσης. Ὑπῆρχον omisso χρήσεις, habent quoque Codd. Aug. H et I. Eadem vox deest in Cod. Coraïs. (*Bergmann.*) ἐπίσης, quod etiam Urbin. non habet, sine dubio ex interpretamento vocis κοιναὶ ortum est; recte igitur Bekkerus hanc vocem delevit, χρήσεις autem fortasse hac de causa in nonnullis Codd. desideratur quia ἐπίσης ex margine ejus locum occupaverat. (*B.*)

CAP. XIII.

§. 36. Ἴσως ἂν οὖν τις ἐπιτιμήσειεν] In celebratione veteris reipubl. commemoravit primum cultum religionis, 2) delectum magistratuum, 3) divitum et pauperum concordiam, 4) judiciorum severitatem. Nunc specie occupationis ad levandum similitudinis fastidium, reliquas partes subjungit, quarum quinta est adolescentiae severa curatio. 6) Senatus Areopagitici censura morum. (*Wolf.*) Equidem potius censui, hic secundam orationis partem initium capere, v. Prolegg. p. 30. Pro τις ἐπιτιμήσειεν, quod Bekk. ex Urb. recepit, vulgo τινὲς ἐπιτιμήσειαν exhibent. Vid. Areop. 154. b. Paneg. 52. b. 59. e. (ubi in Antid. libri εἴ τινες.) Archid. 135. e. Panath. 279. c. Antid. §. 131. (ubi Laur. τινὰς habet), quibus in locis libri eodem

modo uti hic variant, optimi autem numerum singularem tuentur, qui omnino ab Isocrate talibus in locis multo saepius adhibitus est. (*B.*)

γενομένας] Ex conjectura dedi pro vulgato *γεγενημένας*, pro quo Urb. *γιγνομένας* exhibet. Sequuntur enim imperfecta: *εἶχον* et *διῴκουν*. Simili modo legitur de Pace 175. *περὶ τῶν ἐν ἐκείνοις τοῖς χρόνοις γενομένων*, ubi Urb. iterum *γιγνομένων* habet. (*B.*)

δι' ἃς οὕτω καλῶς] Causis enim cognitis, imitatio multo facilius procedit. Nam ut alibi dictum est, quid agendum sit, non adeo est obscurum: sed rei gerendae modus ac perficiendi ratio praecepta desiderat. Apud Aristophanem *ὁ δίκαιος λόγος* et ipse veteris reip. disciplinam commemorat:

λέξω τοίνυν τὴν ἀρχαίαν παιδείαν, ὡς διέκειτο,
ὅτ' ἐγὼ τὰ δίκαια λέγων ἤνθουν καὶ σωφροσύνη
'νενόμιστο etc.

Videant studiosi locum *Νεφέλαις* (v. 960. et sqq.) (*Wolf.*)

καὶ τὰ πρὸς] Articulum Bekkerus ex Urb. recepit, vulgo omittunt. Vid. loc. similem Archid. 129. e. *οὕτω δ' ἀπίστως τὰ πρὸς σφᾶς αὐτοὺς καὶ δυσμενῶς ἔχουσιν*, ubi Bekk. eodem modo *τὰ* ex Urbin. recepit et infra 148. c. In aliis tamen locis, ubi non tam res alicuius, sed ille ipse, de quo sermo est, significatur, articulus rectius omittitur, veluti infra 156. c. ubi articulus nunc deletus est. (*B.*)

ἐγὼ δ' οἶμαι μὲν εἰρηκέναι τι καὶ τοιοῦτον] Causa enim horum omnium erat in prudenti reip. moderatione, recta aequalitatis notione caet. de quibus supra cap. VIII. et IX. et passim hic illic dixit. (*Bergmann.*) *δ'* non *δὲ*, quod ceteri habent, scripsi cum Bekkero. (*B.*)

οὐ μὴν ἀλλ' ἔτι] *οὐ μὴν* deest in LB. (*Bergmann.*) Vid. supra p. 112. (*B.*)

CAP. XIV.

§. 37. *Ἐκεῖνοι γὰρ οὐκ ἐν μὲν ταῖς παιδείαις*] Wolfius haec habet: „*ταῖς παιδίαις* (sic enim legit, quod in nostra editione errore relictum est) id est,

ἐν τῇ παιδικῇ ἡλικίᾳ," contrarium αἱ ἀκμαί. Librarii saepe confundunt παιδίαν, ἀνδρίαν, quae per ἰῶτα simplex, aetatem puerilem et virilem significant, cum ἀνδρεία καὶ παιδεία per ει, quarum haec eruditionem, illa fortitudinem notat. Notum autem est, ingenuos pueros non tantum magistros habuisse olim, a quibus in literis, in musicis, in palaestra, ut Comici verbis utar, (Terent. Eun. III, 2, 23.) erudirentur, sed etiam paedagogos, perpetuos asseclas et curatores, omniumque et dictorum et factorum et gestuum inspectores et correctores." Recte castigasse putamus Wolfium pristinam lectionem παιδείαις, quam habent Med. Ald. (Hagan.) Isingr. (Basil.) Steph. LB. Contra παιδίαις (quod Aug. et Bergmann. dederunt) confirmat Cod. Bav. ap. Lang. qui itidem recepit, et videndus est etiam p. 215. (Prolegg. p. 23. not. ***) in not. ad locum Dionysii Hal. de hac Or. in quo tamen dubito an recte corrigat ex Isocrate παιδίας pro παιδείαις. Si cui vero magis placeat παιδείαις, interpretandum erit, ut fecit Coraës (qui παιδείαις retinuit) ἐν ταῖς τῶν παίδων ἀγωγαῖς, *in puerili institutione.* Intelligitur autem omne genus magistrorum et inspectorum, qui in Atheniensium institutione permulti erant, et hoc fere ordine sibi succedebant: παιδαγωγός, παιδοτρίβης (qui corporis habitum et exercitia curabat, τὴν παιδοτριβικὴν, cujus pars erat ἡ γυμναστική), γραμματοδιδάσκαλος, ἁρμονικός, ζωγράφος, procedente aetate, ἀριθμητικός, γεωμέτρης, πωλοδάμνης. Mox e pueritia in ephebos egressis, quod fiebat decimo octavo aetatis anno, ut mox videbimus, praeerant κοσμητής, παιδοτρίβης, ὁπλόμαχος, γυμνασίαρχος. Vid. elegans locus Teletis apud Stobaeum Serm. XCVI. p. 535, 14. Ed. Gesn. eique adhibeatur Plato in Protagora p. 325. c. — 326. d. item Isocrates περὶ ἀντ. ed. Orell. p. 91. Aristophanes in Nubb. 958 — 980. Aeschines Socraticus in Axiocho Cap. VII. et VIII. Qui cum ejus rei curam Areopago tribuat, quod et mox Isocrates facit, ejus verba adscribamus: ὁπόταν δὲ (τὸ βρέφος, de puero loquitur) εἰς τὴν ἑπταετίαν ἀφίκηται, πολλοὺς πόνους διαντλῆσαν, καὶ γυμνασταὶ καὶ παιδοτρίβαι τυραννοῦντες· αὐξανομένου δὲ κριτικοί, γεωμέτραι, τακτικοί, πολὺ πλῆθος δεσποτῶν. ἐπειδὰν δὲ εἰς τοὺς ἐφήβους ἐγγραφῇ, καὶ φόβος χείρων εἴη, τὸ Λύκειον, καὶ Ἀκαδημία, καὶ γυμνασιαρχία καὶ

ῥάβδοι, καὶ κακῶν ἀμετρίαι. καὶ πᾶς ὁ τοῦ μειρακίσκου χρόνος ἐστὶν ὑπὸ σωφρονιστὰς καὶ τὴν ἐπὶ τοὺς νέους αἵρεσιν τῆς ἐξ Ἀρείου πάγου βουλῆς. Sophronistae ejusmodi decem erant Athenis ex singulis tribubus, notantibus Etymologo in voce, et distinctius Grammatico Bekkeri V. I. p. 301. Σωφρονισταί· ἄρχοντές τινες χειροτονητοὶ, δέκα τὸν ἀριθμὸν, ἑκάστης φυλῆς εἷς. ἐπιμελοῦντο δὲ τῆς σωφροσύνης τῶν ἐφήβων, μισθὸν παρὰ τῆς πόλεως λαμβάνοντες ἕκαστος καθ' ἡμέραν δραχμήν. Iidem dicebantur κοσμηταί. Cf. Meursius Lect. Att. II, 5. p. 65. Pollux VIII, 138. ibique Hemsterh. quem corrigit Boeckh. de Oecon. Civ. Ath. V. I. p. 256. in nota: Petitus de Legg. Att. p. 384. Universe non ingenii tantum, sed multo etiam magis morum ratio habebatur in liberorum institutione. Multa loca laudantur in Annot. ad Creuzer. Orat. de Civitate Athenarum omnis humanitatis parente. p. 57. Ad totum hunc locum pertinent verba Dionysii Hal. qui ait, veteres Athenienses πλείω τὴν ἐπιμέλειαν ποιεῖσθαι τοὺς πατέρας τῶν υἱῶν ἀνδρῶν γενομένων ἢ παίδων ὄντων ἐποιοῦντο· ἐνθυμουμένους ὡς οὐκ ἐξ ἐκείνης τῆς παιδείας, ἀλλ' ἐκ ταύτης τῆς σωφροσύνης μᾶλλον ὠφελεῖται τὸ κοινόν. E quibus nos quidem majus praesidium pro lectione παιδίαις, quam pro altera παιδείαις, peti posse putamus. Nec tamen illud cum Langio restituendum Dionysio. Hic enim Isocrateum παιδίαις explicuit verbis παίδων ὄντων, unde sequitur ἐξ ἐκείνης τῆς παιδείας positum esse pro ἐκ τῆς τῶν παίδων παιδείας seu ἀγωγῆς, *e puerorum institutione*, cui opponitur ἐκ ταύτης τῆς σωφροσύνης h. e. τῶν ἀνδρῶν, *cum severa disciplina cives virilis aetatis in officio retinentur*. De simili Lycurgi instituto apud Spartanos refert Xenophon de Rep. Laced. p. 678. e. sq. (*Bergmann.*) Bekkerus recte παιδείαις dedit. (*B.*)

ἐπειδὴ δ' εἰς ἄνδρας δοκιμασθεῖεν] Hoc fiebat apud Graecos anno circiter XVI aetatis, si modo recte explicatur τὸ ἐπὶ διετὲς ἡβᾶν, qua formula tradunt, decimum octavum aetatis annum designari. Latini τὸ δοκιμασθῆναι εἰς ἄνδρας dicunt, togam virilem sumere. Nam pueri toga praetexta utebantur. (*Wolf.*) Εἰς ἄνδρας δοκιμάζεσθαι, *inter viros cooptari*, proprie *in viros explorari*, quia nempe exploratio quaedam, quoddam examen fiebat juvenum, priusquam inter viros censeren-

tur. (*Auger.*). *Postquam virilem aetatem consecuti essent.* Significatur omne illud aetatis tempus quod pueritiam sequitur. Illustratur loco ex Aegin. p. 386. c. ubi opponuntur: ἕως μὲν γὰρ παῖδες ἦμεν et ἐπειδὴ δ' ἄνδρες ἐγενόμεθα, idemque est, quod in Panath. p. 277. b. de Lacedaemoniorum pueris (παισὶ) dicit: ἐπειδὰν δ' εἰς ἄνδρας συντελῶσιν. Ibid. p. 238. c. ἀπὸ τῶν νεωτέρων distinguit τοὺς πρεσβυτέρους, καὶ τοὺς εἰς ἄνδρας δεδοκιμασμένους, *virilis aetatis homines.* Idem simplici verbo dicitur δοκιμάζεσθαι, et inprimis de iis adhibetur, qui *in suam tutelam veniunt*, a tutoribus liberati, ut opponatur τῷ ἐπιτροπευθῆναι. Sic de Bigis p. 352. b. de Alcibiade legimus: ἐπετροπεύθη δ' ὑπὸ Περικλέους — δοκιμασθεὶς δὲ κ. τ. λ. de quo loco cf. Budaeus in Comm. L. Gr. p. 67. Lysias adv. Diagit. p. 898. §. 9. ἐπειδὴ δεδοκίμασαι καὶ ἀνὴρ γεγένησαι. Isaeus de Astyph. haered. p. 77. §. 29. Harpocr. δοκιμασθεὶς ἀντὶ τοῦ εἰς ἄνδρας ἐγγραφεὶς, ad quem plura dedit Valesius p. 22. Ὀρφανοὺς δοκιμάσαι dixit Xenophon de Rep. Ath. p. 699. d. Id autem Athenis ita fiebat, ut eorum nomina inscriberentur tabulae, quae dicebatur ληξιαρχικὸν γραμματεῖον, cujus mentio est ap. Isocr. de Pace p. 176. d. cf. etiam Harpocr. in v. idque fiebat vicesimo aetatis anno, postquam inde a duodevicesimo anno dicti essent ἔφηβοι. Vid. Pollux VIII, 104 et 105. Exemplum ejusmodi adolescentis, qualem hic delineat Isocrates, habemus apud Terentium Andr. Act. I. Sc. I. v. 24. sqq.

Nam is postquam excessit ex ephebis, Sosia,
Liberius vivendi fuit potestas: nam antea,
Qui scire posses, aut ingenium noscere,
Dum aetas, metus, magister prohibebant?

Quod jam Wolfius notaverat. (*Bergmann.*)

ἐξῆν] Ald. male οὐκ ἐξῆν. (*B.*)

ἐν ταύταις ταῖς ἀκμαῖς] *In ipso* (scil. legit αὐταῖς pro ταύτ.) *aetatis flore, vigore.* Eodem sensu voce ἀκμὴ utitur in Orat. ad Philippum p. 84. c. εἰδὼς τὸν λόγον τοῦτον οὐ τῆς ἐμῆς ἡλικίας δεόμενον, (jam senex scribebat Isocrates) ἀλλ' ἀνδρὸς ἀνθοῦσαν τὴν ἀκμὴν ἔχοντος, cujus loci ultima verba respexit Aristot. Rhet. III, 11, 2. Valcken. margini adscripsit: *Ep. Socrat.* p. 61, 2. Item in Evag. p. 204. et in Ep. ad Jasonis

liberos p. 418. d. Hinc verbum ἀκμάζειν, ejusque oppositum παρακμάζειν, quibus utitur Xenoph. Mem. IV, 4, 23. (*Bergmann.*) Recepi ex Urb. ταύταις pro cett. αὐταῖς; tum simili loco in Antid. §. 308. ductus tum ea de causa, quia hic non tam de juvenili aetate (uti e. g. Jacobsius in libro *Attica* inscripto intellexit) quam de virili sermo est. (*B.*)

πλείονος ἐπιμελείας] Retinui vulgatam πλείονος pro Urbinatis πλέονος, quod Bekkerus recepit. Isocrates enim pleniorem formam per ει praeoptasse videtur v. infra 151. ad Nicocl. 17. b. 21. b. 25. a. de Nicocl. 30. b. Phil. 83. b. Archid. 119. 138. b. de Pace 167. c. 176. 177. 186. b. Evag. 199. d. Busir. 221. Panath. 238. 247. c. 250. 255. e. 260. c. 271. b. 272. 274. 287. c. Plat. 297. 299. 301. 304. b. Antid. 319. d. 320. §. 87. 121. (de Big. 355. b. Aegin. 386. b. Euth. 403. c. Ep. IV, 414. c.). Altera contra per ε his tantum in locis ab omnibus libris exhibetur: Evag. 200. d. 204. Panath. 252. c. Plat. 300. Antid. §. 144. 187. 193. 227. 294. (Aegin. 386. c.) Libri variant ad Nicocl. 18. e. ubi jam Coraës πλείονος ex Laug. et Angl. Cod. recepit, Phil. 97. c. ubi Bekk. ex Urb. πλέονος pro vulgato πλείονος recepit, idemque ab eo de Pace 160. 163. e. Soph. 293. d. et Plat. 302. c. factum est. Antid. §. 86. cett. quidem πλέονος Laur. tamen πλείονος exhibet. In neutro singul. tamen eum πλέον, non πλεῖον scripsisse patebit ex his locis: ad Nicocl. 25. b. Nicocl. 29. d. Paneg. 41. b. 59. d. Phil. 104. c. Archid. 138. d. 186. b. de Pace 164. e. 166. 179. 183. Evag. 201. b. Helen. 218. b. Busir. 227. d. 228. d. Panath. 233. 241. b. 256. 269. d. 272. d. 276. d. 284. Plat. 301. Antid. 315. b. d. §. 118. 221. 301. (de Big. 354. c. Trapez. 362. 366. e. ubi olim πλείους legebatur, 368. b. 370. b. Callim. 374. b. 380. d. 383. Aegin. 389. c. Loch. 399. Euth. 401. b. d. Ep. IV, 414. c.), ita ut non dubitem, quin Antid. §. 223, ubi omnes libri πλεῖον exhibent, πλέον scribendum sit, quod nunc jure a Bekkero ex Urbinate receptum est Paneg. 45. b. Archid. 121. b. Busir. 224. e. 227. Panath. 288. b. et ad Nicocl. 20. c. ubi Stobaeus erravit πλεῖον scribens. Aliis autem in locis nunc πλείω legitur pro πλεῖον veluti

Paneg. 75. e. Archid. 123. d. ubi olim πλέον nunc a Bekk. ex Urb. πλείω scriptum est, et ad Dem. 3. b. ubi pro cett. πλείω, Harles. πλέον, Auger. Codd. πλεῖον exhibent. Phil. 101. jam Wolfius πλεῖον e conj. in πλείονα mutaverat, rectius tamen Coraës πλείω conjecit, quod Bekk. ex Urb. recepit. Isocratem enim ubique contracta formâ πλείω usum esse docebunt te loci (ad Demon. 6.) ad Nicocl. 19. b. Nicocl. 39. b. Paneg. 47. e. 49. 62. d. Phil. 89. b. 103. b. c. Archid. 122. d. 130. de Pace 166. c. 177. b. Evag. 189. b. Helen. 217. b. Panath. 253. 254. c. 257. c. 271. d. bis. 275. e. 281. d. Plat. 303. c. 304. 307. c. Antid. 313. a. e. §. 101. 157. 177. 206. 230. 260. (de Big. 354. e. Trapez. 365. d. Aeg. 391. d. Euth. 401. Ep. I, 406. II, 411. VII, 423. b. bis. VIII, 426. b. IX. §. 22.). Sic etiam πλείους, non πλείονας aut πλείονες scripsit, v. infra 156. e. Paneg. 61. Archid. 130. de Pace 176. c. 181. Evag. 199. Helen. 218. b. Panath. 251. 260. c. 264. 288. b. Antid. 311. c. §. 165. 216. (Ep. II, 410. c. VIII, 426.) ita ut pateat, recte nunc infra 153. c. πλείους legi pro πλείονας et Aegin. 394. c. πλείω pro πλείονα. Non solum autem Isocrates, sed etiam ceteri oratores Attici formam per ει in πλείονος πλειόνων, πλείων et πλείοσι praetulerunt. v. Demosth. Phil. I, 52. §. 42. Phil. III, 141, 3. 125, 55. Epist. 156, 16. Synt. 169, 10. Megal. 207, 19. Coron. 288, 180. 290, 184. de m. g. leg. 341, 1. Aristocr. 663, 129. Aristog. I, 798, 94. Timocr. 734, 107. Aphob. I, 835, 68. Onet. II, 877, 6. bis. 879, 18. Phorm. 952, 26. 960, 51. Pantaen. 970, 12. 982, 53. Leoch. 1085, 16. Steph. I, 1117, 53. 1118, 54. 1164, 81. Timoth. 1185, 12. 1195, 37. Polycl. 1220, 45. 1225, 68. Coron. 1229, 6. Eubul. 1299, 1. Epit. 1397, 27. Prooem. 38, 1447. 53, 1459. ubi πλείονος legitur, πλειόνων a libris exhibetur de Pace 63, 25. Chers. 102, 50. 107, 69. Phil. IV, 138, 26. Alex. 219, 26. Coron. 262, 106. fals. leg. 367, 84. Andr. 613, 66. Timocr. 754, 173. Aristog. I, 782, 39. 783, 44. Phorm. 962, 57. Con. 1263, 22. Prooem. 34, 1443. πλείονι, Megalop. 204, 5. πλείοσι, Mid. 515, 4. Dionys. 1288, 16. Nomin. πλείων legitur Cor. 330, 315. Phorm. 947, 11. Baeot. 1140, 4. Symmor. 185, 27. ubi Σ πλείω, Aphob. III, 847, 9, ubi Codd.

a. Ald. Paul. πλεῖον, pro Phorm. 969, 63. ubi Aug. I. πλεῖον exhibet. Uno tantum in loco Prooem. 40, 1448. a Bekk. ex Codd. ΤΩ πλεόνων pro cett. πλέον receptum est. Idem de *Andocide* dici potest, qui Myst. II, 81. Redit. 21, 16. Alcibiad. 31, 15. πλείονος praebet, et de *Lysia*, in quo Sim. 98, 24. de Vuln. 102, 17. in Eratosth. 128, 86. Agor. 132, 31. Alcib. I, 140, 13. 143, 40. II, 145, 8. de Publ. Pecun. 148, 7. 149, 9. Aristoph. Bon. 156, 47. Polystr. 159, 13. Ergocl. 180, 11. Philocr. 181, 3. Philon. 187, 7. 188, 18., omnes libri πλείονος et πλειόνων per ει exhibent. Nom. πλείων autem Or. VIII, 1. et Nic. 151, 19. legitur. Nec aliter *Isaeus* Cleron. 37, 33. 34. Pyrrh. 44, 66. Nicostr. 47, 5. fragm. I. §. 4. et *Dinarchus* Philocl. 109, 10, et *Lycurgus*, 149, 10. 150, 20. 158, 81. (156, 67. Cod. z. pro μείζονος praebet πλείονος) et *Aeschines* locutus est, Timocr. 13, 93. 15, 109. de fals. leg. 32, 51. 48, 152. Ctesiph. 60, 46. 64, 78. (ubi Codd. e kl. πόλλους praebent) 85, 224. 90, 257. In lege tamen (Tim. 5, 35.) πλέονος legitur, quod eodem jure hic legi posse videtur, quo fortasse in Antiphonte de Herod. Caed. 140, 93. scriptum est. In neutro singul. autem πλέον in *Demosthene* multo frequentius quam πλεῖον et fortasse unice verum est. Sic Olynth. II, 27, 27. Phil. I, 49, 33. Chers. 92, 11. Phil. III, 123, 47. fals. leg. 354, 42. 373, 100. Leptin. 459, 7. 480, 77. bis. (alterum Aristides omittit.) 488, 103. 504, 155. Aristocr. 642, 68. 647, 82. 648, 83. 657, 110. Timocr. 741, 130. Aphob. I, 820, 22. 824, 33. 825, 30. (ubi Σ. pr. omittit) 827, 44. 833, 62. Aphob. II, 839, 13. 846, 7. (Cod. om.) III, 857, 44. 862, 60. Zenoth. 886, 17. 887, 18. Phorm. 914, 25. Lacrit. 935, 31. pro Phorm. 945, 5. 952, 26. 956, 38. bis. 962, 59. Pantaen. 981, 50. Nausim. 990, 20. Phaenipp. 1040, 5. 1041, 7. 1043, 15. 1047, 28. 1048, 30. Macart. 1068, 54. (in lege.) Steph. I, 1121, 65. 1125, 79. Euerg. 1139, 1. Callip. 1237, 6. Calliel. 1273, 4. 6. 1280, 32. (ubi πλέον ἤ ab Aug. I. et V. et Bekk. r. absunt). 1281, 33. Prooem. 2, 1420. in omnibus libris πλέον legitur, πλεῖον contra exhibetur Mid. 570, 173. Aphob. I, 816, 9. II, 841, 18. Onet. II, 879, 13. Spud. 1035, 25. 1036, 27. Euerg. 1163, 78. (quae

verba Wolf. suspecta habet.) Erot. 1401, 1. Libri variant Phil. IV, 150, 7. ubi Aug. et Bekk. c. Paris. VII, Aug. I, Σ, Ald., Manut. *πλέον* habent probante Schaefero, vulgo contra et in Codd. F Υ Ω u υ. *πλεῖον* legitur. de Contrib. 177, 36. ubi cett. *πλέον*, Aug. I. *πλεῖον* exhibet, Alex. 219, 28. ubi Bekk. et ante Reisk. *πλέον*, a Reisk. ex Aug. II Paris. I. *πλεῖον* receptum est, pro Coron. (in Epist. Philippi) 239, 39. ubi Codd. K, p. r. aliique ap. Reisk. *πλέον*, cett. *πλεῖον*, 269, 125. cett. *πλέον*, Manut. *πλεῖον*, de m. gest. leg. 413, 230. Bekk. e Σ *πλεῖν*, Aug. I. II. et Codd. k. r. s. *πλέον*, vulgo *πλείους*, 432, 283. Cod. r. *πλεῖον*, s. Paris. IV. et Aug. I. *πλέον*, cett. *μεῖζον*, Leptin. 503, 152. Bekk. ex Codd. ΣΥΩ *πλεῖον*, r. *πλεῖστον*, cett. *πλέον*, Mid. 565, 156. Bekk. et Buttm. ex Codd. Σr. *πλέον*, vulgo tamen c. Codd. Π Υ Ω s. *πλεῖον*, Aristocr. 669, 149. Cod. r. *πλέον*, s. et Aug. I. *πλέων*, cett. *πλεῖον*, Timocr. 744, 141. Bekk. ex Σ *πλέον*, Codd. ΥΩ *πλείους*, vulgo *πλείοσιν*, 765, 209. Cod. F *πλέον*, cett. *πλεῖον*, 767, 217. Cod. r. *πλεῖον*, cett. *πλέον*, Aphob. I, 832, 58. Aug. I. V. r. *πλέον*, cett. *πλεῖον*, 59. r. *πλέον*, cett. *πλεῖον*, Phorm. 910, 10. Aug. I. r. *πλείω*, cett. *πλεῖον*, Lacrit. 939, 44. Codd. F Σ Φ *πλεῖον*, cett. *πλέον*, pr. Phorm. 956, 36. Σ. *πλεῖον*, F Φ. et vulg. ante Reisk. *πλείω*, cett. *πλέον*, Boeot. 1014, 20. Spud. 1033, 18. Codd. F Φ. et vulg. ante Reisk. *πλέον*, cett. *πλεῖον*, Phaenipp. 1045, 20. Codd. Aug. I. r. *πλέον*, cett. *πλεῖον*, Macart. 1073, 69. vulgo ante Reisk. *πλέον*, cett. *πλεῖον*, Nicostr. 1251, 15. Codd. F Φ r. et vulgo ante Bekk. *πλεῖον*, Bekk. *πλέον* habet. Uti autem ex his locis patere videtur, Demosthenem *ubique* *π λ έ ο ν*, non *π λ ε ῖ ο ν* scripsisse, sic etiam forma contracta *π λ ε ί ω* et *π λ ε ί ο υ ς* in Demosthene unice vera esse videtur, v. Olynth. II, 24, 22. Phil. I, 45, 18. 19. II, 69, 12. Halon. 79, 12. Chers. 94, 20. adv. Epist. 156, 16. de m. gest. leg. 395, 173. 417, 244. 425, 263. 426, 266. Leptin. 463, 22. bis. 498, 138. Mid. 564, 154. Androt. 604, 35. Timocr. 705, 16. Aristog. 770, 2. 795, 85. Phorm. 918, 39. Lacrit. 924, 2. 932, 29. Macart. 1053, 10. 1068, 54. bis. (in lege.) Dionysid. 1286, 12. Eubul. 1302, 10. Erot. 1407, 22., ubi omnes libri *π λ ε ί ο υ ς* exhibent, *π λ ε ί ο ν α ς* contra tuentur Leptin. 463, 29.

et ibid. 458, 5. Codd. k. r. Aug. I. πλειόνος, cett. πλείονας dant. Neutro tamen in loco πλείονας ferendum esse duco. Sic etiam *πλείω*, non *πλείονα* dixit Olynth. III, 29, 3. 35, 24. 36, 28. Chers. 104, 60. Phil. III, 121, 40. IV, 132. 3. 148, 62. ad Epist. 156, 17. Contrib. 174, 26. 27. Megalopol. 205, 133. pro Coron. 242, 50. 247, 66. 314, 262. Leptin. 505, 159. 508, 167. Mid. 526, 37. 555, 123. Androt. 606, 44. Aristocr. 657, 111. 687, 200. 689, 208. 691, 213. Aristog. I, 796, 88. Aphob. I, 823, 33. 824, 34. 825, 36. 833, 63. Phorm. 915, 27. Lacrit. 929, 20. (Paulin. πλείω habet) pr. Phorm. 963, 62. Nausim. 995, 28. Spud. 1035, 25. 1036, 26. 28. Macart. 1073, 67. Leoch. 1085, 16. Euerg. 1155, 54. 1162, 75. Con. 1271, 44. Callicl. 1279, 26. 1281, 33. Theocr. 1340, 57. Erot. 1401, 2. 1404, 9. 1415, 47. Prooem. 2, 1420. 17, 1429. 33, 1442. 38, 1446. 1447. 40, 1448. 43, 1451. Ep. II, 1472. Prooem. 40, 1448. Bekk. πλείω, Codd. Ωrs πλεόνων, cett. πλέον habent. *Πλείονα* contra his tantum legitur in locis Olynth. II, 18, 8. bis. Chers. 96, 25. Mid. 528, 73. Aphob. II, 838, 9. Boeot. 1003, 29. Prooem. 44, 1451. Idem de ceteris oratoribus statuerim, veluti de *Antiphonte*, qui Or. I, 113, 19. V, 131, 16. 134, 44. 138, 80. 140, 91. 95. VI, 146, 44. πλέον, non πλεῖον, et II, 115, 6. 119, 11. VI, 144, 22. *πλείους*, non *πλείονας* aut *πλείονες*, atque VI, 141, 5. 145, 33. *πλείω*, uno tamen in loco (?) IV, 126, 2. 3. *πλείονα* (bis) scripsit, de *Andocide*, qui Myster. 2, 7. 15, 118. 19, 149. Redit. 21, 11. de Pace 24, 9. (bis.) Alcib. 29, 4. 31, 16. *πλέον*, duobus tamen in locis (?) Alcib. 29, 7. 31, 20. (ubi Cod. Z. πλέον exhibet) *πλεῖον*, de Pace 24, 9. πλείους, Myster. 1, 6. (bis) πλείω dixit, de *Lysia*, in cujus Epit. 190, 4. 196, 64. Sim. 98, 27. Andoc. 106, 46. Alcib. I, 143, 37. Mantith. 145, 3. 146, 10. Publ. Pec. 148, 6. de Aristoph. Bon. 152, 4. 153, 18. 155, 42. 44. 156, 46. 52. Polystr. 159, 14. 160, 24. Or. XXI, 162, 4. 5. Philocr. 281, 2. Diogit. 906, 22. Or. XXXIV, 920, 4. *πλέον*, Sim. 98, 27. Agor. 131, 15. Nicom. 183, 7. Diogit. 905, 20. *πλεῖον* legitur. (De Aristoph. Bon. 156, 46. Cod. C. quidem πλεῖον, vulgo πλείω, Bekk. tamen πλέον habet.) Apud eundem *πλείους* legitur

Epit. 194, 42. de Aristoph. Bon. 157, 62. Or. XXI, 163, 20. XXV, 173, 22. XXXIV, 922, 7., πλείονας contra uno tantum in loco Mil. 115, 8., πλείω Epit. 191, 9. de fico 111, 32. Theom. I, 118, 32. Mil. 114, 1. Eratosth. (XII.) 127, 80. de Aristoph. Bon. 152, 3. 4. 9. 154, 31. 157, 61. Or. XXII, 164, 5. 6. (ubi X vocem om.) 166, 22. Inval. 169, 16. 170, 21. XXV, 172, 13. Ergocl. 180, 8. Nicom. 185, 19, 20. 21., πλείονα de Aristoph. Bon. 155, 35. fragm. 30. Libri variant Philocr. 182, 8. ubi Ald. πλεῖον, exhibet, et de fico 108, 6. ubi vulgo πλείονα, X πλεῖον, Bekk. ex C. πλείω dedit. *Isaeus* πλέον dixit Pyrrh. 41, 33. Dicaeog. 55, 46. Cir. 72, 35. Aristarch. 82, 23. Hagn. 88, 44. 89, 47. 50. fragm. 7., πλεῖον autem legitur Menecl. 37, 35., πλείω Cleron. §. 51. Pyrrh. 38, 1. 2. 41, 31. 43, 57. Dicaeog. 51, 8. Philoct. 57, 14. 62, 60. Apollod. 68, 45. Cir. 74, 46. 47. Hagn. 87, 36. 88, 39. bis. 44. fragm. 3., πλείονα Menecl. 37, 35. Hagn. 88, 39. exhibetur, πλείους Pyrrh. 40, 29. scriptum est. *Dinarchus* πλέον scripsit Dem. 97, 55. 101, 91. 104, 113., πλείω Aristog. 105, 2. Philocl. 109, 10. *Lycurgus* πλέον habet 169, 150. πλείω 153, 46. 168, 145. *Aeschines* πλέον praebet Tim. 7, 47. 13, 96. Ctesiph. 55, 14. de m. gest. leg. 51, 175. Ep. I. 661., πλεῖον Ctesiph. 85, 222. nunc quidem legitur, sed in Codd. a. n. et ante Reisk. rectius πλέον, πλείους leges Tim. 14, 100. de mal. gest. leg. 37, 22. Ctesiph. 59, 38. 66, 90. 79, 178. 179. 87, 235., πλείονας Ctesiph. 67, 98. ubi Codd. e. k. l. πλέον, Mead. rectius πλείους exhibent, πλείω Ctesiph. 62, 60. 73, 141. (c. πλέω) 74, 146. 75, 153. Ep. IV, 670, 6., πλείονα Ep. IX, 679. (a Reisk. πίονα) legitur. (*B.*)

ἡμῶν οἱ πρόγονοι] Sic exquisite LB. Vulgo οἱ πρ. ἡμῶν. (*Bergmann.*) Eandem verborum collocationem, qua hiatus evitatur, Bekk. ex Urb. restituit. (*B.*)

σφόδρα] Bekk. ex Urb. addidit v. supra p. 200. (*B.*)

ἐπέστησαν ἐπιμελεῖσθαι] *Praefecerunt curare*, id est, ut curarent, seu curationi. Nam τὸ ἐπιμελεῖσθαι τελικῶς accipiendum est. (*Wolf.*) Vid. Matth. Gr. Gr. §. 532. (*B.*)

τῆς εὐκοσμίας] Idem cap. XVI. dicitur κυρίαν ἐποίησαν ἐπιμελεῖσθαι τῆς εὐταξίας. (*Bergmann.*)

ἧς] Scilicet βουλῆς, non εὐκοσμίας. (*Wolf.*)

τοῖς καλῶς γεγονόσι] Nobilitas ista more Attico intelligatur, ut utroque parente cive natus sit, ἐξ ἀστοῦ καὶ ἀστῆς, ut ex legitimo conjugio et parentibus non infamibus procreatus. (*Wolf.*) Cf. Steph. Diatr. V, p. 18. Recte Wolfius v. intellexit. (*Bergmann.*) V. Prolegg. p. 15. (*B.*)

πολλὴν ἀρετὴν] Excellere virtute illos oportuit, non tantum esse bonos viros. (*Wolf.*)

ἐν τῷ βίῳ καὶ σωφροσύνην] Sic Bekk. ex Urb. verba collocavit, quod vulgo legitur: καὶ σωφροσύνην ἐν τῷ βίῳ hiatus causa ferri non potest. (*B.*)

ὥστ' εἰκότως αὐτὴν] Vulgo legebatur: ὥστε πάντων αὐτὴν εἰκότως. Amant librarii πάντων ad orationem ornandam addere v. ad Dem. 4. (ubi in nonnull. Aug. Codd. πάντας ad τοὺς-σπουδάζ. additur) ad Nicocl. 16. (ubi πάντων ad τῶν ἀνθρωπίνων a Cor. e Cod. receptum est) 23. b. Nicocl. 31. 36. b. (ubi Ald. Med. πάντα ad ταῦτα addunt) Paneg. 69. 70. e. 80. d. Phil. 84. d. 104. d. Archid. 134. c. Evag. 191. e. Helen. 211. b. 213. Trapez. 361. e. Probo igitur, quod Bekkerus Evag. 193. b. et Panath. 244. Urbinatem non est secutus, qui ἅπαντας addit; quem fortasse etiam Phil. 84. c. Archid. 132. e. Areop. 151. d. (ubi annot. vide) non sequi debebat. Variant etiam libri ad Demon. 6. c. (ubi Stobaeus πάντων omittit.) Phil. 87. d. 95. b. de Pace 178. Helen. 215. e. Panath. 242. b. Antid. §. 258. 307. (ubi Laur. πᾶσι omittit) Trapez. 363. d. 366. d. Aegin. 392. b. d. (*B.*)

διενεγκεῖν τῶν — συνεδρίων] De Areopagi prae omnibus aliis judiciis praestantia, justitia, gravitate, plura sunt veterum scriptorum loca. Lysias adv. Andoc. 104. §. 14. vocat σεμνότατον καὶ δικαιότατον δικαστήριον. Lycurgus adv. Leocr. p. 149. §. 12. κάλλιστον ἔχοντες τῶν Ἑλλήνων παράδειγμα, τὸ ἐν Ἀρείῳ πάγῳ συνέδριον, ὃ τοσοῦτον διαφέρει τῶν ἄλλων δικαστηρίων, ὥστε καὶ παρ' αὐτοῖς ὁμολογεῖσθαι τοῖς ἁλισκομένοις δικαίαν ποιεῖσθαι τὴν κρίσιν. Aristides Panath. p. 15. e. οὐ γάρ ἐστιν, inquit, ὑπὲρ τὸν Ἄρειον πάγον οὐδὲν εὑρεῖν ἂν τις ὑπερβολὴν ζητοίη p. 91. a. vocat τῶν ἐν

τοῖς Ἕλλησι δικαστηρίων ἐντιμότατον καὶ ἁγιώτατον. pag. 94. a. μὴ εἶναι dicit κάλλιω λαβεῖν ἀριστοκρατίας εἰκόνα. Addatur Themistius Or. quomodo Philosopho dicendum sit p. 46. Xenoph. Mem. III, 5, 20. et egregia laudatio Areopagi ap. Demosth. adv. Aristocr. 641. Alia, de quibus Meursius in Areop. c. IV. Plura de cura honestatis ei mandata vid. ad cap. XVIII. (Bergmann.)

CAP. XV.

§. 38. Σημείοις δ' ἄν τις χρήσαιτο] Hinc apparet, conditiones istas, disciplina prolapsa in deterius, non fuisse observatas et desiisse viros spectatissimos in eum senatum legi. Demosthenes certe in epistolis queritur, se iniquo illius judicio oppressum fuisse. (Wolf.)

ἔτι γάρ] Uri, ἔτι δέ, quod librarius, cum saepius scriptum videret, exhibuit de sensu et nexu non cogitans. V. supra p. 174. (B.)

τῶν περὶ τὴν αἵρεσιν κ. τ. λ.] Locus obscurior, de quo sic Wolfius: „Eos, qui sedent (legit καθημένων) circa delectum et probationem hanc." Verba suspicione mendi non vacant, obscura certe sunt. Puto tamen eam esse sententiam, quam exposuimus, ut intelligantur designati et delecti, seu asciti in Senatum Areopagiticum, qui etsi alias improbi, tamen eo in loco suo munere fungantur, et quasi παλιγγενεσίᾳ quadam immutati gravitatem et sanctitatem quandam prae se ferre incipiant. Si τῶν καθεσμένων ἐπὶ τὴν αἵρεσιν καὶ δοκιμασίαν ταύτην, qui demissi sunt ad hanc electionem et probationem, legatur, intelligentur οἱ αἱρεθέντες καὶ δοκιμασθέντες Ἀρεοπαγῖται εἶναι, ἢ εἰς Ἄρειον πάγον ἀναβῆναι, designati et creati Areopagitae." De qua conjectura ita disputat Coraës: Ὁ μὲν νοῦς (verb. τῶν περὶ τὴν αἵρεσιν κτλ. δοκιμ. τ. καθημένων) οὐκ ἀσαφής, ἥ γε μὴν λέξις ἀδοκίμως· οὐκ ἔδοξεν ἀπηλλάχθαι παντάπασιν ὑποψίας. τῷ Οὐολφίῳ, ὃς ᾤετο, ἀντὶ τοῦ καθημένων ἀναγνωστέον ἴσως εἶναι, καθειμένων, παρὰ τὸ καθίεμαι, μέσον ῥῆμα. Καὶ καλῶς ἂν εἶχεν οὕτω γράφειν, εἰ καὶ ἀντὶ τῆς περὶ ἡ ἐπὶ παρελαμβάνετο πρόθεσις ἵν' ᾖ, τῶν καθιέντων ἑαυτοὺς ἐπὶ τὴν αἵρεσιν,

τοῦτέστι, τῶν προσερχομένων ἐπὶ τὸ δοκιμασθῆναι καὶ αἱρεθῆναι Ἀρειοπαγίτας ἢ τῶν ἐφιεμένων τῆς τιμῆς ταύτης." Langius: „Verto, inquit, *quamdiu examinantur et eliguntur* seu *circa examen et electionem versantur*, cui oppositum est ἀναβῶσιν, *electi sunt*. Metaphora est a colle petita, unde collegium illud nomen traxit; quem nondum ascenderunt, i. e. in Senatum Areopagiticum nondum recepti sunt, vocantur καθήμενοι (velut circa collis radices sedentes) περὶ τὴν δοκιμασίαν etc. recepti vero ἀναβάντες. Hinc perperam vertitur καθήμενοι: *designati et delecti*. Auger. falso explicat: „αἵρεσις, *ordo, collegium*; δοκιμασία, *tribunal, quod de moribus judicat*." Orellius ad Orat. περὶ τῆς ἀντ. p. 233. obiter monet, una addita syllaba restituendum esse καθηρημένων. — Haec Viri Docti: optionem perito Lectori relinquimus. Nobis tamen hactenus persuasum est, haec verba haud incommode verti posse: *eorum, qui circa electionem et explorationem hanc versantur*; atque intelligi eos, *qui ad munus Areopagiticum adspirant, qui illud ambiunt, eoque consilio primum eliguntur et explorantur*. Quamquam exemplum similis constructionis verbi καθῆσθαι cum praepositione περὶ, sequente Accusativo, nunc non succurrit; constat Areopagitas non admissos fuisse nisi praecedente *exploratione, probatione*, sive δοκιμασίᾳ, qualis in omnibus magistratibus locum habebat, ut supra vidimus. Ἡ ἐν Ἀρείῳ πάγῳ βουλή, inquit Socrates ap. Xenoph. Mem. III, 5, 20, ἐκ τῶν δεδοκιμασμένων καθίσταται. Quae δοκιμασία cujus generis esset, colligi potest ex insigni Plutarchi loco in Pericle p. 157. a. referentis Periclem Areopagi non fuisse participem, διὰ τὸ μήτ' ἄρχων, μήτε θεσμοθέτης, μήτε βασιλεὺς, μήτε πολέμαρχος λαχεῖν· ἐκ γὰρ αἱ ἀρχαὶ, inquit, κληρωταί τε ἦσαν ἐκ παλαιοῦ, καὶ δι' αὐτῶν οἱ δοκιμασθέντες ἀνέβαινον εἰς Ἄρειον πάγον. Cf. idem in Sol. p. 88. d. Nemo ergo, nisi qui ista munera cum laude gesserat, quod ut constaret examine opus erat, admittebatur: quo ipso illustrantur, quae modo ante scripsit Isocrates, nemini in eum Senatum admitti licuisse πλὴν τοῖς — πολλὴν ἀρετὴν καὶ σωφροσύνην ἐν τῷ βίῳ ἐνδεδειγμένοις, quarum virtutum ostendendarum opportunitate fruebantur per omne illud tempus, quo Archontis munere fungebantur.

(Bergmann.) Vulgo cum legeretur κ. τὴν δοκιμασίαν ταύτην καθημένων, Bekk. ex Urb. κ. τ. δοκιμασίαν κατημελημένων recepit, omisso pronomine ταύτην. Quod quam aptum sit, nulla eget explicatione. De re v. quae in Prolegg. p. 16. et sqq. disputavi. (B.)

οὐκ ἀνεκτοὺς ὄντας] Hyperbolice pro μέμψεως ἀξίους. (Jacobs.)

ἐπειδὰν εἰς] Distincte ἐπειδ' ἂν Med. (Ald. Hagan. Basil.) Iuingr. LB. Coraës in suo Cod. invenit ἐπειδὰν δ' εἰς, unde suspicatur in proxime antecedd. μὲν esse supplendum: ἐν μὲν τοῖς ἄλλοις πράγμασιν. Non necesse puto. (Bergmann.)

ἀναβῶσιν] Διὰ τὸ ἐπὶ πάγου, τουτέστιν ὄχθου, ἢ βουνοῦ ἱδρῦσθαι τὴν βουλὴν τῶν Ἀρειοπαγιτῶν, οὗ καὶ μέχρι δεῦρο καταφανεῖς οἱ βαθμοὶ ἐν αὐτῷ τῷ ὄχθῳ πεποιημένοι, ὥς φησιν ὁ Ἄγγλος Χανδλέρος ἐν τῇ τῆς Μικρᾶς Ἀσίας καὶ τῆς Ἑλλάδος περιηγήσει (Τομ. Β, σελ. 432, τῆς Γαλλ. μεταφρ.). Πάγος δὲ παρὰ τὸ πήγνυμι· οἱ γὰρ ὄχθοι, βουνοὶ, καὶ ἁπλῶς αἱ πέτραι, γῆ συγκεκριμένη καὶ πεπηγμένη εἰσὶ, καθὰ καὶ ὁ κυρίως λεγόμενος Πάγος, καὶ Παγετὸς, ὕδωρ ἐστὶν ὑπὸ ψύχους συμπεπηγμένον. Τοῦτον δὲ τὸν ἐξ ὕδατος πάγον οἱ μὲν Ἀττικοὶ ἀρσενικῶς ἐκαλοῦν, οἱ μεταγενέστεροι δὲ καὶ τὸ πάγος οὐδετέρως εἶπον, ὡς εὕρηται παρὰ τοῖς Ἑβδομήκοντα (Ναούμ, Γ, ιζ'.) καὶ λέγει μέχρι δεῦρο ἡ παρ' ἡμῖν συνήθεια. (Cor.) Recte vertuntur h. v. postquam in Areopagi Senatum cooptati, Senatores lecti fuerint, quo sensu formula ἀναβαίνειν εἰς Ἄρειον πάγον, praeter Plutarchum loco modo laudato usus est ipse Isocrates in Panath. p. 265. b., metaphora, ut recte Langius monet, a colle petita, quippe situm erat Areopagi tribunal in colle Martio, Ἄρειος πάγος dicto, in quem gradibus adscendebatur. Hinc Areopagus κατ' ἐξοχὴν dicebatur ἡ ἄνω βουλή. Vid. Meursius c. l. in f. et c. VI. Valesius ad Harpocr. p. 68. Grammaticus Bekkeri V. I. p. 253. (Bergmann.) Vid. quae in Prolegg. pag. 2. et sqq. disputata sunt. (B.)

τῇ φύσει χρῆσθαι] Natura uti, h. e. naturae pravitatem sequi, idem quod mox dicitur ταῖς αὐτῶν κακίαις ἐμμένειν. Φύσις de quacunque animi affectione, sive bona, sive mala, usurpari videtur. Aelianus V. H. IX, 27. refert, Laconem quendam graviter lugentem,

cum quidam eum increparet, respondisse: οὐ γάρ ἐγώ αἴτιος τούτου, ἀλλ' ἡ φύσις δὲ μοῦ ῥεῖ. (*Bergmann.*)

τοῖς ἐκεῖ νομίμοις] Ald. vitiose τ. ἐκεῖνο νομίμοις. (*B.*)

τοσοῦτον φόβον ἐκεῖνοι] Ἐκεῖνοι, nempe πρόγονοι ἡμέτεροι. (*Aug.*) Uti hic leguntur, Bekker. verba ex Urb. collocavit, vulgo τοσ. ἐκεῖνοι φόβον exhibent. (*B.*)

ἐνειργάσαντο] Sic. Bekk. ex Urb., vulgo: ἐναπειργάσαντο exhibent. Vid. loc. sim. Busir. 226. b. τὸν φόβον ἡμῖν ἐνεργασάμενοι, ubi vulgo ἐργασάμενοι habent. (*B.*)

τοιοῦτον μνημεῖον] Vulgo cum legeretur τοσοῦτον μνημεῖον, Bekk. ex Urb. τοιοῦτο μνημεῖον recepit, ego τοιοῦτον scripsi. Vocem τοιοῦτον praeferendam esse patet ex praeced. τοσοῦτον, τοιοῦτον autem non τοιοῦτο ab Isocrate scriptum esse docebunt te loci ad Nicocl. 15. c. Nicocl. 29. e. Paneg. 50. e. 58. d. 67. Phil. 111. Archid. 124. b. 132. b. Areopag. 147. de Pace 160. d. 168. 176. Evag. 191. b. d. 200. e. Helen. 209. d. 211. d. Panath. 248. 257. d. 261. d. 264. 266. 286. c. Soph. 291. b. 293. c. Antid. 311. 312. b. c. bis. 314. d. §. 68. 91. 105. 132. 167. 256. 260. 279. 311. 318. 343. d. bis. Callim. 374. b. 375. e. 379. e. 380. 382. b. Ep. I, 405. b. II, 409. 410. 411. V, 416. VI, 418. d. bis. IX, §. 6. quibus in locis omnes libri τοσοῦτον, τοιοῦτον et ταὐτὸν exhibent, aliis tamen in locis optimus liber Urbin. solus id tuetur, v. infra 151. d. Phil. 111. e. Archid. 136. b. de Pace 159. e. 168. c. (ubi tamen in Antid. omnes libri constanter τοιοῦτος exhibent) Evag. 194. (ubi Vatic. c. Urbin. facit) Panath. 249. c. (vulgo τοιαύτους habent) 253. e. (ubi jam Wolf. τοιοῦτον conjecit) 255. e. (ubi jam Coraës aut τοῦτο aut τοιοῦτόν τι legendum esse vidit) 258. 282. e. 285. Antid. §. 194. (de Big. 348. d. ubi vulgo verba τοσοῦτον — ὥστε omittunt. 354. Aegin. 387. d. ubi vulgo τοσούτῳ legunt, Ep. II, 411. ubi vulgo τοῦτο praebent VI, 418. c.) Nonnullis in locis jam ante Bekkerum editores verum restituerant, veluti Panath. 244. 248. 281. d. Antid. 314. ubi Ald. τοιοῦτο, cett. τοιοῦτον exhibent, Antid. 318. d. ubi Ald. οὕτω pro cett. τοσοῦτον, et Callim. 374. d. ubi Cod. L. τοι-

οὗτο praebet. Corrigas igitur Panath. 274. c. ubi ταὐτό, Antid. §. 270. ubi τοιουτο, et de Big. 348. c. ubi nunc ex Urb. τοσοῦτο pro vulgato τοσοῦτον receptum est. In ceteris oratoribus utrumque quidem τοιοῦτο et τοιοῦτον, τοσοῦτο et τοσοῦτον, ταὐτὸ et ταὐτὸν legitur, ita tamen, ut plerumque Codd. optimi τοιοῦτον etc. exhibeant, et altera forma paucis tantum in locis in omnibus libris inveniatur. (*B.*)

τῆς αὑτῶν ἀρετῆς] Sic Bekk., vulgo: ἑαυτῶν, v. Dindorf. ad Isocr. Paneg. I. Forma trisyllaba restat ad Demon. 2. c. 3. (Cod. Pal. in marg. αυτῶν habet) 4. a. e. bis. (pro σεαυτοῦ vulgo σαυτοῦ, Stob. ἑαυτοῦ, Cod. Aug. σοὺς habet) 5. (vulg. σαυτόν) 5. b. (v. σαυτῷ) 6. b. c. (vulgo σαυτόν, Urb. ἑαυτόν) 6. e. 9. d. ter. (Ald. Med. αὑτοῦ) ad Nicocl. 17. a. (ubi vulgo αὑτῶν legunt) 17. c. (vulgo σαυτόν) 17. d. (ubi Urb. Vat. Ambr. Laur. αὑτοῦ, Dind. αὑτοῦ, Orell. σαυτοῦ praebent) 19. d. (cett. ἑαυτῶν omitt.) 19. e. (Urb. ἑαυτοῦ) Paneg. 41. (ubi Dind. jam recte αὑτῶν scripsit) 52. b. (ubi cum Dindorf. αὑτῶν scribente libri in Antid. faciunt) 64. c. (Dind. αὑτῶν) 78. (ubi Urb. αυτων, sic, Dind. αὑτῶν habet) Phil. 89. d. (vulg. σεαυτόν) 97. d. (vulg. rectius αὑτοῦ, Med. Ald. αὑτοῦ) 98. b. Archid. 116. b. 129. de Pace 163. e. (ubi vulgo αὑτῶν, quod Leloup. jure retinuit) 178. Evag. 191. d. 196. 197. c. 198. d. (vulg. αὑτοῦ) 199. b. 201. c. d. Panath. 236. c. 271. e. (v. αὑτῶν) 276. e. 285. c. (vulg. αὑτῶν) 286. 290. (v. omitt.) Antid. 343. c. (Ald. αὑτοῦ) §. 94. §. 130. (Laur. αὑτοῦ) 160. (Trapez. 362. b., v. αὑτῷ Callim. 374. e. Aegin. 384. b. 386. e. (v. αὑτοῦ) Ceteris in locis a Bekkero nunc forma disyllaba recepta est, qua Isocrates unice usus esse videtur, idem jam Dindorfio l. l. statuente. (*B.*)

CAP. XVI.

§. 39. Τὴν δὴ τοιαύτην] Scil. βουλήν. (*Bergmann.*) Repetitio propter longiorem descriptionem interjectam. (*Wolf.*)

κυρίαν ἐποίησαν] Ante dixit ἐπέστησαν, scilicet οἱ πρόγονοι τῇ ἐπιμελείᾳ τῆς εὐταξίας. (*Wolf.*)

ἐπιμελεῖσθαι τῆς εὐταξίας] Bekkerus quidem hunc verborum ordinem mutavit c. Urb. *τ. εὐτ. ἐπιμ.* scribens, retinui tamen vulgatum, hiatus causa. (*B.*)

ἢ τοὺς μὲν οἰομένους — ἐνόμιζεν] Aetiologia curationis disciplinae, quod scilicet ea plus valeat multis et accuratis legibus. Verissima est haec sententia et copiosius tractatur primo libro Xenophontis de institutione Cyri majoris. (*Wolf.*) Vulgo cum legeretur *οἳ — ἐνόμιζον* Coraës haec scripsit: „πρὸς τοὺς Ἀρεοπαγίτας τὸ οἳ. Ἔοικε δὲ καὶ ἑτέρα γραφὴ τὸ πάλαι ὑπάρξαι, ἢ..... ἀγνοεῖν ἐνόμιζεν (ἀναφερομένη πρὸς τὴν βουλὴν), ἧς ἴχνη σώζεται ἐν τῷ κακῶς γραφομένῳ, ἢ, τοῦ ἐμοῦ ἀντιγράφου." Contra quam Coraïs sententiam Bergmannus haec disseruit: *οἳ* ad *τοὺς προγόνους* referendum, qui cap. XIV. Areopago curam *τῆς εὐκοσμίας* commisisse dicuntur. Et de his, non de Iudicibus Areopagi sequentia omnia sunt accipienda. Minus recte Coraës ad Areopagitas retulit (idem fecit Jacobsius. *B.*), pro *οἳ — ἐνόμιζον* olim *ἢ — ἐνόμιζεν* scriptum fuisse putans. Quod si vel omnino ad hos referri debeat, ea emendatione non indigemus: *βουλὴν* enim, sequente *οἳ*, esset constructio *κατὰ τὸ σημαινόμενον*, frequens apud Atticos, docente Gregor. de Dial. Att. §. 27 et 29. ubi vid. Koenius. Sed leguntur capp. sqq. quae omnino de majoribus cogitare jubent, et init. cap. XVIII. diserte illi distinguntur *ἀπὸ τῆς βουλῆς*. Ac si de illis universe intelligatur, eo numero Areopagitas non excludi, res ipsa loquitur." Bekk. *ἢ — ἐνόμιζεν* ex Urb. recepit. Quod autem Bergmannus dicit, quae in sequentibus scripta sint, aperte de majoribus omnino intelligenda esse, non probaverim, cum cap. XVII. maxime ea enumerentur, quae Areopagitarum fuisse satis constat, v. Prolegg. p. 15. et sqq. (*B.*)

γίγνεσθαι] Ald. *γίνεσθαι*. (*B.*)

παρ' οἷς] Proprie adverbio *ἐνταῦθα* respondere debuisset *ὅπου*, sed grata quadam orationis negligentia posuit *παρ' οἷς*, quod commode ad antecedens *ἀνθρώπους* refertur. (*Bergmann.*) Eodem modo relativum et adverbium sibi respondent 149. (*B.*)

μετὰ πλείστης ἀκριβείας] Id est, *ἀκριβέστατοι*. (*Wolf.*)

κείμενοι τυγχ.] Consequens pro antecedente; γεγραμμένοι εἰσίν. (Jacobs.)

ἀγνοεῖν] Absolute ponitur ἀντὶ τοῦ ἁμαρτάνειν ἢ διαψεύδεσθαι: aut ἐλλειπτικῶς, ἀγνοεῖν τὴν ἀλήθειαν, τὸ ἀληθές. (Wolf.) Σημείωσαι τὸ ἀγνοεῖν ἀπολύτως ἐνταῦθα καὶ ἀμεταβάτως τεταγμένον, ἐπὶ τοῦ ἐν ἀγνοίᾳ εἶναι, καθὰ καὶ τὸ ἐν τῇ συνηθείᾳ λανθάνω. (Cor.) Idem valet ac ἐν ἀγνοίᾳ εἶναι, in errore versari, uti recte Coraës et Langius monent. (Bergmann.) Cf. Antid. 312. e. ἀναγιγνώσκετε τὴν ἀπολογίαν — βουλομένην περὶ ἐμοῦ δηλῶσαι τὴν ἀλήθειαν, καὶ τοὺς μὲν ἀγνοοῦντας εἰδέναι ποιῆσαι. Eodem sensu est accipiendum, quod de Pace 167. c. legitur: τῶν μὲν περὶ τὸ σῶμα νοσημάτων πολλαὶ θεραπεῖαι καὶ παντοδαπαὶ τοῖς ἰατροῖς εὕρηνται, ταῖς δὲ ψυχαῖς ταῖς ἀγνοούσαις καὶ γεμούσαις πονηρῶν ἐπιθυμιῶν οὐδέν ἐστιν ἄλλο φάρμακον πλὴν λόγος ὁ τολμῶν etc., ubi vulgo pro ἀγνοούσαις exhibent νοσούσαις. Habet quidem νοσούσαις multum, quo se commendet, est enim et ad imaginem aptum et conveniens cum sequ. καὶ γεμούσαις πον. ἐπιθ. probatumque a Corae, Dindorfio et Bremio, tamen a Bekkero et Leloupio rectissime est factum, quod plurimorum et optimorum Codd. (Urb. Ambros. Laur. Ald. in Antid.) lectionem servarunt. Vere enim scripsit Leloupius ad l. l. „in talibus non idem vocabulum solere ponere Isocratem isthoc intentum, ut verborum varietate orationem exornet.“ Ne autem offendaris, quod ἀγνοούσαις et γεμούσαις πον. ἐπιθ. tam arcte sunt conjuncta, conferas Areop. 155. c. ἐμπεπτώκαμεν εἰς ἄνοιαν καὶ ταραχὴν καὶ πονηρῶν πραγμάτων ἐπιθυμίαν. Solet autem haec vox ubi ἐν ἀγνοίᾳ εἶναι significat, cum περὶ et Genitivo strui v. de Pace 181. d. Cf. etiam Antiph. Orat. V. §. 44. Andoc. Alcib. 29, 5. et Reisk. Ind. ad Demosth. (B.)

μὴ κωλύειν] Hunc Infinitivum et alios sequentes refer ad ἐνόμιζον. (Aug.) Bekker recte ἂν quod vulgo deest, ex Urb. recepit, opponitur enim: ἀλλὰ κωλύει τι, seu ἀλλ' οὐχ ὅμοιοί εἰσι. Vid. Hermann. de Part. ἂν Lib. IV, 2. p. 179. (B.)

ὁμοίους] H. e. ὁμοίως ἀγαθούς, aeque bonos. (Bergmann.)

ἕνεκα] Singularis animadvertenda vis particulae

ἕνεκα, quae hic significat *quod attinet ad, quatenus*, ut sensus sit: *quatenus facile fieri possit, ut alter alterius leges describat.* Demosth. Olynth. III. p. 32. id agens ut non facienda, sed et peragenda esse decreta adversus Philippum, ostendat, *πάλαι γὰρ ἄν*, inquit, *ἕνεκά γε ψηφισμάτων, ἐδεδώκει δίκην*, scil. ὁ *Φίλιππος*. (*Bergmann.*) Ald. ἕνεκε habet, v. ad cap. XXIX. (*B.*)

τὰ γράμματα] *Τοὺς νόμους, κατ' ἐξοχήν, καθὰ καὶ ἐν τοῖς πρόσθεν* (σελ. 41.) *εἰρήκαμεν. Ἐν τῷ ἐμῷ ἀντιγράφῳ ἡμαρτημένως τὰ πράγματα.* (*Cor.*) *Τὰ πράγματα* habet etiam LB. male. Saepius ista confunduntur. Vid. H. Royaards Diatr. de Emend. plurimis Vet. Script. Gr. locis p. 50. ab eoque laudatus Wesseling. ad Diod. Sic. T. I. p. 12. (*Bergmann.*) Confusae sunt hae voces Paneg. 56. d. ubi in Antid. *πραγμάτων* legitur, Lang. tamen et Cor. verum *γραμμάτων* praebent; Soph. 293. ubi Urb. vitiose *πραγμάτων* et Trapez. 364. d. ubi Cod. Cor. *γράμμασιν* pro *πράγμασιν* habet. (*B.*)

§. 40. *Ἀλλὰ γάρ*] Pro *ἀλλ' οὐκ ἔστι τοῦτο· οὐ γὰρ* etc. (*Jacobs.*)

τούτων] Sic Bekkerus, vulgo legebatur *τοιούτων*. Coraës articulum *τῶν* inseruerat. Quid (inquit Bergmannus) si potius legatur *τούτων*? (*B.*)

τὴν ἐπίδοσιν εἶναι τῆς ἀρετῆς] Ubi enim desunt morum probitas et recte agendi voluntas, ibi nihil efficiunt leges. Quod mox latius explicat Noster. Juvat apponere Horatianum Od. III, 24, 35.

Quid leges sine moribus
Vanae proficiunt?

Cf. locus ex Paneg. p. 56. c. mox laudandus. De damno multarum legum multa loca laudavit Abramus ad Cicer. Or. pro Sext. c. XXV. (*Bergmann.*) Idem laudat Tacitus (German. c. XIX.) in Germanis his verbis: plusque ibi boni mores valent, quam alibi bonae leges. (*B.*)

ἑκάστης τῆς ἡμέρας] Articulum Bekk. ex Urb. recepit, v. supr. p. 176. et 207. (*B.*)

ὁμοίους τοῖς ἤθεσιν ἀποβαίνειν] Sic Bekk. pro vulg. *τοῖς ἤθεσιν ἀποβαίνειν ὁμοίους ἀνάγκη*. Urb. habet: *ὁμοίως τοῖς ἤθεσιν ἀποβαίνειν*. Vocem *ἀνάγκη* hic ferri non posse, jam vidit Jacobsius, qui *ἀνάγκη* scripsit, rectius tamen omittes (quippe profectam ex interpretis manu ad verborum structuram ex-

plicandam, aut ex loco simili cap. XXXIV. inbortam. Quo ex loco simul patet, cum Urbin. non ὁμοίως esse legendum. (B.)

τά γε πλήθη] Paradoxon hoc est, sed omnino verum, ut et in Panegyrico est expositum. Solon interrogatus cur de parricidio legem nullam tulisset? Quia, inquit, neminem tam sceleratum fore putavi, ut tali facinore se contaminaret. Aristoteles item hunc philosophiae fructum esse dixit, uti nos ea sponte faciamus, quae alii metu legum. Est autem philosophiae et disciplinae discrimen, quod haec consuetudine et usu, illa judicio et ratione constat. (D.) item Paulus justo legem negat esse positam. Quod si ita esset et publica et privata disciplina, quam esse decebat: nec legibus nec magistratibus magnopere esset opus. Sed quando et ubi id fiet? Ad calendas Graecas καὶ ἐν ταῖς τῶν μακάρων νήσοις. (Wolf.) De raro plurali τὰ πλήθη vid. Brem. ad Paneg. 56. §. 75. et ad Aesch. Ctesiph. §. 134. (B.)

τὰς ἀκριβείας] Plurali hoc usus est orator etiam Phil. 113. d. (B.)

τὴν πόλιν ταύτην] Cum Bekk. ex Urb. ταύτην pro vulgato αὐτὴν dedi eo sensu, ut sit: hanc urbem, in qua scil. multae latae sint leges. (B.)

ἐμφράγματα] Ἀντίπτωσις, ἐμφράγματα ποιουμένων, scilicet τῶν νομοθετῶν ἢ ἀρχόντων. Metaphora sumpta est ab aggeribus, qui fluminibus aut mari opponuntur, ne latius evagentur. (Wolf.)

αὐτοὺς] Nempe τοὺς παλαιοὺς νομοθέτας. (Aug.) Vid. sequ. (B.)

πολλοὺς τίθεσθαι τοὺς νόμους] Videtur verbum ἀναγκάζεσθαι posse omitti, aut certe poni pro ἀνάγκην εἶναι. Insolens certe locutio est: οἱ νόμοι ἀναγκάζονται πολλοὶ γίγνεσθαι (sic enim legit Wolfius) leges coguntur multae fieri. Sed utcunque se verba habeant, sententia plana et clara est, qua contenti simus; neque curiosius hujusmodi loca, vel depravata vel alioqui salebrosa excutiamus. Utilitas enim labori non respondet. (Wolf.) Pro γίγνεσθαι, quod habet Vulg., conjeceram primo legendum esse ποιεῖσθαι, sed legi in Cod. K. τίθεσθαι, quod admisi. Caeterum ita construe totam hanc phrasin: αὐτοὺς γὰρ ποιουμένους ἐμφράγματα τῶν ἁμαρτημάτων ἀναγκάζεσθαι τίθεσθαι πολλοὺς τοὺς νό-

μους. (*Aug.*) Est hic locus explicatu paulo difficilior. Pro γίγνεσθαι Langius et Coraës (Augerus et Jacobsius) e Codd. receperunt τίθεσθαι, solenne de legibus verbum: quomodo si legas, nexus sic constituendus videtur, ut αὐτοὺς ob antecedens οἰκεῖσθαι τὴν πόλιν, accipiatur pro τοὺς τὴν πόλιν διοικοῦντας h. e. τοὺς πολιτευομένους cff. sequentia et ad hos referatur passivum ἀναγκάζεσθαι: hoc sensu: *ipsos enim* (eos, qui remp. administrant) *si velint obicem ponere male factis* (ἐμφράγματα ποιουμένους τῶν ἁμαρτημάτων. Simili dictione ἁπάσας τὰς ὁδοὺς τῶν ἀδικημάτων ἐνέφραξαν dixit Lycurgus adv. Leocr. p. 165, 124.) *multas leges ferri cogi.* Quia si [illegible] tantum consilio leges ferri debeant, nunquam earum condendarum finis adest. Sic solita Isocratea concinnitate sibi respondent ἐμφράγματα ποιεῖσθαι et νόμους τίθεσθαι. Wolfius legens γίγνεσθαι, αὐτοὺς ποιουμένους acceperat pro αὐτῶν ποιουμένων, *dum obstructionibus peccata prohibere nituntur.* Mihi aliquando videbatur tolli difficultas, si pro αὐτοὺς legatur ἂν τοὺς, sic: *eos enim, qui velint peccata legibus obstruere, eo ipso cogi multas leges ferre*; quod num liceat, videant alii: sensus idem est. (*Bergmann.*) Αὐτοὺς Bergmannus supra recte explicuit per *incolas urbis*, et τίθεσθαι Bekk. sine dubio in Urbin. invenit. Quod si est, locus cur mutetur, causam idoneam non video. (*B.*)

§. 41. Δεῖν δὲ] Vulgo δεῖ δέ. Jam Wolfius in Annot. notaverat: *Malim δεῖν δέ. Nam aliena fide haec recitantur, et oratio κατὰ πλαγιασμὸν προάγεται, ut Graeci loquuntur, et Infinitivi cum Accusativis adhibentur, cum aliquid non αὐτοπροσώπως narratur.* Sensit idem Augerus et receperunt Langius et Coraës. Eodem mendo Platonem purgavit Cl. Wyttenb. Bibl. Cr. P. XII. p. 84. (*Bergmann.*) Recepit Bekk. ex Urb. Simili modo Antid. §. 201. nunc a Bekk. δεῖν γὰρ pro vulg. δεῖ γὰρ receptum est. (*B.*)

ὀρθῶς] Recepi cum Bekk. ex Urb. pro vulgato εὖ. (*B.*)

τὰς στοὰς ἐμπιπλάναι] Leges apud Athenienses publice proponebantur, descriptae in tabulis, quas ἄξονας vocabant, et in publicis locis suspendebant, ut ab omnibus cognosci possent. Nunc in tam immensis legum et commentariorum voluminibus acerrima oculorum et

mentis acies requiritur ad ejus ipsum perspiciendum. Nihilominus tamen et ipsi habuerunt suos Jurisconsultos, qui apud Demosthenem ἐξηγηταὶ appellantur. (*Wolf.*) Cf. Plutarch. in Sol. p. 92. a. b. (*Bergmann.*)

γραμμάτων] H. e. νόμων, quae mox ψηφίσματα dicuntur. (*Bergmann.*)

ἐν ταῖς ψυχαῖς ἔχειν] Xenophon. I. Παιδείας Κύρου (cap. II, 3.) οἱ Περσικοὶ νόμοι προλαβόντες ἐπιμέλονται, ὅπως τὴν ἀρχὴν μὴ τοιοῦτοι ἔσονται οἱ πολῖται, οἷοι πονηροῦ τινὸς ἔργου ἢ αἰσχροῦ ἐφίεσθαι. (*Wolf.*) Hac dictione utitur item Xenoph. Sympos. p. 881. b. (*Bergmann.*)

τοὺς δ'] Scripsi pro cett. τοὺς δὲ. (*B.*)

ἀσφαλῶς] Ὀρθῶς. Eurip. Heracl. 1004. τρόπος ἐστὶ χρηστὸς ἀσφαλέστερος νόμου. (*Jacobs.*) Simili modo haec vox usurpata est Paneg. 43. b. ubi Bremius (quem vide) eam recte explicuit per *ferme*, *accurate*. Bekkerus quidem hic ex Urb. καλῶς pro ἀσφαλῶς recepit, mihi tamen hoc interpretamentum esse visum est, vel hac de causa in Isocrate improbandum, quia statim καλῶς praecessit. (*B.*)

πεπαιδευμένοις] Perfectum cum Bekkero probatum praeced. perfecto retinui, pro quo Urb. παιδευομένους praebet, v. ad Nicocl. 25. (*B.*)

τοῖς ἁπλῶς κειμένοις] Ratio nunc reddenda receptae lectionis ἁπλῶς (pro vulg. καλῶς). Dicit Isocrates, homines male institutos, τοὺς κακῶς τεθραμμένους vel diligentissime scriptas vel optimas leges migrare, τοὺς ἀκριβῶς τῶν νόμων ἀναγεγραμμένους, idem fere ac si dixisset τοὺς καλῶς κειμένους νόμους: eos contra, qui caute et prudenter, h. e. bene instituti sunt, τοὺς ἀσφαλῶς πεπαιδευμένους, eosdem ac τοὺς καλῶς τεθραμμένους, etiam bonis legibus, τοῖς καλῶς κειμένοις, obedire *solere*: id enim θέλειν hic videtur significare, cff. Pierson. ad Moerin. p. 382. et D'Arnaud Anim. Crit. p. 168. Non recte sibi invicem respondere opposita quivis facile sentiet. Quis enim dubitet, quin, si homo male institutus nequeat bonis legibus coerceri, at certe bene institutus iis obtemperare velit. Jam sensit hoc Wolfius, qui propterea pro τοῖς καλῶς κειμένοις, emendari voluit τοῖς κακῶς κειμένοις. Quam conjecturam in textum receperunt Langius et Coraës, ille, ut constet,

inquit, oppositio, et insignis obedientia designetur, qualem Sophocles postulat, quum inquit in Antig. 666. ὃν πόλις στήσειε, τοῦδε χρὴ κλύειν — καὶ σμικρὰ καὶ δίκαια καὶ τἀναντία. Eadem fere jam Wolfius notaverat. (Cor. haec habet: ἀντὶ τοῦ, καὶ τοῖς καλῶς ἐνδέχεται καὶ τοῖς μὴ καλῶς γέγραφθαι τὴν ἀρχήν. Ὁ δὲ νοῦς ὁ αὐτὸς (quam si legitur κ. τ. κακῶς), ὃν καὶ Σωκράτης παρὰ τῷ Πλάτωνι (Κριτ. σελ. 51.) θαυμασίως κατεσκεύασε λέγων, ὅτι ποιητέον ἃ ἂν κελεύῃ ἡ πόλις καὶ ἡ πατρὶς, ἢ πείθειν αὐτὴν ᾗ τὸ δίκαιον πέφυκε, βιάζεσθαι δὲ μή. Ἐπιθυμεῖ καὶ τὸν Ἀριστοτέλην (Πολιτικ. Δ, η′). Omnia sane si ita legatur, e regione opposita sunt. At ne dicam e sola conjectura natam esse lectionem, quaenam inde sententia nascitur? Ut e prava institutione procedat vel optimarum legum migratio, sic bonam institutionem efficere ut homines malis legibus obedire veliat. Quis hanc sententiam universe probet aut Athenis unquam usu probatam fuisse censeat? Equidem nihil in ea egregii video. Quod porro ad Sophoclem attinet, sunt ista verba Creontis tyranni, qui quo paternam et regiam auctoritatem tueatur, filiumque Haemonem a nuptiis Antigones, quam jure sese mortis supplicio affecturum contendebat, avocet, filium ita alloquitur et mox vs. 668. sqq. ab ista sententia in exornandum locum de gravissimo ἀναρχίας damno incidit, ut sensus universe huc fere redeat: *praestat injusti imperantis legibus parere quam nullis.* Quae sententia parum similitudinis cum Isocratea nostra habet. Neque loca Platonis et Aristotelis a Corae allata huc pertinent. Si igitur neque καλῶς, neque κακῶς legi potest, quaerenda est lectio duobus hisce extremis media velut interjacens, atque hanc nobis suppeditat Codex LB. ἁπλῶς, qua assumpta omnia bene procedunt, veteres Athenienses cum maxime decent, et cum Isocratis consuetudine conveniunt. Sensus erit: *Ut homines bene instituti vel accuratissime scriptas leges migrant, sic bene instituti facile iis obtemperant, quae non tanta diligentia, sed simplici via ac ratione scriptae, neque malae, neque bonae sunt, non ita aliis praestantia sua antecellunt.* Sensisse ita veteres Athenienses ostendunt, quae in Paneg. p. 56. c. de iis legimus: τοὺς νόμους ἐσκόπουν ὅπως ἀκριβῶς καὶ καλῶς ἕξουσιν, οὐχ οὕτω τοὺς περὶ τῶν ἰδίων συμβολαίων,

ὡς τοὺς περὶ τῶν καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐπιτηδευμάτων· ἠπίσταντο γάρ, ὅτι τοῖς καλοῖς κἀγαθοῖς τῶν ἀνθρώπων οὐδὲν δεήσει πολλῶν γραμμάτων, ἀλλ' ἀπ' ὀλίγων συνθημάτων ῥᾳδίως καὶ περὶ τῶν ἰδίων καὶ περὶ τῶν κοινῶν ὁμονοήσουσιν· quem locum respicit Dionys. Hal. cum in vita Isocr. p. 96, 11. de Atheniensibus e Panegyrico refert: ἐσκόπουν δὲ οὐχ ὅπως οἱ νόμοι καλῶς καὶ ἀκριβῶς αὐτοῖς ἕξουσιν, ἀλλ' ὡς ἡ τῶν καθ' ἡμέραν ἐπιτηδευμάτων μετριότης μηδὲν ἐκβήσεται τῶν πατρίων. Denique solet Isocrates voces ἀκριβῶς et καλῶς opponere: veluti ad Philipp. 91. d. μήτε παντάπασιν ἁπλῶς, μήτε λίαν ἀκριβῶς. Paneg. p. 43. b. τὸν δὲ ἀκριβῶς ἐπιστάμενον λέγειν (modo memoraverat λόγους λίαν ἀπηκριβωμένους) ἁπλῶς οὐκ ἂν μὴ δυνάμενον εἰπεῖν· quod et Stephanus in Thes. animadvertit, dicens his locis ἁπλῶς posse etiam exponi inelaborate, praesertim quum alibi (init. Panath.) ἁπλῶς εὑρῆσθαι dicat, ἃ μηδεμιᾶς κοσμιότητος μετέχει. Recte quidem: et sic ipse Isocrates explicat in Or. ad Phil. p. 87. e., ubi de suo ad Philippum λόγῳ ita scribit: οὐδὲ γὰρ ταῖς περὶ τὴν λέξιν εὐρυθμίαις καὶ ποικιλίαις κεκοσμήκαμεν αὐτόν, αἷς αὐτός τε νεώτερος ὢν ἐχρώμην, καὶ τοῖς ἄλλοις ἐπέδειξα, δι' ὧν τοὺς λόγους ἡδίους ἅμα καὶ πιστοτέρους ποιοῖεν· ὧν οὐδὲν ἔτι δύναμαι διὰ τὴν ἡλικίαν, ἀλλ' ἀπόχρη μοι τοσοῦτον, ἢν αὐτὰς τὰς πράξεις ἁπλῶς δυνηθῶ διελθεῖν. Ἡσυχίαν ἁπλῶς ἄγειν, sine malevolentiae suspicione dixit Demosth. pro Cor. p. 328. Isocratis locum Toupius adhibuit ad emendandum Longinum T. XLIV, 7. (Bergmann.) Jacobsius, qui καλῶς dedit, affert ex Stob. Flor. 42, p. 280. Zaleuci praeceptum: τῶν κειμένων νόμων, ἐάν τις δοκῇ μὴ καλῶς κεῖσθαι, μετατιθέμεν (μετατιθέναι) χρὴ ἐπὶ τὸ βέλτιον· μενόντων δὲ πάντας πειθαρχεῖν. Ἁπλῶς Bekker. ex Urbin. recepit. (B.)

ἐθελήσειν] Εἰς τοῦτο ἔτρεψα τὸ παρ' ἅπασιν ἀνάστικον θελήσειν. (Cor.) Secuti sunt Bergmannus et Jacobsius. Bekkerus ἐθελήσειν ex Urbin. recepit, recte. Isocrates enim θέλειν tantummodo scripsit si praecedens verbum in vocalem exit, veluti ad Nicocl. 23. d8 ubi vulgo non recte εἰ ἐθέλοιμεν legebatur. Nicocl. 32. e. (ubi Cor. non εἰ ἐθέλοιμεν ex conj. scribere debebat), ad Nicocl. 19. d. in Ald. tantummodo θέλε legitur, cett.

βούλου habent. Ceteris in locis, ubique plenior forma legitur, v. ad Nicocl. 22. Paneg. 79. d. Phil. 98. b. 101. c. Archid. 133. c. 135. b. d. 138. de Pace 160. a. c. 166. d. 168. b. c. 173. 186. Helen. 216. 217. e. Bus. 221. Panath. 236. c. 241. e. 289. d. Soph. 291. Plat. 298. 304. d. Antid. 315. e. §. 107. 214. 231. 244. 326. 327. (de Big. 347. d. 354. c. Trapez. 369. a. e. Callim. 373. e. 374. a. b. 382. e. Loch. 399.) Codices variant Archid. 128. c. et 133. ubi Bekk. ex Urb. formam trisyllabam recepit, vulgo bisyllabam, et Trapez. 361. e. ubi Urb. ἐθελεν, cett. ἤθελεν exhibent. θέλω exhibetur uno tantum in loco ab omn. Codd. ad Demon. 7. b. Idem in *Demosthene* statuendum, qui vocali antecedente, eaque tali ut apostropho removeri non possit, θέλειν (num ᾿θέλειν?) ceteris in locis ἐθέλειν scripsit. Sic ἐθέλειν legitur Olynth. I, 9, 1. 10, 6. bis. II, 20, 9. 21, 13. 24, 22. 25, 24. III, 32, 14. 37, 33. Phil. I, 41, 5. 42, 6. ter. 43, 13. 45, 20. 51, 40. 52, 42. 54, 50. bis. de Pace 57, 3. (Halon. 78, 7.) Chers. 95, 22. 23. 99, 38. 100, 43. 101, 47. 102, 50. 104, 60. bis. 106, 68. Phil. III, 111, 4. 120, 38. 124, 52. 128, 67. 129, 73. 130, 75. IV, 137, 23. 138, 26. 28. 139, 30. 143, 46. 148, 62. bis. in Epist. 157, 18. 158, 22. (Phil. Ep. 161, 11.) de Constr. 167, 2. 3. 170, 15. Symmor. 186, 31. Rhod. lib. 194, 16. Megal. 203, 6. 7. 205, 12. 206, 18. 209, 27. Coron. 233, 25. 248, 68. 254, 87. 256, 91. (in decret.) 258, 97. 259, 99. 101. 286, 175. 296, 205. de mal. gest. leg. 345, 15. 349, 231. 352, 35. 356, 45. 366, 80. 375, 113. 381, 132. 388, 151. 398, 181. 402, 197. 405, 205. 413, 232. 422, 255. (Eleg. Sol. v. 27.) 434, 290. Leptin. 461, 12. 463, 22. 469, 41. 472, 50. bis. 490, 111. 508, 166. Mid. 536, 66. 67. 551, 112. 569, 137. 580, 204. Androt. 606, 44. 613, 65. 616, 74. Aristocr. 648, 83. 663, 132. 678, 173. 687, 200. 688, 204. Timocr. 721, 65. 724, 75. 749, 158. 752, 169. 753, 172. 757, 182. Aphob. I, 818, 15. 829, 50. 835, 69. II, 843, 24. bis. III, 845, 2. 846, 5. 848, 11. 850, 21. bis. 851, 22. 852, 25. 26. bis. 854, 33. 855, 38. bis. 860, 55. 56. bis. Onet. I, 872, 30. 874, 36. Zenoth. 887, 19. bis. Phorm. 955, 33. (ubi Codd. variant.) 962, 58. Pantaen. 975, 30. Phaenipp. 1046, 25. Leoch. 1100, 68. Steph. I, 1103, 6.

1104, 8. (test.) 10. 1113, 39. 1116, 48. 1118, 54. 55. 1120, 61. (test.) 1124, 76. II, 1130, 5. 1133, 14. Euerg. 1140, 5. 6. 1142, 9. 1143, 13. 14. 15. 16. 1144, 16. 1150, 37. 1151, 39. 1153, 46. Olymp. 1176, 32. 1177, 36. 1178, 40. 1182, 53. Timoth. 1196, 42. 43. Polycl. 1209, 10. 11. 1216, 29. 30. 31. 1218, 38. 1223, 54. 55. 1224, 57. bis. 58. 1226, 64. 65. in Coron. 1234, 22. Callip. 1240, 15. 1241, 17. Nicostr. 1249, 10. 1254, 25. Con. 1265, 26. 27. 1267, 32. 1269, 40. 41. Dionys. 1287, 13. 1297, 50. Eubul. 1302, 12. Theocr. 1336, 44. 1343, 70. Neaer. 1347, 6. 1366, 62. 63. 1379, 102. 1386, 121. 1387, 123. (test.) 124. 1388, 125. bis. Epit. 1394, 18. 1397, 27. 1400, 37. Prooem. V, 1421. XXVI, 1436. XXXVI, 1445. LVI, 1461. Ep. III, 1482. *θέλειν* autem ex praecepto, quod supra dedimus, scriptum est Olynth. II, 24, 20. (Halon. 87, 44.) Megalop. 206, 15. Coron. 315, 267. (in vers.) de m. gest. leg. 397, 178. Mid. 585, 223. Androt. 610, 55. Aristocr. 672, 157. Timocr. 752, 167. Aristog. II, 801, 2. Onet. I, 870, 23. Olymp. 1183, 58. Callip. 1239, 11. 1240, 15. 1243, 27. Prooem. XXXIV, 1443. XLVII, 1454. Recipias igitur probante Schaefero formam bisyllabam Phil. IV, 137, 24. ubi Cod. Harlej. *θέλῃ*, de Rhod. lib. 199, 28. ubi Paris. I. *θέλειν*, Megalop. 208, 24. ubi Bekk. ex Cod. Σ. *θέλειν*, cett. *ἐθέλειν*, 209, 27. ubi Cod. Ω Paris. I. et V. *θελήσουσιν*, cett. *ἐθελήσουσιν*, Leptin. 498, 138. ubi Codd. Paris. I. Aug. I. κs. *θελήσωσι* pro cett. *ἐθελήσωσι*, Euerg. 1143, 14. ubi Σ. *μὴ θέλειν* pro cett. *μὴ ἐθέλειν*. Nicostr. 1248, 8. ubi Σ. *θελήσῃ*, pro cett. *μὴ ἐθελ.*, Erot. 1409, 27. ubi Cod. v. *μὴ θέλειν* pro cett. *μὴ ἐθέλειν*, Prooem. X, 1425. ubi cett. *μὴ θελήσητε*, pro Codd. ΥΩ. *ἐθελήσητε*, habent; recte enim Schaefer. dicit: Suspicor hoc in verbum idem valere, quod in pronomen „*ἐκεῖνος*.“ XLIX, 1456. c. vulg. *καὶ θέλοντας* exhibent pro Bekk. ex Codd. ΣΥΦΩυ recepto *ἐθέλοντας*. Phil. IV, 146, 56. c. Bekk. ex Σ et F pr. *μὴ ταῦτ' ἐθέλ.* pro vulg. *ταῦτα μὴ ἐθέλ.* scribas, et Steph. I, 1105, 13. c. Codd. F Σ Φ *καὶ* ante *ἐθελήσαντος* delendum et plenius ante h. v. interpungendum, non post *ἐχρώμην*, est. Ubi tamen vocalis non antecedit, *θέλειν* in Demosthene minime ferendum esse videtur. (An tamen Phil. I, 42, 7. cum Reisk. et Bekk. ex Cod. F. et Bavar. non *ἂν θεὸς ἐθέλῃ*, pro cett. *ἂν*

θεὸς θέλῃ, scribendum sit, dubito; Bremius enim non injuria censet, in hac formula aliud quid statuendum esse quam alibi, ubi θέλειν occurrat, v. Aristog. I, 770, 2. ubi eodem modo ἂν θεὸς θέλῃ, pro quo Cod. κ ἐθέλῃ, praebet, legitur. coll. Lys. Agor. 129, 1. et Din. Aristog. 105, 3.) Sed Symmor. 181, 13. c. Reisk. et Bekk. ἐθέλῃ scribas pro vulgata ante Reisk. θέλῃ, quod Codd. F Ω υ. exhibent. Androt. 608, 51. ne sequaris Codd. Σ Υ Ω r s, qui θέλειν praebent, idemque facias Aristocr. 666, 140, ubi non cum Bekk. θέλῃ, sed c. cett. et Cod. υ. ἐθέλῃ scribendum, pro quo Aug. B R. r. s. βούλεται exhibent. Nec dubito quin Timocr. 751, 163. c. Reisk. et Bekk. ἐθέλοις scribendum sit, pro θέλεις, quod ante Reisk. et in Cod. Σ legitur. Macart. 1054, 14. c. Reisk. et Cod. r. οὐκ ἐθέλοντα, pro Bekk. et Bav. οὐ θέλοντα scribas. At ibid. 1069, 57. in lege ἐὰν θέλωσι fortasse ferendum erit, quod non statuo de loco Steph. I, 1104, 11. ubi pro μὴ θέλειν scribas μ' ἐθέλειν. Polycl. 1215, 28. probabis quod Bekk. Cod. Σ. non secutus est qui θέλεις exhibet et Theocr. 1349, 59, quod ex Cod. r. θέλει non recepit, nec minus, quod Neaer. 1362, 57. ex Codd. F Υ Φ Ω υ. ἐθέλουσαν pro vulgat. θέλουσαν recepit. Prooem. XLVII, 1455. pro μηδ' ἐθέλειν, Cod. υ. μηδὲ θέλειν, marg. Lut. autem μηδὲν ἐθέλειν exhibet, quod Schaefero placet. Magis tamen dubitari potest, quid de iis locis statuendum sit, in quibus ἐθέλειν vocali antecedente legitur, veluti Chers. 100, 48. 103, 54. (ubi Cod. Υ pr. ἂν ταῦτα μὴ ἐθέλωμεν omittit) de Rhod. lib. 195, 16. Megal. 209, 28. de m. gest. leg. 437, 301. Aphob. I, 826, 40. III, 860, 54. Lacrit. 931, 26. Pantaen. 924, 27. Steph. I, 1105, 12. 1106, 15. 1108, 23. 1119, 59. Euerg. 1140, 6. 1152, 45. 1154, 51. Olymp. 1167, 2. 1181, 51. Timoth. 1204, 67. Callip. 1239, 12. Nicostr. 1254, 25. Prooem. XXXVIII, 1446. XLIV, 1451. (ubi Schaef. θέλειν mavult.) Quod de *Demosthene* dicendum erat, idem in *Aeschine* animadvertitur, qui ex praecepto supra dato ἐθέλειν dixit. Tim. 7, 46. 8, 50. 21, 149. de m. gest. leg. 40, 89. 41, 97. 49, 154. 52, 183. Ctesiph. 65, 83. 79, 179. 80, 184. 82, 201. Ep. XI, 687, 4., θέλειν contra vocali antecedente Tim. 16, 118. de m. gest. leg. 32, 68. Ctesiph. 61, 55, 67. Ep. VII, 677. XI, 686, 4. 687, 5. Unde patet, quid iis in locis sit statuendum in quibus Codd. variant, quales sunt

Tim. 10, 69. ubi Codd. h. οὐ θέλει pro cett. οὐκ ἐθέλει; de m. gest. leg. 38, 76. ubi Codd. d e ἔθελον pro cett. ἤθελον; 46, 139. ubi Bekk. ἠθέληκας c. Cod. Mead. et e. f. l. ἐθέληκας, d. ἐθέληκας, h. ἐθέλησας, cett. τεθέληκας habent, v. Brem. ad h. l. Vocali antecedente legitur ἐθέλειν tribus in locis de m. gest. leg. 28, 1. Ctesiph. 79, 179, ubi invocatio ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι praecedit, post quam vox subsistebat, ita ut ἐθέλειν facile feras, et Ctesiph. 82, 201. ubi fortasse e. Codd. e h ἐκεῖνον pro ἐκείνου legendum erit. Nec aliter *Dinarchus* et *Lycurgus* locuti sunt, qui consonante antecedente ἐθέλειν (Din. Demosth. 92, 126: bis. 103, 107. Lyc. Leocr. 162, 104. 107. 166, 132.), vocali antecedente θέλειν scripserunt Lyc. Leocr. 157. 77. 166, 129. *Isaeus* recte ἐθέλειν dixit consonante antecedente Cleron. 37, 35. Menecl. §. 13. §. 33. Pyrrh. 44, 66. 68. Nicostr. 48, 22. Dicaeog. 58, 23. 26. 54, 32. 33. Philoct. 58, 16. 60, 42. Cir. 70, 17. 71, 25. 73, 38. (ubi οὐκέτ' scribendum erit) Astyph. 76, 18. 19. (ubi γενόμεν' legas, et sic non solum in hoc, sed etiam in ceteris oratoribus statuo, qua de causa eas vocales omisi, quae apostropho removeri possunt) 77, 25. 26. Arist. 79, 2. Hagn. 89, 50. bis. Vocale antecedente autem ἐθέλειν exhibetur Apollod. 64, 8. 12. Cir. 73, 42. Arist. 79, 3. fragm. I, 6. Ibidem tamen 10. αὐτοῦ θέλομεν et Cir. 69, 11. μὴ θελήσας legitur. *Lysias* formam trisyllabam habet ex praecepto supra dato de Eratosth. caed. 92, 12. Epit. 191, 12. 193, 28. Sim. 97, 7. 12. 98, 17. Vuln. 101, 10. 12. Andoc. 105, 30. 107, 43. de fic. 110, 21. 111, 35. 36. 112, 43. Eratosth. 125, 58. 126, 69. Agor. 130, 11. 132, 16. Alcib. I, 141, 21. 144, 45. Mantith. 147, 18. Nic. 149, 4. de Aristoph. Bon. 154, 32. 156, 50. 53. Or. XXII, 165, 13. 15. Pangk. 167, 11. bis. Epicrat. 179, 15. Nicom. 186, 35. Phil. 186, 1. 188, 13. Diog. 899, 12. Fragm. VI, 45. Forma bisyllaba recte usus est de Aristoph. Bon. 152, 6. Polystr. 161, 32. (ubi tamen eodem jure ἔτ' ἐθελήσει legi poterit) Diog. 900, 13. Sed vocalem excipit forma trisyllaba Eratosth. 126, 68. Agor. 134, 53. Polystr. 159, 14. de Aristoph. Bon. 156, 53. Epicrat. 178, 8. In or. XXI, 162, 13. recte a Bekk. ex Cod. C. ἐθελόντων pro vulg. θελόντων receptum esse non dubitabis, idemque etiam sine

Codd. Tacendum erit de Eratosth. Caed. 92, 6. et de Aristoph. Ran. 153, 15. *Andocides* ἐθέλειν scripsit post consonantes Myster. 12, 90. 14, 104. 17, 136. de Redit. 21, 11. de Pace 27, 30. Alcib. 29, 1. 6. 31, 20. 33, 29. θέλειν post vocales Myst. 4, 22. Alcib. 34, 37. Ἐθέλειν vocales excipit Myst. 1, 3. ubi Cod. Z. ἐθέλησαν exhibet, 4, 22. 14, 109. θέλοντι autem quod Alcib. 30, 7. post consonantem legitur, dubito an non ferendum sit. In *Antiphonte* denique ἐθέλειν post consonantes legitur Or. I, 122, 6. 7. 9. 12. 113, 15. III, 122, 8. bis. IV, 126, 1. 127, 4. bis. V, 131, 17. bis. 140, 93. VI, 144, 24. 26. 145, 32. 146, 41. θέλειν post vocales Or. I, 112, 11. 12. (ἔτι θελήσουσιν) 113, 20. III, 124, 3. 5. IV, 127, 1. V, 140, 95., ἐθέλειν post vocales Or. I, 112, 7. 8. 11. 12. 113, 16. IV, 126, 7. V, 134, 38. VI, 144, 27. bis. 145, 32. Patebit igitur ex his, quae nunc attuli, ἐθέλειν in oratoribus semper esse adhibitum, consonante antecedente, interdum tamen etiam vocali antecedente, quamquam tum θέλειν saepius legitur. (*B.*)

§. 42. Ταῦτα] Vulgo post ταῦτα additur δὲ, quod Bekkerus ex Urb. omisit, v. ad cap. XXVI. (*B.*)

ἐσκόπουν] Sic Wolfius σκόπουν quod nescio quo in libro invenerat, correxit. (*B.*)

τοὺς ἀκοσμοῦντας] Οἱ ἀκοσμοῦντες, uti et cap. XVIII. idem valet ac οἱ ἁμαρτάνοντες, i. e. qui negligunt τὴν εὐκοσμίαν et εὐταξίαν, de qua supra dixerat cap. XIV et XVI. Sic etiam legitur init. cap. XVIII. Haec et antecedentia ἀλλὰ γὰρ οὐκ — ἐπιτηδευμάτων respiciuntur a Dionysio Hal. l. l. in Prolegg. p. 21. Sunt autem et haec illustranda ex indole Legum Solonis, ea ut cives sponte sua a peccando arcerentur, et ad recte vivendum agendumque excitarentur. Quod manifestum fit ex dicto Solonis, qui cum eum Anacharsis irrideret, ac si putaret, posse legibus cohiberi injustitias et pravas cupiditates civium respondit: ὅτι καὶ συνθήκας ἄνθρωποι φυλάττουσιν, ἃς οὐδετέρῳ λυσιτελές ἐστι παραβαίνειν τῶν θεμένων· καὶ τοὺς νόμους αὐτὸς οὕτως ἁρμόζεται τοῖς πολίταις, ὥστε πᾶσι τοῦ παρανομεῖν βέλτιον ἐπιδεῖξαι τὸ δικαιοπραγεῖν. Ut refert Plutarchus in Solone p. 81. a. Huc referri possunt quae in Mitylenaeorum causa de sociis in officio retinendis suadet Diotimus apud Thucyd. III, 46.: χρὴ δὲ τοὺς ἐλευθέρους

οὐκ ἀφισταμένους σφόδρα κολάζειν, ἀλλὰ πρὶν ἀποστῆναι σφόδρα φυλάσσειν, καὶ προκαταλαμβάνειν ὅπως μηδ' εἰς ἐπίνοιαν τούτου ἴωσι· κρατήσαντάς τε ὅτι ἐπ' ἐλάχιστον τὴν αἰτίαν ἐπιφέρειν. Cf. etiam Lycurgus adv. Leocr. p. 165, 124. Similis erat Persarum legislatio, de qua Xenophon Cyrop. I, 2. §. 2 et 3. (*Bergmann.*)

παρασκευάσουσι] Ἂν κατασκευάσουσι Ald. et Steph. (Batt.) ἂν σκευάσωσι Cod. Fug. (Vid. Wolf. Praef. ad Cast. p. 836, 24.) et Cod. Coraïs, qui omisso ἂν, dedit κατασκευάσουσι. Cod. LB. habet ἂν παρασκευάσωσι. (*Bergmann.*) Cett. quos secutus est Bergmannus, ἂν κατασκευάσωσι legunt, Jacobsius: ἂν κατασκευάσουσι dedit laudans Rost. Gramm. §. 123. not. 2. b. Rectius Bekker. ἂν ex Urb. delevit (v. Hermann. de Part. ἂν Lib. I. c. VIII. p. 37. atque annotat. ad cap. XXXV.) et pro κατασκευάσωσι scripsit παρασκευάσουσι, quod idem Codex exhibet. (*B.*)

ἄξιον ζημίας] Vulgo post ζημίας addunt βουλήσεσθαι, quod tamen Urb. non habet, qua de causa primus Dindorfius hanc vocem delevit, quo foedus hiatus evitatur. Urb. pro ἄξιον vitiose ἀξιοῦν praebet, simili vitio, quo Paneg. 53. c. ἄξιον pro ἀξιοῦν habet. Cod. Fug. ap. W. l. c. et LB. ἔσεσθαι exhibent pro βουλ., quod ferri posse contendit Bergmannus, si sequeretur ἁμαρτάνοντας. (*B.*)

ἐξαμαρτάνειν] Sic Bekk. ex Urb., vulg. ἁμαρτάνειν. (*B.*)

τοῦτο μὲν αὐτῶν] Τοῦτο μὲν, τὸ κωλύειν τὰ ἁμαρτήματα. (*Jacobs.*) Singulare est, quod hic habet Wolf. Maj. τοῦτο, καὶ αὐτῶν. Malit quis αὐτῶν. (*Bergmann.*) Recte αὐτῶν Dindorfius recepit, qua in re eum sequi debebam v. supra p. 220. (*B.*)

τιμωρίας] *Τιμωρίαι* apte hic tribuuntur τοῖς ἐχθροῖς, quippe vindicandae legis et punientis causa infliguntur, κόλασις autem et κολάζειν spectant emendationem peccantis. Vid. Cl. Wyttenb. ad Sel. Hist. p. 372 et 452. Notanda haec differentia, ut appareat, quam diligens fuerit Isocrates in verborum delectu, nec tamen nimis h. l. premenda. (*Bergmann.*) *Περὶ τὰς τιμωρ.* (i. e. κολάσεις) σπουδάζειν, *omnem legum ferendarum curam ponere in poenis statuendis.* (*Jacobs.*)

CAP. XVII.

§. 43. *Ἑώρων γὰρ*] Haec est *αἰτιολογία* illa, de qua supra dixit, cur educationis tanta ratio habita fuerit; simulque disciplinae modus ostenditur. (*Wolf.*)

ταραχωδέστατα διακειμένους] Quia illa aetas plerumque non appetitum rationi, sed rationem appetitui obedientem praebet. Homerus (Il. III, 108.)

Αἰεὶ δ' ὁπλοτέρων ἀνδρῶν φρένες ἠερέθονται.

(*Wolf.*) Eadem de juventutis indole fuit Lycurgi sententia ap. Xenoph. de Rep. Laced. p. 679. a. *Ταραχωδέστατα διακεῖσθαι* significat *turbulentissimis animi perturbationibus agitari.* Hinc in Panath. p. 280. d. mentio fit *μείζονος φρονήματος*, quam senem deceat et *ταραχῆς μειρακιώδους*. (*Bergmann.*) Cf. de Pace 160. c. (*B.*)

γέμοντας ἐπιθυμιῶν] Sic et noster Comicus: adolescentes, ait, impense cupere, consulere parum (Ter. Adelph. V, 9, 36.) et non consulere in longitudinem (Heaut. Timor. V, 2, 10.) (*Wolf.*) *Γέμειν* proprie de *navibus oneratis* dicitur, deinde ad alia transfertur, praesertim in malam partem. Gramm. apud Bekkerum V. I. p. 86.: *Γέμειν τὴν ναῦν μόνον φασὶ δεῖν λέγειν, τὰ δ' ἄλλα μεστὰ λέγειν, ἐλέγχει δ' αὐτοὺς Εὔβουλος Εἰρήνῳ.* Alius περὶ συντάξεως p. 131. *Γέμω· γενικῇ· Δίωνος ἑνδεκάτῳ βιβλίῳ· „οἱ δὲ Καρχηδόνιοι τὰς ναῦς αὐτῶν ἀναπλεούσας οἴκαδε τηρήσαντες, συχνὰς χρημάτων γεμούσας εἷλον.“ καὶ Ἰσοκράτης· γεμούσας πονηρῶν ἐπιθυμιῶν.* Scribe *γεμούσαις*, uti est in loco de Pace p. 167. c. quem respexit. Sic *γέμειν ἁμαρτημάτων* Panath. 238. e. vid. et p. 233. a. ubi praecedit *μεστός*, et infra hujus orationis cap. XX. Nonnunquam tamen et bono sensu dicitur: ad Phil. 104. c. *ὁρῶ μὲν τόπον ἴδιον — πολλῶν μὲν ἐπαίνων καὶ καλῶν πράξεων γέμοντα.* Vid. et Panath. init. p. 233. a. (*Bergmann.*) Adde Panath. 284. c., et Ep. IX. §. 9. ubi *μεστός* sequitur. Similis locus est Antid. §. 183. *πολλῶν ἡδονῶν γέμουσα.* (*B.*)

μάλιστα παιδευθῆναι] *Μᾶλλον* Med. et Cod. Coll. N. ap. Batt. (*Bergmann.*) Urb. prima et secunda verbi syllabis correctis, cum haec *μασ* fuisset, illa aut *λυ* aut *δα*, videtur *μάλιστα γυμνασθῆναι* habuisse, pro vulg. *παιδευθῆναι μάλιστα.* (*Bekker.*) *Γυμνασθῆναι* si

scriptum fuerat in Urb., ortum inde esse videtur, quod librarios locutio παιδευθῆναι ἐπιθυμίαις offenderat, v. sequ. (*B.*)

ἐπιμελείαις] Vulgo cum legeretur ἐν ἐπιθυμίαις, Bekk. ex Urb. praepositionem delevit, haec addens: Sed aptius videtur ἐπιμελείαις coll. verbis §. 55. ubi ea, quae hic exposuit, breviter repetuntur. Non dubitavi igitur hanc conjecturam recipere tum quia statim eadem vox (ἐπιθυμία) praecessit v. supra p. 168. tum quia παιδευθῆναι ἐπιθυμίαις non bene dici posse videtur. Explicuit quidem Wolfius vulgatam ἐν ἐπιθυμίαις ita: „Id est, ὥστε ἐπιθυμεῖν, ita erudiendi sunt, ut honesta studia expetant et non inhonestas voluptates", exspectatur tamen potius ratio, qua juvenes erudiantur. Quis autem *cupiditatibus* erudiri solet? Conferri possunt ex Isocrate ad Nicocl. 17. c. et Antid. §. 198. ubi simili modo ἡ παίδευσις et ἐπιμέλεια conjunguntur, quod interdum librarios offendisse videtur, qui in Antid. loco pro ἐπιμελείαις, ἐπιστήμαις scribebant, cf. tamen Archid. 116. e. (*B.*)

πόνοις ἡδονὰς ἔχουσιν] Otium non sine causa pulvinar Satanae dicitur, nec ulla ratio melior est coercendae adolescentiae, quam perpetua occupatio honesti laboris. (Hor. Epist. II, 3, 343.)

Omne tulit punctum, qui miscuit utile dulci.

Qui autem hujusmodi labores sint, voluptate quasi conditi, mox explicabit. (*Wolf.*) Notissimus est Epicharmi versiculus ap. Xenoph. Mem. II, 1, 20. Vid. et Hist. Gr. IV. p. 582. e. ἐκ τῶν πόνων καὶ τὰ μαλακὰ γίνεται. Et cf. Lucianus Rhet. Praec. T. II. p. 714. ed. Basil. Ex Isocrate notetur locus ad Dem. p. 12. b. τὸ περὶ τὴν ἀρετὴν φιλοπονεῖν, καὶ σωφρόνως τὸν ἑαυτοῦ βίον οἰκονομεῖν, ἀεὶ τὰς τέρψεις εἰλικρινεῖς καὶ βεβαιοτέρας ἀποδίδωσι. Hinc manifestum, quales labores intelligat Isocrates. Cf. et Euag. p. 197. b. et 198. a. (*Bergmann.*) Intellige palaestram, agriculturam, quae ταῖς βαναύσοις τέχναις oppositae sunt. (*Jacobs.*)

ἐν μόνοις γὰρ ἂν τούτοις — ἐμμεῖναι τοὺς τεθραμμένους] Ἐκ διορθώσεως τοῦ Στεφάνου τὸ τοὺς ἀντὶ τοῦ αὐτούς. Ἀλλ' οὐδ' οὕτως ἔῤῥωται τὸ χωρίον· διὸ καὶ γραπτέον ἴσως, ὡς διώρθωκεν ὁ Αὐγῆρος „μόνους γὰρ ἂν ἐν τούτοις ἐμμένειν τοὺς ἐλευ-

θέρως τεθραμμένους." Εἰσὶ δ' οἱ ἐλευθέρως τεθραμμένοι, οὓς μικρὸν ἀνωτέρω ἀσφαλῶς πεπαιδευμένους εἴρηκε καὶ μόνους φησὶ τούτους ἐθελήσειν (βουλητικὸς γὰρ ἐνταῦθα ὁ ἄν) ἐμμένειν καὶ πειθαρχεῖν τοῖς νόμοις. (*Cor.*) *Τοὺς* receperunt etiam Langius, pro cett. *αὐτοὺς* Augeri conjecturam jure improbans, Jacobsius et Bekkerus ex Urb. uti videtur. *Τοὺς ἐλευθέρως τεθραμμένους* autem (Cod. LB. habet male τεθραμμένως) Wolfius rectius quam Coraës sic explicat: „Apud Graecos id fere discrimen fuit ingenuorum et servorum, quod apud nos vulgi et nobilium. Itaque haec verba Isocratis non ad servilia, sed ad liberalia ingenia pertinent, quae duci potius quam trahi se volunt et pudore potius et liberalitate in officio contineri, quam alieno metu, qui pessimus custos est diuturnitatis." (*B.*)

ἐμμεῖναι] Recepi cum Bekkero Urbin. auctoritate ductus pro vulg. *ἐμμένειν*. Sensus est: his solis in studiis perstare *posse* liberaliter educatos. Jacobsius *ἐμμένειν ἂν* explicat per *perstare solere* laudans Vig. p. 785. n. 286. (*B.*)

§. 44. *Ἄγειν*] Observetur verbi hujus vis. Non, inquit, adolescentis erat, sibi vitae genus deligere, imo ne parentum quidem omnino, sed censorum, id est, Areopagitici Senatus. Quod praeclarissimum fuit institutum. (?) Nam ut in Lycurgo Plutarchus scribit (cap. XV.) Spartani quemque non sibi, sed patriae et reipublicae suscipere liberos putabant oportere. (*Wolf.*)

ἀνωμάλως τὰ περὶ τὸν βίον] *Περὶ τὴν οὐσίαν*, cum non pares copiae sint omnium: *τῶν μὲν ὑποδεέστερον πραττόντων, τῶν δὲ βίον ἱκανὸν κεκτημένων.* (*Wolf.*) Jacobsius laudat Viger. p. 7. not. (*B.*)

ὡς — οὕτως] Jacobsius laudat Viger. p. 438, XI. Cf. Isocr. (?) Epist. VI, 421. (*B.*)

τοὺς μὲν γὰρ ὑποδεέστερον] Studia pauperum. Opificiorum autem fortasse ideo non meminit, quod ea fere apud Graecos a servis tractabantur; sordidiora praesertim. Nam statuaria, et pictura et architectonica et id genus aliae artes, liberales habebantur. (*Wolf.*) Cf. quae cap. XII. dixit. (*Bergmann.*)

εἰδότες — γιγνομένας] Otium in primis sustulerunt Areopagitae, nec quemquam pauperem ignavum esse passi fuerunt: atque adeo lege sancitum fuit Athenis,

ut homo ignavus et otiosus in jus vocatus rationem redderet, unde otium toleraret: id quod et Cleanthi philosopho usu venit. (*Wolf.*)

τὰς μὲν ἀπορίας διὰ τὰς ἀργίας] Elegans et verus climax, causas efficientes atque effectus continens: Ignavia parit egestatem, egestas improbitatem. Possent hi gradus extendi et addi: improbitas aut perturbationem reipub. aut carnificinam parit. (*Wolf.*) Urbin. particulam μὲν non ante, sed post ἀπορίας habet, quod contra scriptoris usum est, v. quae Straug. de collocatione particulae δὲ disseruit in libello: „*Kritische Bemerkungen zu den Reden des Isokrates*" (Colon. 1831.) inscripto p. 29. not. (*B.*)

τὰς δὲ κακουργίας διὰ τὰς ἀπορίας] Ad haec cui non in mentem veniat Horatianum illud Od. III, 24, 44.:

Magnum pauperies opprobrium jubet
Quidvis et facere et pati,
Virtutisque viam deserit arduae.

Et ipse Isocrates legatur in Paneg. p. 77. a. cf. et Xenoph. de Ath. Rep. p. 692. b. (*Bergmann.*)

§. 45. Ἀναιροῦντες οὖν τὴν ἀρχὴν τῶν κακῶν] Hoc est, τὴν ἀργίαν, quae hic dicitur ἀρχὴ τῶν κακῶν, i. e. τῶν ἀποριῶν *omnis infelicitatis*, nam de malefactis mox dicitur. Hanc autem sustulerunt Athenienses lata lege adversus ἀργίαν, de qua Plutarchus in Solone p. 87. e. Diog. Laërt. I, 55. VII, 168. Eam ab Aegyptiis desumsisse Solonem tradit Herodotus II, 177. sed Draconi potius auctori tribuendam esse monet Valcken. in annot. Pisistratum auctorem facit Plutarchus p. 96. d. Plura vid. cum apud eum, tum apud Meursium in Sol. c. XVII. Engelbronnerum in Annot. ad Orat. de Incr. quod bellorum calamitas bonarum artium studiis affert, p. 41. auctoresque ibi laudatos. Similis lex fuit Sardis, referente Aeliano V. H. IV, 1. (*Bergmann.*) *Τῶν κακῶν* rectius Jacobsius explicuit per τῆς πονηρίας. De lege illa cf. Wachsmuth. Antiq. Gr. II, 52. (*B.*)

ἀπαλλάξειν] Subaudi vel τοὺς νεωτέρους vel τοὺς πολίτας, vel melius etiam ἑαυτούς. Ad verbum ἀπαλλάττω solet subaudiri accusativus aliquis. *Ἀπαλλάττω τούτου*, nempe ἐμαυτὸν, hoc me libero, hoc vito, hoc praecaveo. (*Aug.*) Vid. Viger. p. 180. V. Isocrates

tamen ceteris in locis constanter Accusativum addidit, nisi locum Panath. 248. c. excipere vis, ubi Urb. pr. αὐτοὺς omittit. (*B.*)

ἐκείνην] Sic Bekk. ex Urb., vulg. ἐκείνων. (*B.*)

τοὺς δὲ βίον ἱκανὸν] Exercitationes divitum, quos ignavia plerumque ad deteriora impellit, quam alios paupertas. (*Wolf.*) Ditiorum liberos potissimum in scholas ventitasse, nec nisi sero eas reliquisse, diserte Plato notavit in Protag. p. 326. c. Ceterum de iis, quae h. l. memorantur, res satis aperta est, cum aliunde, tum ex iis, quae init. cap. XIV. notavimus. Duo hic distinguuntur exercitiorum genera: alterum corporis ἡ ἱππική, τὰ γυμνάσια καὶ τὰ κυνηγέσια: animi alterum, ἡ φιλοσοφία. Sic ipse Isocrates distinxit insigni loco Orat. de Permut. p. 91. ed. Orell. (§. 194. et sqq.) Legum Solonis circa educationem e complurium scriptorum locis summam hanc confecit Petitus de Legg. Att. p. 239.: ut omnes natare et literas discerent; ut tenuioris sortis pueri vel agriculturae, vel mercaturae, vel opificio cuidam operam darent; honestiores et locupletiores musicam tractare et equitare discerent: tum et gymnasiis, venationi, et postremum philosophiae studerent. Tria priora illa ad fortitudinem in bello referebantur, ut scite Wolfius monuit. De *Equitatione* et *Venatione* constat e libellis Xenophonteis. Illius studium cernebatur in quadrigis alendis, quae currui jungerentur, et publicis certaminibus, v. c. Olympicis, destinarentur, ut constat Alcibiadis exemplo ap. Plutarch. p. 196. b. et Isocr. de Bigis p. 353. c. De Venatione vid. et Pollux L. V. initio. *Gymnasia* sive *palaestrae* erant Athenis tria, Lyceum, Academia, Cynosarges: cf. Fabri Agonisticon I, 17. p. 118. in nota: in quibus quaenam exercitii genera obtinerent, docet Antiquitatis doctrina, et dedita opera pertractavit Hier. Mercurialis de Arte Gymnastica. Vid. et Faber. I, 5, 6. Nonnulla notavit Doct. Willetus ad Galeni Protrept. p. 77. 78. Γυμνάσια καὶ κυνηγέσια, conjunxit etiam Lesbonax Orat. Hortat. p. 174. *Philosophiae* nomine intelligitur omnis liberalis doctrina, quae animi cultum spectat, melioresque cives facit, potissimum dicendi ars. Id ipse Isocrates significat loco citato late de philosophia disputans (p. 88—95. §. 200. et seqq.) Nam quae postea κατ' ἐξοχὴν philosophorum

scholae Athenis fuerunt, antiqua illa aetate, quae Solonem et Clisthenem proxime consecuta est, nondum erant. Ea res Socratis demum et Periclis aetate invaluit, qui uterque Anaxagoram audierunt, hic etiam Zenonem Eleatem. Cf. Plutarch. in Pericle p. 154. a. b. Ceterum de voce *φιλοσοφία* conferri potest Morus ad Paneg. c. I. not. 5. et cap. XIII. not. a. (*Bergmann.*)

περὶ τὴν ἱππικὴν] E Cod. LB. recepimus *περί τε τὴν ἱππικὴν* pro vulg. *περί τε ἱππικήν*. (*Bergmann.*) Bekkerus ex Urb. articulum (ob seqq. necessarium) recepit, particula *τε* qua sane carere possumus, deleta. Sequentia enim magis annectuntur quam disjunguntur. Recte autem monuit Wolfius ad h. l.: Rei equestri opera dabatur non tam animi gratia, quam ad usus belli necessarios. (*B.*)

τὰ γυμνάσια] Palaestra intelligatur, in qua et luctando et currendo, et aliis ejusmodi rebus adolescentum corpora roborabantur et agiliora reddebantur. (*Wolf.*) Apud Wolfium in textu vitiose *γυμνασία* et deinde *κυνηγεσία* legitur. (*B.*)

καὶ τὰ κυνηγέσια] Venationis ea commendatio est apud Xenophontem, ut optimam rei militaris meditationem esse scribat. Haec omnia per se jucunda sunt adolescentibus non ignavis; et utilia reipublicae belli temporibus. (*Wolf.*)

καὶ τὴν φιλοσοφίαν] Hoc nomine intelligatur omnis liberalis doctrina, et quicquid ad artium et literarum cognitionem pertinet. In primis autem dicendi artem hoc nomine appellat Isocrates. Ut igitur superiora ad bellicam exercitationem pertinent, ita haec ad pacatam reip. administrationem: sicut mercatura et agricultura, et quae his inserviunt opificia, ad vitam quotidianam. (*Wolf.*) Jacobsius apte attulit ex Terent. Andr. I, 1, 28: „Quod plerique omnes faciunt adolescentuli, ut animum ad aliquod studium adjungant, aut equos alere, aut canes ad venandum, aut ad philosophos."

ὁρῶντες ἐκ τούτων] Fructus disciplinae atque effectus, ut alii virtute et sapientia excellant, alii flagitiis et sceleribus abstineant. (*Wolf.*) *τούτων*, scil. *ἐπιτηδευμάτων*. (*Jacobs.*)

διαφέροντας] Scil. *τῶν ἄλλων*. (*Jacobs.*) Saepenumero *διαφέρειν* non addito Genitivo apud Isocratem

legitur. διαφέροντα γίγνεσθαι scriptum est etiam Epist. II, 407. a. διαφέροντας εἶναι. Paneg. 50. d. et Panath. 257. c. (B.)

ἀπεχομένους] Εἰς ἀπεχομένους. Θαββάν ἔτρεψα, τὸ παρ' ἅπασι σόλοικον τῷ χρόνῳ, ἀπεσχημένους. (Cor.) Secutus est Jacobsius. Bekkerus ex Urb. recepit ἀπεχομένους, quod magis Isocratis convenientius est. (B.)

CAP. XVIII.

§. 46. Καὶ ταῦτα νομοθετήσαντες οὐδὲ] Vulgo cum legeretur: καὶ ταῦτ' οὐ νομοθετήσ. Auger. οὐ transposuit post νομοθ., qua in re eum Langius et Jacobsius secuti sunt, non probantibus Coraë et Bergmanno. Ille enim haec habet: Διώρθωκε τὸ χωρίον ὁ Αὐγῆρος, σαφεστέρως μὲν τῇ διανοίᾳ, οὐκ ἀναγκαίως δ' ἐμοί γε δοκεῖν· ἔστι γὰρ καθ' ὑπερβιβασμὸν ἡ ἄρνησις. Ἐχρήσατο δὲ καὶ ἀλλαχοῦ (Πανήγυρ. κέ, 58. d.) παραπλησίῳ ὑπερβιβασμῷ, εἰπών, „Τίς οὐχ, ὑπερβολὰς πεθυμηθεὶς εἰπεῖν, ἐλάττω τῶν ὑπαρχόντων εἴρηκεν;" Sed ibi interrogatio est; hinc non dubitavi, cum Bekk. Urbin. lectionem recipere. Wolfius locum non recte intellexit. Interpretatur enim verba sic: Legum nulla est utilitas nisi decreta illarum, praemiis et poenis propositis confirmentur. Quod quo commodius fiat, accurata inspectione morum est opus et distributione civitatis. Quae quo accuratior fuerit, eo facilius procedit morum observatio: ut si singulae plateae minores habeant singulos inspectores, majores autem plures. Horum munus est deferre homines flagitiosos atque improbos apud magistratum etc. (B.)

ὠλιγώρουν] Contrarium in aequalibus apertius increpat de Pace 169. c. Bonae civitatis esse, curare ut leges rite observentur, eleganter docet Xenoph. Oecon. p. 845. e. (Bergmann.)

κατὰ κώμας] Olim Athenae ἐκ κωμῶν congregatae sunt (ut ita dicam) sed eas in κώμας fuisse divisas nusquam legi. Distributam quidem urbem in X tribus fuisse, quae in oratione funebri Demosthenis recensentur, notum est, quae φύλαι dicebantur. Suidas tamen οἱ πλεῖστοι τὸν στενωπὸν καὶ τὴν οἷον γειτνίασιν, οἱ δὲ

τοὺς ἐν τῇ πόλει δήμους κώμας φασὶ προσαγορεύεσθαι. Legendum censeo κατὰ φυλάς. Quod si κατὰ κώμας recte legitur, κώμη non pagum aut villam, sed plateam significabit: quod raro invenietur. (*Wolf.*) Κώμας λέγει τὰς ἐν τῇ συνηθείᾳ γειτονίας, ἃς ἔνιοι καὶ τουρκιστὶ μαχαλάδες καλοῦσιν· ἐκ δὲ τῆς κώμης καὶ ὁ παρὰ τῷ Κωμικῷ, κωμήτης, ἤγουν ὁ γείτων, καὶ ἡ κωμῆτις, ἤγουν ἡ κοινῶς λεγομένη γειτόνισσα. Καὶ ταῦτα μὲν ὡς ἐν τύπῳ εἰρήσθω· οἱ δὲ τὴν ἀκρίβειαν ἐκ παντὸς διώκοντες, ἴστωσαν ὅτι αἱ παρὰ τοῖς ἀρχαίοις τῶν πόλεων κῶμαι ἀναλογοῦσι μᾶλλον ταῖς παρ' ἡμῖν συνοικίαις, ἤγουν οἰκίαις μεγίσταις ὑπὸ πολλῶν ἅμα μηδὲν ἀλλήλοις προσηκόντων οἰκουμέναις, ἃς ἡ χυδαία συνήθεια τουρκικώτερον χάνια καλεῖ. (*Cor.*) Urbis in κώμας distributio interpretes vexavit, e quibus Wolfius φυλὰς legendum (quod habet Isingr. in marg.) Langius κώμας et δήμους alterum in alterius locum transponenda censuit. Ut universa regio Attica suos δήμους, sic ipsa Athenarum urbs suas κώμας habuit, a Theseo ita in unum congregatas, ut, sublatis singularum conciliis, unum omnium esset commune βουλευτήριον, communia judicia, Athenis. Res satis nota e loco classico Thucydidis II, 15. Cff. et Plutarch. in Theseo p. 10. e. et sq. et Isocrates ipse in Hel. p. 214. e. Hinc forte res explicanda est, si quidem Areopagus erat omnium supremum tribunal. Ceterum quid statuendum sit, aut de Suida in v. Κωμῳδεῖν; ἔγνω προσαγορεύεσθαι (v. supra) aut de Grammatico Bekkeri V. I. p. 274.: Κῶμαι· τὰ μέρη τῆς πόλεως ἢ τὰς ἀκροπόλεις &c. aut de ipso Meursio, hujus Isocratei loci auctoritate docente, *utramque partem* (urbem et Piraeeum) *in κώμας suas distributam fuisse, ut in δήμους totam regionem*, de Fort. Athen. c. II. in Gronov. Thes. T. V. p. 1693. doctiorum judicio relinquimus. (*Bergmann.*) Patet hoc ex loco, tribus (s. curias) urbanas uti Romae, Athenis non fuisse. Aperte enim hic distinguuntur a demis, curiis, κῶμαι vici urbis. Uti autem quaeque urbs in partes et vicos quosdam est distributa, sic Athenis quoque vici et partes fuerunt, inter quas Muellerus (in Ersch. Encyclop. s. v. Attica p. 240.) Limnas (a meridie sitos) Ceramicum (a sole occidente) Colonum (a septentrione) Melitten (ab oriente) refert. Quaeritur tamen num haec urbis distributio in

civitate administranda quid valuerit. Quisque civis enim cum uni alicui curiae accensendus esset v. Wachsmuth. Antiqu. Gr. T. I. p. I. pag. 271. et infra annot., etiam si urbis incola erat, curiae tamen cuidam (quae saepe ad fines Atticae sedem habebant) erat adscriptus. In urbe ipsa autem duae tantummodo curiae (Cydathenaeum et Lenaeum) sedem habebant. Non igitur verisimile est, urbis incolas singulares quasdam praeter has habuisse curias aut tribus. Videtur potius res ita habuisse: Curiales, qui in urbe habitare aut saepius morari solebant, amabant iis in locis versari aut habitare, ubi alii suorum curialium habitabant, et κώμαι, seu vici inde saepenumero nomen acceperunt, quod cives cujusdam curiae ibi habitare solebant. (Colyttus, Melite, Colonus, Eupyridae, Marathon nomina curiarum et vicorum sunt v. Muellerum l. l. p. 227.) Magistratibus igitur, qui civem in jus vocaturi erant, hoc acceptum erat, poterant enim melius singulorum domicilia investigare, si constabat, hoc in vico hos, illo in vico illos curiales versari solere. Sic etiam e. g. Lysias cum de Pangkleonis tribu certior fieri vellet, se ad vicum Hermarum contulit in tonstrinam, ἵνα οἱ Δεκελεῖς (ex hac tribu se esse contenderat) προσφοιτῶσιν. v. Lys. adv. Pangcleon. init. Quod igitur sponte factum erat, ut urbs κατὰ κώμας distribueretur, hoc consilio legislatorum orator tribuit. Quae autem Grammatici de hac re afferunt, facile sic possunt explicari. Quod enim Suidas dicit, curias in urbe κώμας dici, hoc ita est intelligendum, nomina curiarum illarum (Colytti etc.) in urbe nomina vicorum esse; et quod Grammaticus Bekk. dicit, κώμας partes urbis esse, apprime convenit cum nostra interpretatione, certe Wolfii conjecturam φυλὰς ferri non posse, nec Langii transpositionem, non est quod nunc multis ostendamus; sponte enim hoc ex iis, quae attulimus, patebit. (B.)

κατὰ δήμους] Oppida et pagi Atticae δῆμοι appellabantur, id est, *populi*, unde δημόται *populares*, id est, ex eodem pago seu municipio oriundi. Cicero quodam loco (de Offic. II, 18, 64.) *curiales* dicit. Δῆμος igitur hoc loco intelligatur, sive pagus, sive curia, sive municipium. Et singuli cives Athenienses ab aliquo municipio cognomen habebant: sic Demosthenes Paeaniensis, Aeschines Cothocides, Isocrates Erchiensis cognominatur:

perinde ut nostrates nobiles a castellis suis. Hujus rei causa fuit, quod olim plerique Athenienses extra urbem habitarant, donec ab Erichthonio primum, deinde a Theseo in urbem sunt compulsi: in cujus rei memoriam et parva et magna Panathenaea fuerunt instituta. Et tamen veteris patriae cognomina retinuerunt. (*Wolf.*) De divisione Atticae in populos, *δήμους*, nemo dubitat, satisque plana sunt omnia e Meursii libello de hoc argumento, cui adjungantur Excerpta ex J. Sponii Itinerario de Pagis Atticis, subjecta illius Theseo: ut videatur significari institutio τῶν δημάρχων, quorum erat suum quemque δῆμον convocare, in suffragia mittere, censum agere ad tributum definiendum, privatorum debitorum exactionem instituere, caetera. Vid. Schol. Aristoph. ad Nubes vs. 37. Pollux VIII, 108. Bekkeri Anecd. V. I, p. 237. Etymologus et Harpocr. in v. δήμαρχος et ναυκραρία. (*Bergmann.*) Curiae praecipue ex Clisthenis institutis tribubus attributae magnam in administranda republica auctoritatem acceperunt. Nomen quidem haud dubie longe fuit Clisthene antiquius, eoque appellatae sunt agri Attici partes, quia olim separatae ac discretae fuerant respublicae. Hoc sensu Plutarchus δήμους vocat in Thesei vita, cap. 24. Ἐπιὼν οὖν ἀνέπειθε κατὰ δήμους καὶ κατὰ γένη κ. τ. λ. Sed certum atque legitimum δήμων institutum a Clisthene originem ducit. Vid. Schoemann. de Comit. Athen. p. 364. n. qui tamen errat, censens Clisthenem omnem agrum Atticum in centum partes divisisse, quas δήμους dixerit. Retinuit potius Clisthenes eum numerum, qui ante eum erat, (Strabo IX, 396. ex Polemone CLXXIV fuisse narrat) v. Wachsmuth. Antiqu. Gr. I, p. 1. p. 271. n. 36., nominaque eorum in Ersch. Encyclop. VI, 228. Quae autem a Gajo commemoratur (L. IV. D. De collegiis) Solonis lex, in qua cum aliis collegiis atque corporibus etiam δῆμοι nominantur, non Solonis lex fuisse videtur, v. Schoemann. l. l. Gravissimae omnium quae in his conventibus agi solebant, res erant: novorum civium in lexiarchicas tabulas inscriptio, et eorum qui inscripti erant, recognitio. Omnes enim cives Atticos, uti jam supra dixi, et ingenuos et adscripticios, uni alicui curiae accensos ejusque indici inscriptos esse oportebat. De hoc et aliis Demarchorum muneribus cf. Schoemann. l. l. p. 376. squ. (*B.*)

— ἐθεώρουν τὸν βίον] Non utique senatus ipse singulos vicos et singulas aedes pervagatus est, sed observatores habuit, ut supra dictum est. (*Wolf.*) Unde hoc Wolfius habeat, nescio. Uti censores Romae, sic Areopagitae Athenis pravos civium mores, quatenus de iis certiores fiebant, notabant. Isocrates hic tantummodo hoc vult, munus hoc accurata civitatis distributione facilius redditum esse. Rectius jam explicuit Bergmannus sic: „Valerius Maximus II, 6.: *Est et ejusdem urbis sanctissimum consilium, Areopagus, ubi quid quisque ageret, aut quonam quaestu sustentaretur, diligentissime inquiri solebat: ut homines honestatem, vitae rationem memores reddendam esse, sequerentur.* Athenaeus VI. p. 168. a. ὅτι δὲ τοὺς ἀσώτους, μὴ ἔκ τινος περιουσίας ζῶντας τὸ παλαιὸν ἀνεκαλοῦντο οἱ Ἀρεοπαγῖται, καὶ ἐκόλαζον, ἱστόρησαν Φανόδημος καὶ Φιλόχορος, ἄλλοι τε πλείους. Plutarch. in Sol. p. 88. d. et 90. e. Exemplum habemus Cleanthis apud Diogenem Laertium VII. et Demetrii apud Athen. l. c. Vid. Meursius in Areopago C. IX." (*B.*)

ἀνῆγον εἰς τὴν βουλήν] Scripsi cum Bekk. Urbin. secutus pro vulgato εἰς τὴν βουλὴν ἦγον. Jure enim jam Orellius ad Or. π. ἀντ. p. 208., observaverat, ἄγειν εἰς τ. β. rarius esse pro εἰσάγειν. Quia enim et hoc et alia judicia in altioribus urbis locis habebantur, ἀνάγειν dici solebat v. Trapez. 362. c. ubi jam Cor. e Cod. suo verum ἀναγαγόντες εἰς ἀκρόπολιν pro Wolfii et cett. συναγαγόντες recepit. Collocatio verborum autem, qualem Urbin. praebet, vel hac de causa praeferenda esse visa est, quia sequ. ἡ δὲ non ad πόλιν, sed ad βουλὴν referendum est. (*B.*)

ἐνουθέτει] Si scilicet ex inscitia lapsi essent, quod multis accidit, praesertim adolescentibus. (*Wolf.*)

τοῖς δ' ἠπείλει] Qui scilicet petulanter deliquissent. (*Wolf.*) δ' cum Bekk. scripsi pro cett. δέ, (*B.*)

τοὺς δ' — ἐκόλαζεν] Si scilicet delictum esset gravius, et venia indignum. Ita Senatus ille plane id praestitit, quod Xenophon scribit: bonos magistratus nihil a bonis patribus differre. (*Wolf.*) Animadvertatur item elegans gradatio verborum: νουθετεῖν, admonere, ἀπειλεῖν, minari, κολάζειν, castigare, quae tria inter se

ordine conjunxit etiam Plato in Phaedone p. 61. ed. Wyttenb. (*Bergmann.*) δ' dedi cum Bekk. pro cett. δέ. (*B.*)

ἠπίσταντο γάρ] Conservandae disciplinae duas rationes proponit, delictorum observationem et poenam. Alii tria in republica requiri scribunt: primum disciplinam et leges: deinde praemium obedientiae: tertio contumaciae poenam: cum quibus observationem vitae et morum cujusque conjungi necesse est. (*Wolf.*) *Duae*, ex illorum sententia, erant *rationes* (αἰτίαι explic. Jacobs.), *quae homines ad male agendum excitarent: duae item, quae eos a peccando avocarent. Illae* existunt, ubi negligitur omnis cum φυλακή, h. e. diligens cura qua cavetur, ne cui male agendi aut voluntas aut opportunitas praebeatur, tum ζημία (sic enim vulgo legunt, v. infra) τῶν τοιούτων et κρίσεις ἀκριβεῖς, h. e. ubi malefactoribus nulla poena constituta est, neque aequum et legitimum de malefactis judicium habetur; id enim est κρίσις ἀκριβής, h. e. quae fiat non πρὸς χάριν, πρὸς ἐπιείκειαν, sed κατὰ τὸν νόμον. Cf. supra cap. XII. *Hae* contra ibi adsunt, ubi adest cum φυλακή, qua fiat, ut malefactoribus latere difficile sit, tum ζημία καὶ κρίσις ἀκριβής, ita ut, si quando scelus commissum in lucem veniat, nulla venia peccanti exspectanda sit. *Illae* vitia fovent, *hae* virtutes excitant. Ita explicandus hic locus, atque si ita explicetur facile intelligitur, quid statuendum sit de conjectura H. Royaards in Diss. saepius laudata p. 50. pro ἀδικίας legendum esse ἀρετάς. (*Bergmann.*)

ἀδικίας] Royaards conjecit ἀρετάς, v. not. praeced. (*B.*)

§. 47. Παρ' οἷς μὲν — μὲν — δὲ — δὲ] Σημείωσαι ὃ καὶ ἐν τοῖς πρόσθεν εἰρήκαμεν δὶς τιθέμενον τὸν μέν, καὶ τρὶς τὸν ἀνταποδιδόμενον δέ, διὰ τὸ μακρὸν τῆς περιόδου. (*Cor.*) Laudanda Isocratis diligentia in usu particularum μὲν et δὲ, quae accuratissime h. l. sibi respondent παρ' οἷς μὲν — παρὰ τούτοις μὲν — ὅπου δὲ — ἐνταῦθα δέ. Eadem cernitur in loco de Pace p. 170. c. οἷς μὲν γὰρ περὶ τῶν μεγίστων συμβούλοις χρώμεθα, τούτους μὲν — οἷς δ' οὐδεὶς ἂν — συμβουλεύσαιτο, τούτους δὲ (scr. δ') αὐτοκράτορας ἐκπέμπομεν: uti et in locis Xenophonteis Oecon. p. 828. d. Hieron. p. 915. e. insignem vim ha-

bet ista particularum repetitio, quod de simplici δὲ, compluribus exemplis docuit in eodem opere Wyttenbachius p. 409 et 456. Notentur ex Isocrate Paneg. c. XXVII. et XLVII. (quibus locis Morus corrigere voluit δὴ aut γὲ) Busir. 221. e. 226. b. Panath. 260. d. Addantur Herodotus VI, 16. 54. Plato Phaedon. p. 41. et 91. ed. Wyttenb. (*Bergmann.*) „Si qua Periodus praecedit, cui in seqq. alia ita opponatur, ut huius Protasis et Apodosis in illius Protasi atque Apodosi, ad quod per oppositionem referatur, habeat: μὲν in priori, δὲ in posteriori Periodo et in Protasi et in Apodosi comparet.“ Sic Werferus in Act. Monac. I, 1, 90. coll. Buttmann. Exc. III. ad Demosth. Mid. Vid. me ad cap. XXVI. (*B.*)

μήτε φυλακή] Vel observatio intelligatur delinquentium vel praecavendi delicta studium. (*Wolf.*)

μηδεμία] Vulgo legitur *μήτε ζημία*. Urb. pr. pro *ζημία*, habet *μία*, „ut“ inquit Bekk. in Addend. „pro illis *μήτε ζημία* legi possit *μηδεμία*.“ Recepi hanc conjecturam, quia Isocratis temporibus non tam hoc potuit vitio verti, poenas non esse constitutas; sed potius hoc, judices in delictis dijudicandis ταῖς ἐπιεικείαις χρῆσθαι, nec τοῖς νόμοις πείθεσθαι, v. 146. b. Quod etiam in seqq. orator sibi vult monens, ὅπου δὲ μήτε λαθεῖν τοῖς ἀδικοῦσι ῥᾴδιόν ἐστι (quia φυλακὴ adest), μήτε φανεροῖς γενομένοις συγγνώμης τυχεῖν (αἱ κρίσεις enim ἀκριβεῖς εἰσί), ἐνταῦθα κ. τ. λ. Areopagitae enim non tam in puniendis quam in observandis et admonendis hominibus versabantur: ἡγοῦντο γὰρ τοῦτο μὲν αὑτῶν ἔργον εἶναι, τὸ δὲ περὶ τὰς τιμωρίας σπουδάζειν τοῖς ἐχθροῖς προσήκειν. Hac ipsa tamen de causa acriter judicabant, nec nimis indulgenter. Uti autem voci φυλακή, in seqq. oppositum est λαθεῖν, et vocibus κρίσεις ἀκριβεῖς, συγγνώμης τυχεῖν, sic Isocrateo more etiam voci ζημία alia vox opposita esse deberet. Areopagi institutum autem hoc inprimis ceteris Graecorum institutis (147. b.) excellebat, quod omnibus quidem in civitatibus poenae solent proponi, non tamen ubique censores adsunt, qui mores civium *observant*, et peccantes statim animadvertunt, id quod Areopagitarum erat, ita ut causa simul pateat, cur negatio sit repetita, sensus enim est: nulla, ne minima quidem φυλακὴ ibi est constituta. (*B.*)

τῶν κολαζόντων] Potest intelligi vel de delictis

scilicet τῶν ἀδικιῶν καὶ πονηριῶν, vel de personis τῶν ἀδικούντων καὶ πονηρευομένων: etsi sententia utroque modo est eadem. (*Wolf.*) Quid praeferendum sit, ex praecedd. facile patet. Simili modo supra quoque τοὺς περὶ τῶν τοιούτων (causarum) κρίνοντας dixit, ubi annot. vide. (*B.*)

καθέστηκε] Τὰ καθεστῶτα et καθεστηκότα sunt instituta, ritus; ea, quae in mores recepta sunt. (*Wolf.*)

κρίσεις ἀκριβεῖς] Id est, ὅπου οὐκ ἔστι συγγνώμης τυχεῖν: sicut τὸ μὴ λαθεῖν refertur ad τὴν φυλακήν. (*Wolf.*) V. supra. (*B.*)

ἐπιεικεῖς τῶν φύσεων] Bona ingenia: quae res suas temperanter et moderate agunt. (*Jacobs.*) Cf. loc. simil. Evag. 197. b. (*B.*)

τοῖς ἀδικοῦσι] Sic Isingr. (Med. Ald. Hagan.) et LB. item Coraës (et Bekk.). Reliqui cum Wolfio τοῖς ἀδικοῦσιν. (*Bergmann.*) V. supra p. 186. (*B.*)

φανεροῖς γεν.] Pro φανερῶν γενομένων τῶν ἀδικημάτων, dum Personae tribuitur, quod *rei* tribuendum erat, v. Buttm. Gr. Gr. §. 138, 1. 5. (*Jacobs.*) Cf. Busir. 228. Panath. 275. b. Plataic. 298. c. Trapez. 360. 362. c. 364. b. 368. d. 374. c. Epist. VII, 423. c. ubi edd. cett. et Codd. Matth. γενέσθαι φανερὸς legunt, pro Cor. et Bekk. φανερόν. Sine participio legitur etiam Antid. §. 107. (*B.*)

ἐξιτήλους γίγνεσθαι] Significat ea quae vetustate paulatim obscurantur et evanescunt, ut picturae et literae. (*Wolf.*) Οὐ τὸ ἀφανίζεσθαι· τοῦτο γὰρ οὐδ' ἂν θεὸς ποιήσειεν· ἀλλὰ τὸ ἀσθενεῖς καὶ οἷον εὐαποπλύτους γίνεσθαι, ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ἐξιτήλων χρωμάτων, τουτέστι τῶν μὴ ἐμμόνων, οἷς ἀντίκειται τὰ δευσοποιά, ἤγουν τὰ παράμονα. (*Cor.*) Proprie *evanidas fieri*, *evanescere.* Vox ἐξίτηλος occurrit etiam in Or. ad Philippum p. 94. b. frequens inprimis Herodoto, composita ab ἐξιτέω, frequentativo ab ἔξειμι, exeo, et terminatione ηλος, uti docet Cl. Wyttenbachius ad Sel. Pr. Hist. p. 340. Ineptissima itaque Grammatici annotatio ap. Bekkerum V. I. p. 252. Ἐξιτήλους· ἀφανεῖς, ἀπὸ τοῦ ἔξω εἶναι τοῦ δήλου, qui utrum nostrum locum in animo habuerit, nec ne, non statuimus. (*Bergmann.*) Jacobsius explicat per ἐλαττοῦσθαι et affert praeter Isocr.

locum Themist. Or. III, p. 47. c. *μεταβέβηκεν εἰς ἀληθινὸν καὶ βέβαιον κάλλος, ἀντὶ ψεύδους καὶ ἐξιτήλου.* (*B.*)

τὰς κακοηθείας] Significant mores improbos et ad fallendum et nocendum paratos, *tückisch und untreu*, *κακὸν ἦθος κακοτροπία*. Etsi autem a consuetudine sic appellatur: tamen a naturali perversitate potissimum et oritur et propagatur. Significat autem Isocrates, quemadmodum mala consuetudine corrupti sint mores, sic honesta assuefactione eosdem posse corrigi: argumento ducto a contrariis effectibus. (*Wolf.*)

§. 48. *Γιγνώσκοντες*] Ald. *γινώσκοντες*. (*B.*)

ἀμφοτέροις] Ex Wolfii emend. post Steph. Batt. Auger. et Coraëm recepimus pro vitioso *ἀμφοτέρους* Med. (Hagan.) et LB. Illud confirmant Ald. et Isingr. Langius e Cod. Bav. dedit *ἀμφοτέρας*, quod Cod. Coraïs τῷ *ἀμφοτέρους* superscriptum habet. (*Bergmann.*) Recepit *ἀμφοτέροις* Bekk. ex Urb. Conf. etiam Werfer. Act. Philol. Monac. I, 2, 237. (*B.*)

κατεῖχον] Ald. vitiose *καχεῖχον*. (*B.*)

καὶ ταῖς τιμωρίαις καὶ ταῖς ἐπιμελείαις] H. e. *τῇ ζημίᾳ καὶ ἀκριβεῖ κρίσει, καὶ τῇ φυλακῇ*, uti modo dixerat. Poena maleficiis, honore recte factis proposito, cives a Solone a vitiis avocabantur, ad virtutem impellebantur. Notante Stobaeo Serm. XLI. p. 247, 24.: *Σόλων ἐκείνην εἶπεν ἄριστα τὴν πόλιν οἰκεῖσθαι, ἐν ᾗ τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας συμβαίνει τιμᾶσθαι καὶ τὸ ἐναντίον, ἐν ᾗ τοὺς κακοὺς ἀμύνεσθαι.* Auctor Ep. ad Brutum XV.: *Solon rempublicam duabus rebus contineri dixit, praemio et poena.* Laudat Meursius in Sol. c. XXIX. De *τιμῇ*, quae pars erat *τῆς ἐπιμελείας* uti h. l. dicitur, supra jam vidimus cap. IX. et cf. infra cap. XXI. Referri huc potest Lycurgi locus, adv. Leocr. p. 163. (c. III.) *δύο γάρ ἐστι τὰ παιδεύοντα τοὺς νέους, ἥτε τῶν ἀδικούντων τιμωρία, καὶ ἡ τοῖς ἀνδράσι τοῖς ἀγαθοῖς διδομένη δωρεά· πρὸς ἑκάτερον δὲ τούτων ἀποβλέποντες, τὴν μὲν διὰ τὸν φόβον φεύγουσι, τῆς δὲ διὰ τὴν δόξαν ἐπιθυμοῦσι.* (*Bergmann.*)

τοσούτου] Exaggeratio diligentiae. (*Wolf.*) Urb. vitiose *τοσοῦτον*. V. sequ. (*B.*)

ἔδεον] Vulgo legebatur *ἐδέοντο*. Coraëm offenderat hiatus. Monet enim: *εὐφωνότερον ἂν προφέροις γράφων· ἐδέοντο λανθάνειν αὐτούς.* Rectius Bekk. ex Urbin.

ἰδεον recepit, cf. Nicocl. 33. d. Paneg. 68. b. 76. b. Phil. 102. b. Evag. 193. Panath. 236. c. 238. b. 273. e. Plat. 207. d. 300. Aegin. 385. b. atque Helen. 215. b. et Busir. 222. b. ubi olim τοσοῦτον et τοσούτῳ δεῖ legebatur. (*B.*)

καὶ κοὺς ἐπιδόξους] Si non libeat hyperbolen hoc esse dicere; quaeri non sine causa possit, quae ratio sit praesensionis istius et quasi divinationis? Mihi videtur ea pendere a moribus dictis et gestibus hominis. Primum si quem cessare et ignavum otium agere: deinde si ridiculis et inhonestis gestibus uti: tertio, si inepte obscoene loqui: denique si improborum gaudere consuetudine videris: de eo divinare poteris, eum aut jam corruptum esse et mali aliquid designasse, aut brevi designaturum. Addunt et Physiognomones aliud quoddam signum, si quis atrox aliquod facinus designaturus sit, aut tragica calamitate conflictaturus, solere in vultu ejus atque oculis tetrum et horridum aliquid atque insolitum prius conspici. (*Wolf.*) Cf. Vig. p. 87, X. et Archid. 117. d. αὐτὸς ἐπίδοξος ὢν τυχεῖν τῆς τιμῆς ταύτης. (*Jacobs.*)

ἁμαρτήσεσθαί τι] Pronomen addidi cum Bekkero ex Urbin. (*B.*)

προησθάνοντο] Citatur nostri auctoris dictum, quod tamen in his, quas reliquas habemus, ejus lucubrationibus non extat: ὅτι ἄνδρος εὖ φρονοῦντός ἐστι τῶν μὲν παρεληλυθότων μεμνῆσθαι· τὰ δὲ παρόντα εὖ διαθέσθαι· τὰ δὲ μέλλοντα προορᾶν, id quod Senatui Areopagitico hic tribuitur. (*Wolf.*)

τοιγάρουν] Effectus seu fructus honestae disciplinae primum vitare vitia et flagitia: deinde honestis studiis occupari: Primum enim mala vitanda sunt, postea bona facienda. Sic Horatius:

> Virtus est, vitium fugere, et sapientia prima,
> Stultitia caruisse.

(*Wolf.*) Gravis est Atheniensium reprehensio, qui tantopere a majorum severitate et continentia desciverant, ut Isocratis aetate omnis generis incontinentiae et lasciviae, prava parentum indulgentia, juventus sese traderet. Gravius etiam in parte recens edita Orationis de Permut. ed. Orell. p. 123. et seq. (§. 304—307.) de neglectu omnium eorum studiorum, quae bonis civibus formandis

inservirent, questus, hisce, quae toti huic loco quasi commentarii instar esse possunt, in suos invehitur: ἀφ' ὧν ὑμεῖς πολὺν ἤδη χρόνον ἀπελαύνετε τοὺς νεωτέρους, ἀποδεχόμενοι τοὺς λόγους τῶν διαβαλλόντων τὴν τοιαύτην παιδείαν· καιγάρτοι πεποιήκατε τοὺς μὲν ἐπιεικεστάτους αὐτῶν ἐν πότοις καὶ συνουσίαις καὶ ῥαθυμίαις καὶ λαγνείαις τὴν ἡλικίαν διάγειν, ἀμελήσαντες (ἀμελήσαντας e conj. edidit Orell.) τοῦ σπουδάζειν ὅπως ἔσονται βελτίους· τοὺς δὲ χείρω τὴν φύσιν ἔχοντας, ἐν ταιαύταις ἀκολασίαις ἡμερεύειν, ἐν αἷς πρότερον οὐδ' ἂν οἰκέτης ἐπιεικὴς οὐδεὶς ἐτόλμησεν· οἱ μὲν γὰρ αὐτῶν ἐπὶ τῆς ἐννεακρούνου ψύχουσιν οἶνον· οἱ δ' ἐν τοῖς καπηλείοις πίνουσιν· ἕτεροι δ' ἐν τοῖς σκιραφείοις κυβεύουσι· πολλοὶ δ' ἐν τοῖς τῶν αὐλητρίδων διδασκαλείοις διατρίβουσι. Quid melius nostrum locum illustret, quam haec: de quibus nihil aliud monemus, quam, τὴν ἐννεάκρουνον fuisse fontem Athenis, qui antea Callirrhoë dicebatur, testibus Thucydide II, 15. et Harpocratione in vv. ab Orellio p. 293. laudatis, qui hunc quidem ipsa illa Isocratis verba ob oculos habuisse putat: quod si verum sit, pro Λυσίας ἐν τῷ περὶ τῆς ἀντιδόσεως legendum erit Ἰσοκράτης ἐν τ. π. τ. ἀ. Ceterum digna, quae iis addantur, sunt verba Theopompi apud Athenaeum XII, p. 532. laudata a Coraë. Hic igitur discipulus Isocratis, eadem ac magister, de Atheniensibus testatur: Καὶ γὰρ αὐτοὶ τοῦτον τὸν τρόπον ἔζων ὥστε τοὺς μὲν νέους ἐν τοῖς αὐλητριδίοις καὶ παρὰ ταῖς ἑταίραις διατρίβειν· τοὺς δὲ μικρὸν ἐκείνων πρεσβυτέρους ἔν τε τοῖς κύβοις καὶ ταῖς τοιαύταις ἀσωτίαις· τὸν δὲ δῆμον ἅπαντα πλείω καταναλίσκειν εἰς τὰς κοινὰς ἑστιάσεις καὶ κρεανομιάς, ἤπερ εἰς τὴν τῆς πόλεως διοίκησιν. Lysias item pro Mantitheo p. 577. ed. R. memorat τῶν νεωτέρων, ὅσοι περὶ κύβους ἢ πότους ἢ περὶ τὰς τοιαύτας ἀκολασίας τυγχάνουσι τὰς διατριβὰς ποιούμενοι. (*Bergmann.*)

ἐν τοῖς σκιραφείοις] Τὰ κυβευτήρια interpretantur, loca in quibus ludatur tesseris, σκίραψ apud grammaticos proprium nomen esse putatur. Unde fieri videtur σκιράφιον ἢ σκιραφεῖον, forum aleatorium, conventiculum aleatorium, locus, ubi tesseris luditur: in quo genere aleator quo doctior, eo nequior habetur, *der Mumplatz.* (*Wolf.*) Κυβευτήρια ἦσαν τὰ σκιράφια, ἤγουν τόπος οὕτω καλούμενος, ἐν ᾧ ἐκύβευον, ὥς φησιν

Ἁρποκρατίων. Ἐν δὲ τῷ τόπῳ τούτῳ καὶ αἱ πόρναι ἐκαθέζοντο, κατὰ τὸν Βυζάντιον Στέφανον (λέξ. Σκίρος). Ἄμεινον δὲ γράφειν διὰ διφθόγγου, σκιραφείοις, ὡς φέρεται παρὰ τῷ Πολυδεύκει καὶ τῷ Σουΐδᾳ. (Cor.) Σκιράφεια Grammatici recte interpretantur κυβεῖα, vel κυβευτήρια, *aleatoria:* sed neque de vera vocis scriptura, neque unde ducta sit appellatio, consentiunt. Vid. Harpocration, Etymologus, Suidas, Moeris, Hesychius, Pollux IX, 96. Grammaticus Bekkeri Vol. I. p. 300. Nos nostro loco lectionem σκιραφείοις praetulimus, probatam a Coraë ad h. l. et ab Orellio l. c. et p. 455. Hemsterhusius ad Pollucis locum iis accedere videtur, qui putant dicta fuisse a Σκίρῳ, loco extra Athenas, ubi templum erat Ἀθηνᾶς σκειράδος, et in quem convenire solebant aleatores, quippe Athenis per morum censores minus tutum esset alea ludere; ubi denique secundum Stephanum Byzantinum etiam meretrices commorabantur. Plura qui cupit, adeat ipse Viri Cl. annotationem, uti et Meursium de Pop. Atticis p. 120. ac D'Orvillium in Vanno Critico p. 312, laudatos Piersono ad Moerin p. 343. De Σκίρῳ Petitum citat Taylor. ad Demosth. pro Cor. p. 270, 10. R. (*Bergmann.*) Bekk. ex Urb. σκιραφείοις recepit, Urb. corr. σκυτυῤῥαφίοις, LB. σκιῤῥαφίοις, vulgo σκιραφίοις habent, quae in talibus vocibus vera sit terminatio ειον aut ιον, difficile est dijudicatu, v. Buttmann. Gr. Gr. Maj. T. II. p. 327. (*B.*)

ἐν ταῖς αὐλητρίσιν] Inter vel apud tibicinas, seu psaltrias, id est, impudicas mulieres, cujus modi apud nos sunt Cyricines. (*Wolf.*) Τουτέστιν ἐν τῷ τόπῳ οὗπερ οἰκοῦσιν αἱ αὐλητρίδες, ὡς ἡρμήνευσε Πρισκιανὸς (ΙΗ, σελ. 1181.) παραπλήσιον Κικέρωνος χωρίον· παρατιθέμενος τὸ *Inter falcarios,* ὅ ἐστιν ἐν τοῖς δρεπανουργοῖς, ἤγουν ἐν τῷ μέρει τῆς πόλεως οὗ ᾤκουν οἱ τὰ δρέπανα ποιοῦντες. — Ἦσαν γὰρ αἱ Ἀθήνῃσιν αὐλητρίδες καὶ ὀρχηστρίδες οὐκ ἐξ ἀστῶν γυναικῶν, ἀλλ' ἐκ δούλων, καὶ οἵων ἐργάζεσθαι τῷ σώματι, αἷς ἐσχόλαζον ἐνασχημονοῦντες οἱ χρηστοὶ Ἀθηναῖοι, καὶ δι' ἃς τελευτῶντες ἐξέπεσον τῆς καταλειφθείσης ὑπὸ τῶν προγόνων δόξης, ὡς δηλοῖ καὶ Θεόπομπος (παρ' Ἀθην. ΙΒ, σελ. 532. l. supr. coll.), Ἐδήλωσε δὲ καὶ Ἀριστοφάνης, ἐν οἷς φησι (Βατρ. 510.).

Οὐ γάρ σ' ἀφήσω· καὶ γὰρ αὐλητρίς γέ σοι
Μι' ἔνδον ἔσθ' ὡραιοτάτη, κὠρχηστρίδες
Ἕτεραι δύ' ἢ τρεῖς . . . .

Ἀλλαχοῦ δὲ καί, ἅπερ Ἰσοκράτης ἐνταῦθα σπουδάζων, παίζων ἐκεῖνος παραινεῖ τοῖς Ἀττικοῖς μειρακίοις (Νεφ. 996.)

Μηδ' εἰς ὀρχηστρίδος εἰςάττειν· ἵνα μὴ πρὸς ταῦτα κεχηνώς,
Μήλῳ βληθεὶς ὑπὸ πορνιδίου, τῆς εὐκλείας ἀποθραυσθῇς.

Καὶ σημειούσθων οἱ νέοι τὸ ἐπίχαρι ἅμα καὶ ἐναργὲς τῆς μεταφορᾶς τοῦ *ἀποθραύεσθαι*· ὀχήματι γὰρ παρεικάζει τὴν εὔκλειαν, ἧς ἀποθραύεται, τουτέστιν ἐκπίπτει, καὶ κατὰ γῆς πεσὼν ἀδόξως τε καὶ ἀθλίως συντρίβεται, ὁ μὴ καλῶς ἐποχούμενος, τοῦτο δὲ ἐστιν, ὁ μὴ ταῖς τοῦ λογισμοῦ ἡνίαις εὐθύνειν τὸ τῆς δόξης ὄχημα ἐπιστάμενος. (*Cor.*) Priscianus L. XVIII. col. 1181. ed. Putschii, laudatus etiam Coraï. *Isocrates*, inquit, *in Areopagitico*, *ἐν ταῖς αὐλητρίσιν* *pro in loco, in quo habitant tibicines. Huic simile Cicero in I Invectivarum* (*Catil. I*, 1.)*: Dico te venisse priore nocte inter falcarios, i. e. in locum ubi sunt falcarii.* Recte quidem ille: sic enim ipse Isocrates et Theopompus locis all. interpretantur. Cf. de hoc usu Brunck. ad Aristoph. Lysistr. 557. Meretricibus (ταῖς πορναῖς, παισί, ἑταίραις) plerumque comites aderant, uti et Saltatrices (ὀρχηστρίδες). Vid. Aristoph. loc. s. a Coraë laudat. Apud Lysiam de Vuln. 171. R. confitentur quidam, se venisse πρὸς παῖδας καὶ αὐλητρίδας καὶ μετ' οἴνου. Ab Aeliano V. H. VII, 2. conjunctim memorantur πολλαὶ — γυναικῶν, μουσουργοὶ καὶ αὐλητρίδες, καὶ ἑταῖραι κάλλει διαπρέπουσαι καὶ ὀρχηστρίδες. XIII, 1. αὐλητρίδες et αὐτὰ τὰ τῶν μειρακίων τῶν κατὰ πόλιν, *ea quibus juvenes urbani delectari solent.* Apud Theocritum Id. II, 146. Simaetha meretrix suam memorat αὐλητρίδα. (*Bergmann.*) De usu nominis concreti pro abstracto v. inprimis Bernhardy Synt. Gr. p. 57, qui recte monet, hoc ex formulis, qualis est: τρέχ' εἰς τὸν οἶνον ortum esse. Sic de locis dicebatur ἰχθῦς, οἶνος, ὄψον, ἔλαιον, λάχανα, σήσαμα, τυρὸς etc. (*B.*)

ἐν τοῖς τοιούτοις συλλόγοις] Quales intelligantur conventus e locis allatis satis apparet. (*Bergmann.*)

Conventicula, nugacia et immodesta intelliguntur, ut sunt, ubi compotatur et libidini opera datur, lustra et ganea. (*Wolf.*)

διημερεύουσιν] Id est, τὰς ἡμέρας διάγουσιν. Sic etiam διανυκτερεύειν, id est, τὰς νύκτας διάγειν, dicitur. (*Wolf.*) Cum emphasi accipiendum: *totos dies transigunt*. Simili in causa hoc verbo utitur Aelian. V. H. III, 14. Isocrates bono sensu de discipulis suis secum degentibus, de Permut. p. 110. ed. Orell. Quae huc usque dicta sunt, omnia de licentia juventutis illustrat Aeschines adv. Timarchum p. 34. ed. Tauchn. referens de juvene dedito ταῖς αἰσχίσταις ἡδοναῖς, ὀψοφαγίαις καὶ πολυτελείαις δείπνων, καὶ αὐλητρίσι, καὶ ἑταίραις, καὶ κύβοις, καὶ τοῖς ἄλλοις, ἀφ' ὧν οὐδενὸς χρὴ κρατεῖσθαι τὸν γενναῖον καὶ ἐλεύθερον. (*Bergmann.*)

ἐν τοῖς ἐπιτηδεύμασιν ἔμενον] Ἐνέμενον ἐν τοῖς ἐπιτηδεύμασι. (*Wolf.*) V. supra p. 160, ubi in loco or. de Pace 180. lectio Urbin. nostro loco defendi poterit. (*B.*)

θαυμάζοντες καὶ ζηλοῦντες] Vulgo legebatur ὁμιλοῦντες pro ζηλοῦντες, quod interpretes valde vexavit. Bergmannus haec habet: Durius videtur ὁμιλεῖν sequente Accusativo, qui convenit τῷ θαυμάζειν. Hinc varii Interpretum conatus. Wolfii verba haec sunt in Annot.: „Observentur verba diversae constructionis: θαυμάζω σε dicitur, sed ὁμιλῶ σοὶ, non σέ. Et tamen Isocrates sic scripsit, nisi forte culpa librarii mutatus sit ordo et legendum ὁμιλοῦντες καὶ θαυμάζοντες τοὺς etc. quod omnino verum esse puto. Plus enim est θαυμάζειν quam ὁμιλεῖν, et gravius verbum recte sequitur. Demosth. πρὸς Λεπτ. Θηβαῖοι τοὺς μὲν ἑαυτοὺς ἀγαθόν τι ποιοῦντας μήτε τιμῶντες, μήτε θαυμάζοντες." Ὑμνοῦντες Ruhnkenii, ζηλοῦντες Valckenaerii est conjectura, qui ad Eurip. Hippol. vs. 106. de vi verbi θαυμάζειν pro *colere* disputans, allato loco Isocrateo, p. 177. d. „illic, inquit, pro ὁμιλοῦντες, quod in καθομιλοῦντες mutari nolim, scribendum arbitror ζηλοῦντες, ut scribit p. 175. d. τὸν πλοῦτον θαυμάζοντες καὶ ζηλοῦντες· p. 344. a. τοὺς — σοφιστὰς ἐθαύμαζον, καὶ τοὺς συνόντας αὐτοῖς ἐζήλουν. Similiter θαυμάζειν καὶ ζηλοῦν Democrito junguntur aliisque: literarum ductus propius accedit in Isocrateis ὑμνοῦντες; quod placet

Clar. D. Ruhnkenio." Τιμῶντες Segaario debetur, Professori quondam Rheno-Trajectino, cujus exstat specimen Observationum criticarum in Isocratem in Actis Literariis Societatis Rheno-Trajectinae T. I. p. 73—105. Non immemor Valckenaerii, pag. 93. sic ab Isocrate scriptum existimabat, „argumento, ut ait, loci p. 277. d. ἐκεῖνοι δὲ τοὺς τοιούτους τῶν ἔργων πρωτεύοντας βελτίστους εἶναι τῶν παίδων ὑπολαμβάνουσι, καὶ μάλιστα τιμῶσι: cui accedit, quod θαυμάζειν et τιμᾶν etiam jungit in Panegyr. p. 42. e. εἴτις τιμῴη καὶ θαυμάζοι μὴ τοὺς πρώτους τῶν λόγων ἀρχομένους, ἀλλὰ τοὺς ἄριστα αὐτῶν ἕκαστον ἐξεργαζομένους." Postremum tandem καθομιλοῦντες, quod Valckenaerio displicuisse vidimus, Coraës praetulit, qui, memoratis reliquorum conjecturis, in Addendis p. 334. scripsit: Καὶ ἔστι μὲν ἀληθὲς τὸ ἀείποτε πρὸς δοτικὴν φέρεσθαι τὸ ὁμιλεῖν· οὐδέν γε μὴν ἐνταῦθα κωλύει καὶ πρὸς αἰτιατικὴν συνάψαι, κατὰ τὸ παρὰ τοῦτο σύνθετον καθομιλεῖν, αἰτιατικῇ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ συνταττόμενον, ὡς ἐδήλωσεν ὁ Στέφανος ἐν τῷ Θησαυρῷ (Β, σελ. 1310.) Ἴσως δὲ καὶ θαυμάζοντες καὶ καθομιλοῦντες ἦν ἡ ἀρχαία γραφή. Nobis si optio detur, reliquis omnibus praestare videtur Valckenaeriana conjectura, quae elegantem efficit gradationem: primum *admiratio* exsistebat, deinde ex admiratione nascebatur *aemulatio*. Nec tamen ausi sumus eam in textum recipere, cum et vulgaris lectio ὁμιλοῦντες sese tueri posse videatur, sive ea ratione, quam Coraës attulit, sive alia quadam observatione, hac: duobus verbis diversos casus regentibus cum uno substantivo junctis, substantivum *vel* propioris, *vel* remotioris casu poni. Prioris constructionis exempla sunt frequentissima. Sic cap. XXXIII. legimus: ἣν — ἐπιτιμήσω καὶ κατηγορήσω τῶν ἐνεστώτων πραγμάτων. Nam κατηγορεῖν Genitivum, ἐπιτιμᾶν Dativum postulat. Similia sunt ex Orat. de Perm. p. 332. e. ἐπωμᾶν καὶ βασκαίνειν τὰ τῶν ἄλλων. Contra Soph. p. 291. b. τίς γὰρ οὐκ ἂν μισήσειε ἅμα καὶ καταφρονήσειε — τῶν περὶ τὰς ἔριδας διατριβόντων. De Pace p. 161. e. τοὺς ἐπιπλήττοντας καὶ νουθετοῦντας ὑμᾶς. Etenim νουθετεῖν cum Accusativo, ut cap. XVIII. ἐπιπλήττειν cum Dativo poni solet, ad Nicocl. p. 15. b. Archid. 135. de Pace 167. c. Busir. 227. c. Quae facere possint ad commendandam

verborum transpositionem, quae placuit Wolfio (et Langio qui sic edidit). Posterioris vero constructionis, qua remotiore loco positi verbi casum substantivum sequatur, exemplum esse possit hic noster locus; quamquam fateor ea esse rarissima, nec memini me ullum usquam invenire huic plane simile; nisi forte huc quodammodo pertineat istud Theophrasti *περὶ ἀγροικίας* p. 13. *ἐπ' ἄλλῳ μὲν μήτε θαυμάζειν μήτε ἐκπλήττεσθαι*: ubi *ἐπ' ἄλλῳ* pendet a remotiore, non a propiore verbo; dicitur enim *ἐκπλήττεσθαι ἐπί τινι*, sed *θαυμάζειν τι*. Certe nulla ratio grammatica prohibere videtur, quominus, ubi sic duo verba diversae constructionis junguntur, substantivum non aeque cum remotiore, quam cum propiore convenire queat. Verumtamen suum uni cuique judicium esto. Haec Bergmannus. Defenderunt vulgatam lectionem „*ὁμιλοῦντες*“ Lobeckius ad Soph. Ajac. p. 295. et Koertschius in Comment. crit. de loc. nonnull. Lysiae et Demosth. p. 2. nec nego legi sic posse, (cf. Thuc. I, 39. et ibi interpr.) Isocratem tamen non ita scripsisse, hiatus docet, v. Exc. de Hiatu. Non igitur dubitavi cum Bekkero lectionem Urbinatis *ὁμιλοῦντες* recipere, qui tam saepe vera praebuit, ut nequaquam verisimile sit, Grammaticis hanc deberi lectionem. Omnino quae hic illic jactitantur de Grammaticorum studiis in Urbinato conspicuis, non satis idoneis nituntur argumentis. Afferuntur e. g. verba Bekkeri in Praefat. narrantis: „marginem huj. Cod. a pluribus corrigentium variasque lectiones apponentium oppletam esse“, addentisque: „neque iis se finibus continuit correctorum temeritas, sed textum quoque adeo affecit, ut multis locis quid initio scriptum fuerit, dignosci non possit.“ At Vir Clar. G. Dindorfius ex ipso Bekkero audivit mihique communicavit, haec verba non ita esse intelligenda, librarios in Urbinate multas recepisse emendationes et correctiones, sed quae correcta fuerint temere, ea plerumque a Bekkero non esse commemorata. Vid. Exc. de Cod. Urbin. (*B.*)

οὕτω δ' ἔφευγον] Verecundia maximum bonae indolis signum est et cum ea conjuncta reverentia natu majorum et dignitate praestantium. (*Wolf.*) Wolfius locum rectius intellexit, quam Bergmannus, v. sequ. *δ'* scripsi cum Bekk. pro cett. *δὲ*. (*B.*)

τὴν ἀγορὰν] Intelligitur forum, ubi res venales

exponebantur, quali in loco multa fieri solere honestati et bonis moribus contraria eleganter Xenophon animadvertit Cyrop. 1, 2, 3. Ex turpitudine fori convicium illud περίτριμμα ἀγορᾶς, de quo cf. Pollux VI, 183. Eam partem τῆς ἀγορᾶς, ubi vendebatur, dictam fuisse κύκλους, Pollux testatur X, 18. Ad haec autem et quae proxime sequuntur pertinet locus Aristophanis Nubb. 986. et sqq. ubi, comparata majorum disciplina cum praesenti licentia, juvenem sic alloquitur aliquis:

> Πρὸς ταῦτ', ὦ μειράκιον, θαῤῥῶν ἐμὲ τὸν κρείττω
> λόγον αἱροῦ·
> Κἀπιστήσει μισεῖν ἀγορὰν καὶ βαλανείων ἀπέχεσθαι,
> Καὶ τοῖς αἰσχροῖς αἰσχύνεσθαι, κἂν σκώπτῃ τίς σε,
> φλέγεσθαι.
> Καὶ τῶν θάκων τοῖς πρεσβυτέροις ὑπανίστασθαι
> προσιοῦσι.
> Καὶ μὴ περὶ τοὺς σαυτοῦ γονέας σκαιουργεῖν, ἄλλο
> τε μηδὲν
> Αἰσχρὸν ποιεῖν· ὅτι τῆς αἰδοῦς μέλλεις τἄγαλμ'
> ἀναπλήσειν·
> Μηδ' εἰς ὀρχηστρίδος εἰσιέναι, ἵνα μὴ πρὸς ταῦτα
> κεχηνὼς,
> Μήλῳ βληθεὶς ὑπὸ πορνιδίου, τῆς εὐκλείας ἀπο-
> θραυσθῇς·
> Μηδ' ἀντειπεῖν τῷ πατρὶ μηδέν· μηδ' Ἰαπετὸν
> καλέσαντα,
> Μνησικακῆσαι τὴν ἡλικίαν, ἐξ ἧς ἐνεοτροφήθης.

(Bergmann.) Isocrates non tam hac de causa juvenes vituperat, quod forum frequentent, quia hic multa honestati contraria fieri solebant, quam quia vita forensis juventutis modestiae non conveniens esse videbatur. Hinc Andoc. adv. Alcib. 32, 22 dicit: τῶν νέων αἱ διατριβαὶ οὐκ ἐν τοῖς γυμνασίοις ἀλλ' ἐν τοῖς δικαστηρίοις εἰσὶ καὶ στρατεύονται μὲν οἱ πρεσβύτεροι, δημηγοροῦσι δὲ οἱ νεώτεροι, παραδείγματι τούτῳ (Alcibiadi) χρώμενοι. Hinc talis homo ἀγοραῖος nominabatur. Vid. Wachsmuth. Antiqu. Gr. I, 2. p. 153, n. 22, b. (B.)

ὥστ'] Sic Bekk., cett. ὥστε. (B.)

§. 49. Ἀντειπεῖν δὲ] Olim ut scribit Juvenalis, (Satyr. XIII, v. 55.):

> Credebant hoc grande nefas et morte piandum
> Si juvenis vetulo non assurrexerat.

Nostrates quoque dicunt, haud temere ad senectutem pervenire contemptores senectutis. Idque observatione diuturna compertum esse perhibent. (*Wolf.*)

ἐνόμιζον ἢ] Sic Bekk. ex Urb., vulgo: ἐνόμ. εἶναι ἢ. In simili loco Paneg. 56. b. εἶναι quidem additum, sed ibi non hiatus inde existit. (*B.*)

ἢ νῦν περὶ τοὺς γονέας ἐξαμαρτεῖν] Ἀντὶ τούτων Διονύσιος ὁ Ἁλικαρνασσεὺς, εἴτε μνήμης πλάνῃ, εἴτ' ἄλλως πως ἔγραψεν ἢ τὴν τάξιν λύειν. (*Cor.*) Paulo aliter haec refert Dionysius l. l. supra p. 22, δεινότερον μὲν ἡγεῖσθαί φησι (Isocrates) τοὺς τότε ἀνθρώπους τὸ τοῖς πρεσβυτέροις ἀντειπεῖν ἢ τὴν τάξιν λύειν. Cf. Aristoph. l. c. (*Bergmann.*) De loco Dionysii v. supra p. 22. ἢ ἐξαμαρτεῖν recepi cum Bekk. ex Urb. pro cett. ἐξαμαρτάνειν. Aoristum praestare docet praecedens λοιδορήσασθαι. (*B.*)

ἐν καπηλείῳ] Καπηλεῖον, caupona, locus ubi vinum venale expositur, cf. Pollux VII, 193. Simile est πανδοχεῖον: vid. ibid. 16. Cura honestatis in evitandis cauponis ex eo apparet, quod olim apud Graecos cauponae, sive tabernae, non multo honestiora loca erant, quam lenonis aut meretricis domus, ut ait Casaubonus ad Theophr. p. 207. (qui ed. ab p. 436.) laudatis Aeliano V. H. III, 14 et Athenaeo XIII. p. 566. qui haec Isocratis verba exemplo ex Hyperide desumpto comprobat: Ὑπερίδης δὲ, inquit, ἐν τῷ κατὰ Πατροκλέους, εἰ γνήσιος ὁ λόγος, τοὺς Ἀρεοπαγίτας φησὶν ἀριστήσαντά τινα ἐν καπηλείῳ κωλῦσαι ἀνιέναι εἰς Ἄρειον πάγον. Laudat et Meursius in Areop. c. IX. in f. (*Bergmann.*) Areopagitarum etiam erat, cavere ne in nuptialibus major luxus esset quam ex legibus liceat v. Athen. VI, 245. a. (*B.*)

οὐδ' εἰς] Quo jure Wolf. in Ed. maj. Steph. Batt. et Lang. contra vett. Edd. et Codd. ediderint, οὐδεὶς nescio. Illud recte revocavit Coraës et e suo Cod. et ex Athenaei XIII. p. 566. Quid differant docent Thomas Mag. p. 561. Ammonius p. 105. et Eranius ejus editioni subjectus p. 172. Phrynichum non differre statuit. Vid. posteriore loco Valckenaerius. (*Bergmann.*) Vid. Buttm. Gr. Gr. Maj. I, 1. p. 284. n. 7. (*B.*)

ἐπιεικής] In Athenaei l. l. Bas. et Cas. hanc vocem omittunt. (*B.*)

ἐτόλμησεν] Sic cum Bekk., cett. ἐτόλμησε, v. supra p. 185. (*B.*)

σεμνύνεσθαι γάρ] *Gravitatem servare, omnia serio facere et dicere*, quemadmodum hic τῷ βωμολοχεύεσθαι, sic in Hel. p. 210. b. τῷ σκώπτειν opponitur. (*Bergmann.*) Cf. ad Nicocl. 21. d. „ἀστεῖος εἶναι πειρῶ καὶ σεμνός· τὸ μὲν γὰρ τῇ τυραννίδι πρέπει, τὸ δὲ πρὸς τὰς συνουσίας ἁρμόττει, χαλεπώτατον δὲ τοῦτο πάντων ἐστὶ τῶν προσταγμάτων· εὑρήσεις γὰρ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ τοὺς μὲν σεμνυνομένους ψυχροὺς ὄντας, τοὺς δὲ βουλομένους ἀστείους εἶναι ταπεινοὺς φαινομένους." Particulam γάρ, Bekk. ex Urb. recepit pro cett. δέ. Idem quod in Urb., in Atheh. I. c. legitur. Quo saepius autem hoc in loco δὲ repetitur, eo facilius in textum irrepere poterat, eoque verisimilius est, Isocratem ea particula hic non usum esse. Quam saepe autem istae particulae inter se permutentur, docent loci ad Demon. 7. d. ubi in Definitione vocum φιλοκάλου et καλλωπιστοῦ cett. edd. γάρ exhibent; Archid. 127. d. 137. de Pace 164. d. ubi vett. edd. ἀνάγκη γάρ. Helen. 212. d. Panath. 260. e. ubi jam Wolf. ἐμοὶ δὲ pro ἐμοὶ γάρ, quod vett. edd. et duo Aug. Codd. et Codd. Cor. praebent, conjecit. Antid. §. 245. Idem τὸ γὰρ αἴτιον, et §. 315. ubi Cod. χρὴ δὲ exhibet. Saepenumero enim ex arbitrio scriptoris pendet, utrum sequentia ita connectere velit, ut ratio sequentium reddatur, an ut annectantur et tanquam novum quid addantur. Nostro in loco fortasse librarios offendit, quod gravitas causa fuisse dicitur, cur cauponas non frequentarent. Rationem tamen jam recte Bergm. in praeced. notâ explicans voc. καπηλεῖον dedit. (*B.*)

ἀλλ' οὐ] Vulgo legitur καὶ οὐχ, quod propter hiatum non puto Isocratem scripsisse v. Exc. de Hiatu. Athenaeus I. c. καὶ omittit. Simili modo ἀλλὰ et καὶ permutata sunt Paneg. 55. c. ubi Urb. καὶ pro ἀλλά, quod librarios hic injuria offendit, praebet. (*B.*)

βωμολοχεύεσθαι] Non tantum ridicula verba, sed etiam gestus indecori intelliguntur. (*Wolf.*) „Κυρίως ἐλέγοντο βωμολόχοι οἱ ἐπὶ τῶν θυσιῶν ὑπὸ τοὺς βωμοὺς καθίζοντες, καὶ μετὰ κολακείας προσαιτοῦντες· ἔτι δὲ καὶ οἱ παραλαμβανόμενοι ταῖς (γρ. ἐν ταῖς) θυσίαις αὐληταί τε καὶ μάντεις. Ἐκ μεταφορᾶς δὲ τούτων ἐλέγοντο βωμολόχοι εὔκολοί τινες ἄνθρωποι καὶ

ταπεινοὶ καὶ πᾶν ὁτιοῦν ὑπομένοντες ἐπὶ κέρδει διὰ τοῦ παίζειν τε καὶ σκώπτειν κ. τ. λ." (Ἁρποκρατ. λέξ. βωμολοχεύεσθαι). (*Cor.*) Est βωμολοχεύεσθαι idem fere ac σκώπτειν, *scurram agere*, *risum movere*, quod qui faciunt, dicuntur βωμολόχοι. Ipsum Aristophanem βωμολόχον ἄνδρα καὶ γελοῖον ὄντα καὶ εἶναι σπεύδοντα vocat Aelian. V. H. II, 13. Metaphoram ductam esse docent grammatici a mendicis aras insidiantibus (τοὺς βωμοὺς λοχώντων) adulandoque risum moventibus. Praeter Harpocrationem et Maussacum ad eum, Thomam Magistrum, ibique Stoeberum p. 176. vid. Grammaticus Bekkeri. V. I. p. 221 et 222. et alius p. 185. De re cf. Aristoph. l. c. p. 966. (*Bergmann.*)

τοὺς εὐτραπέλους] Εὐτραπελία, urbanitas in conviviis et congressibus, qui animi relaxandi gratia fiunt, laudatur a Philosophis, etsi a D. Paulo (Ephes. V, 4.) improbatur, nisi forte ibi εὐτραπελία sit ἀντὶ τῆς βωμολοχίας accipienda. Sed alia ratio est adolescentis, quem tacere et audire, quam garrire praestat: alia seniorum. (*Wolf.*) Thomas Mag. p. 801. distinguit inter σκῶμμα, γελοῖον et εὐτράπελον, quorum hoc definit τὸ μετὰ σεμνότητος χαριέντως λεγόμενον. Sed recte monet Sallierus alibi in malam partem dici, atque ita h. l. accipiendum, quippe explicatur per σκώπτειν δυνάμενον. Et hoc loco τοὺς εὐτραπέλους καὶ σκώπτειν δυναμένους mera periphrasis est τῶν βωμολοχευόντων, quod non tantum allata Harpocrationis verba docere videntur, collata vocis etymologia, sed et extra omnem dubitationem ponit ipsius Isocratis, ut ita dicam, interpretatio in Orat. περὶ τῆς ἀντ. ed. Orell. p. 123. (§. 302.): ἐπεὶ νῦν γ' οὕτως, inquit, ἀνέστραπται καὶ συγκέχυται πολλὰ τῶν κατὰ τὴν πόλιν, ὥστ' οὐδὲ τοῖς ὀνόμασιν ἐν τῇ διαλέκτῳ*) ἔνιοι τινὲς ἔτι χρῶνται κατὰ τὴν φύσιν, ἀλλὰ μεταφέρουσιν ἀπὸ τῶν καλλίστων πραγμάτων ἐπὶ τὰ φαυλότατα τῶν ἐπιτηδευμάτων· τοὺς γὰρ βωμολοχευομένους καὶ σκώπτειν καὶ μιμεῖσθαι (*mimos agere*) δυναμένους εὐφυεῖς καλοῦσι· προσῆκον τῆς προσηγορίας ταύτης τυγχάνειν, τοὺς ἄριστα πρὸς ἀρετὴν πεφυκότας. (Res illustratur etiam exemplo vocis δημοτικὸς

*) Haec verba: ἐν τῇ διαλέκτῳ cum Cod. Urb. pr. delenda esse, vel hiatus docet. (*B.*)

de Pace p. 185. e. *καὶ παυσώμεθα δημοτικοὺς μὲν νομίζοντες εἶναι τοὺς συκοφάντας, ὀλιγαρχικοὺς δὲ τοὺς καλοὺς κἀγαθοὺς τῶν ἄνδρων.* Cff. supra de hac voce dicta init. Cap. VI.) Utrique loco et huic et nostro, debilem inesse imitationem terribilis orationis Thucydideae III, 82.: *καὶ τὴν εἰωθυῖαν ἀξίωσιν τῶν ὀνομάτων εἰς τὰ ἔργα ἀντήλλαξαν τῇ δικαιώσει,* Orellius putat in Ann. p. 292. (*Bergmann.*) De Orellii sententia, qua Isocrates omnia fere, quae scripsit, ex aliis hausit scriptoribus, v. supra p. 103. Hesychius explicat *εὐτραπελία* per *κουφότης, μωρολογία, αἰσχρολογία*, et Suidas *εὐτράπελος*, per *μιμολόγος* et *γελοποιός*. Jacobsius haec habet: *nach städtischer Weise gewandt, leicht, witzig, mit dem Nebenbegriff der Scurrilität.* (*B.*)

καὶ τοὺς σκώπτειν] Cum vel corporis, vel animi vitia, vel fortunae incommoda, vel etiam delicta aliorum exagitantur. — Plerique ad hoc dicacitatis genus propensi sunt, eaque re et aliorum odia suscipiunt, et existimationi suae male consulunt: imo etiam ubi ea, quae voluerint, dixerunt, ea quae nolunt, audire coguntur. Quare cavendum hoc vitium, aut si cum familiaribus jocari libet, id sine ulla contumelia et animi acerbitate est faciendum, et sermo candido Mercurii, non nigro Momi sale condiendus. (*Wolf.*) Articulum cum Bekker. ex Urb. recepi, quod tamen an recte factum sit, dubito, non solum, quia in loco Antid. §. 303. ubi eadem fere quae hic leguntur, abest, sed etiam quia omnino scriptor ad participia et adjectiva per simplex *καὶ* conjuncta, articulum semel tantum ponere solet. v. Nicocl. 28. c. Phil. 92. e. 106. e. 110. Archid. 129. b. 131. c. Areop. 145. 148. c. 150. d. de Pace 161. e. 166. 186. d. 188. Helen. 209. d. e. 215. e. 217. c. Panath. 233. a. b. 236. d. 277. b. c. 279. b. bis. 284. d. Soph. 292. b. Antid. §. 87. 123. 140. 144. 155. 160. 246. 284. 296. 301. 303. 309. 325. 328. bis. p. 344. d. 345. d. (de Big. 347. d. Loch. 397. c. Ep. I, 405. e. IV, 413. V, 416. bis.) Recte igitur nunc in Evag. 204. c. ex Urb. alter articulus ante *γεγραμμένοις* (et Ep. VII, 422. ante *τ. τιμὴν τ. ἔχοντας*) deletus est. Antid. §. 172. solum Laur. articulum ante *συμπαιδευομένοις* addit. Recte etiam Bekker. Panath. 274. d. Urbinatis lectionem, qui pro *καὶ πάντας δυναμένης ὠφελεῖν*

τῆς θυη. ὠφ. exhibet, non recepit. Idem tamen etiam facere debebat Nicocl. 27. b. ubi Med. articulum ante ψευδομένους omittit, idque fortasse etiam sine libris faciendum erit Archid. 123. b. ubi articulus ante τὰς εὐτυχ. — ἐπισταμένους, Helen. 209. b. ante μηδὲν ὠφελοῦσιν (nisi eum ita defendere vis, ut dicas, ob longiorem verborum compagem eum esse additum) et Antid. §. 311. e. ante πράγματα — παρέχοντα (vulgo pro τὸν γεγραμμένον habent τῶν γεγραμμένων et Ald. ante πράγματα τὰ habet) §. 179. ante πεπραγμένοις delendus est. Recte tamen articulus ad utrumque additur, si participiis istis per καὶ conjunctis aperte diversae distinguuntur personae aut res, veluti Phil. 111. c. in verbis: τοὺς ἐπὶ Τροίαν στρατευσαμένους καὶ τοὺς ἐκείνοις ὁμοίους γενομένους, coll. de Pace 161. c. 173. c. Evag. 190. Panath. 238. d. 279. c. 280. 289. (ubi libri variant) Antid. 314. d. §. 253. (ubi tamen in verbis τοὺς ἐν τοῖς ἰδίοις πράγμασιν ἀδικοῦντας particula τε post τοὺς inserenda est, tum quia cetera membra eam habent, tum quia Isocrates omnino post ἀμφότερος sequentia per τε-καὶ aut καὶ — καὶ disjungere solet v. Paneg. 47. d. 48. e. 55. d. 68. c. 79. Phil. 96. e. 99. d. 102. 110. d. 111. b. Areop. 146. d. de Pace 178. b. 187. 188. Evag. 200. c. Panath. 283. c. Antid. §. 145. 173. Ep. VIII, 426. c. quibus addas Archid. 130. d. ubi Cod. T. εἴγε pro εἴτε habet) Ep. VI, 420. d. Recte igitur de Pace 162. c. scriptum est: τῶν τὴν ἀδικίαν πλεονεξίαν εἶναι νομιζόντων καὶ τῶν τὰς ἀλλοτρίας πόλεις βίᾳ κατεχόντων καὶ μὴ λογιζομένων coll. Panath. 289. e. et Antid. §. 144. Offendit hoc interdum librarios, veluti Phil. 98. in verbis: τῶν βλασφημούντων καὶ φλυαρούντων καὶ τῶν πειθομένων τούτοις, ubi Urb. articulum ante πειθομένων omittit. Recte etiam additur articulus, ubi ad alterum tantum aliquid addi et referri potest, ita ut hoc ab altero discernatur. Phil. 90. c. (Ep. II, 407. d.) et Panath. 283. d. (ubi vulgo alterum articulum omittunt). Denique hiatus etiam oratorem interdum commovit, ut articulum repeteret de Pace 174. e. 181. d. 188. Antid. §. 84. 128. (Ep. II, 411.) Articulum addendum fuisse Nicocl. 31. b. Antid. §. 253. 301. bis. et 344. d. ipsa loci natura ostendit. Quod de *participiis*, idem de *adjectivis* est statuendum v. Phil. 92. d.

Areop. 143. d. 152. b. Evag. 189. b. Helen. 210. d. Panath. 233. d. 235. b. 245. 248. c. 257. d. bis. 258. d. 260. c. 262. c. 269. e. 289. e. Antid. §. 123. 140. bis. 167. 203. 257. 296. p. 344. d. 346. (Ep. VI, 420. d. VII, 422. et V, 417. e. περὶ τῶν-καλῶν καὶ δικαίων καὶ τῶν τούτοις ἐναντίων) ubi alter articulus post καὶ recte abest. Additur, ubi oppositio est, velati Nicocl. 29. c. Phil. 90. e. Areop. 140. d. 144. (ubi annot. vid.) Antid. 343. c. §. 272. (Nicocl. 27. e. nonnulli minus recte post γὰρ addunt καί.) Perspicuitatis causa articulus repetitus est Ep. VI, 420. in verbis: τὰ δὲ δεινὰ πάντα τὰ προσόντα τῷ πράγματι καὶ τὰ κακα διαφεύξεσθαι, hic enim κακὰ facillime cum τὰ προσόντα poterat conjungi. Alia causa cur interdum a scriptore articulus est additus, in hiatu est posita. V. de Pace 181. c. ubi vulgo καὶ repetunt, Phil. 111. c et Evag. 203. b. quibus in locis vulgo articulum omittunt. Restant duo loci, in quibus articulus offendit Antid. §. 86. in verbis: τούτοιν τὸ μεῖζον καὶ τὸ πλέονος (scrib. c. Laur. πλείονος, v. supra) ἄξιον et §. 276. περὶ τῶν λόγων τῶν κοινῶν καὶ τῶν χρησίμων. Ad Infinitivos per simplex καὶ conjunctos articulus eodem modo ad alterum tantum additur v. Areop. 141. b. 144. c. Evag. 197. Panath. 235. 245. 263. c. Soph. 294. c. Antid. §. 175. 180. 286. Ep. IV, 413. 414. d. Nicocl. 30. b. olim articulum falso repetebant, et Antid. §. 296. scribendum erit ἅμα τό τε λέγειν εὖ καὶ τὸ φρονεῖν, quam particulam (τε) Laur. addit eo tamen errans, quod articulos omittit. Post ἅμα enim uti post ἀμφότερα ab Isocrate τε-καὶ aut καὶ-καὶ solet scribi. Repetitur autem recte articulus Panath. 241. e. in verbis: τοσοῦτον ἀπέσχον τοῦ πράττειν τι τῶν αὐτῶν τοῖς ἡμετέροις καὶ τοῦ τοῖς μὲν βαρβάροις πολεμεῖν, τοὺς δ' Ἕλληνας εὐεργετεῖν, quia alterum membrum per μὲν-δὲ in duo est divisum. Idem statuendum est Areop. 150. c. et Panath. 274., ubi Infinitivi et Substantiva sese excipiunt. Si denique substantiva per simplex καὶ sunt conjuncta, ad utrumque articulus solet addi. v. ad Nicocl. 15. d. 18. Nicocl. 28. d. 30. c. 35. d. Paneg. 65. Phil. 92. 105. d. 106. b. 109. c. Archid. 126. c. 127. b. 128. d. (ubi ex Urb. τε est additum) 129. b. Areop. 141. 147. c. 148. d. e. (al. τε v. supra) 152. a. b. 155. 156. b. de Pace 163. b.

165. e. 169. a. d. 171. e. (ubi cum Urb. τε delendum est) 185. a. bis. c. Evag. 203. Helen. 210. 211. b. bis. 216, b. 218. c. Busir. 224. 227. (vulgo τε addunt) Panath. 238. d. 239. 250. e. 259. b. 270. a. (cum Urbin. addas τε) b. 276. c. 280. b. 285. d. Soph. 292. b. Plat. 298. c. 301. 304. bis. 308. d. Antid. 310. (ubi Ald. priorem articulum omittit) 315. c. 319. b. §. 90. 162. 184. 204. 205. 224. 226. 229. 299. 303. (ubi vulgo ἢ pro καὶ ταῖς habent) 344. d. (Aegin. 389. c. 391. c. Ep. II, 407. c. 410. e. 411. III, 412. a. e. VIII, 425. b.) Unde patebit, quid de iis locis sit statuendum, in quibus Codices variant, veluti Nicocl. 35. d. in verbis: τὴν δὲ δικαιοσύνην καὶ σωφροσύνην ubi vulgo rectius articulum post καὶ repetunt, quod vel ex praecedd. τῆς ἀνδρίας καὶ τῆς δειν. patet. Areop. 152. vulgo articulum ante ταῖς πλεονεξίαις omittebant, quem nunc jure a Bekkero ex Urbin. additum vides, idem de Pace 185. in verbis: τὸ πλῆθος τῶν προσταγμάτων καὶ τῶν λειτουργιῶν factum est, ubi alter articulus vulgo abest. Ibid. 186. c. Urbin. vitiose in verbis: ταῖς μελέταις καὶ ταῖς παρασκευαῖς voces καὶ ταῖς omittit. Helen. 209. c. in verbis: πρὸς τὰς περιττότητας καὶ τὰς θαυματοποιΐας vulgo alter articulus non legitur. Panath. 255. d. Urb. alterum articulum omittit in verbis: τὴν σωφροσύνην καὶ τὴν πειθαρχίαν. Plat. 299. vulgo articulum ante συνθηκῶν non habent, Antid. §. 280. Urb. et Vat. ante γεωμετρίαν articulum omittunt, idemque facit Laur. §. 286. ante μουσικήν. Trapez. 368. c. vulgo articulum ante ἀπιστίαν non habent. Codices non variant Panath. 268. in verbis: ἐκ τοῦ πολέμου τοῦ περὶ τὰς ἀποικίας καὶ πραγματείας, Antid. §. 211. τὰς βλασφημίας καὶ κατηγορίας, 283. τῆς ἀστρολογίας καὶ γεωμετρίας, ubi non dubitaverim articulum ex conjectura recipere. Panath. 280. Bekker. quidem τοὺς καταποντιστὰς καὶ λῃστὰς καὶ τοὺς περὶ τὰς ἀδικίας ὄντας recepit, mihi tamen καὶ λῃστάς, quod ex Urb. addidit, interpreti deberi videtur. Certe τοὺς λῃστὰς scribendum esset. Articulus autem non repetitur, si Genitivus additus est, qui ad utrumque refertur. Hoc enim si fit, substantiva arctissime solent esse conjuncta. v. Areop. 147. d. de Pace 168. c. 177. c. 187. b. Busir. 225. c. Panath. 249. a. b. 260. c. 279. b. Antid. §. 258. 316. 321. 344. c. 345. b.

Puto igitur, Isocratem Evag. 189. non τῷ πλήθει καὶ τῷ κάλλει τῶν ἐπιφερομένων, scripsisse. (Ep. II, 409. c. vulgata πρὸς τὴν οἰκειότητα καὶ χρῆσιν praeferenda erit.) Sin autem plura, et ad quodque nomen aliud quid additum est, articulus est repetendus. v. Phil. 108. b. (ubi Urb. recte τε omittit) 111. c. bis. Areop. 151. de Pace 173. d. (ubi vulgo τε addunt, quod Leloupius non debebat retinere) quibus addas Evag. 189. b. 193. (ubi tamen nunc καὶ repetitur) 194. d. Busir. 226. Panath. 245. c. 275. d. Antid. §. 69. Ep. IV, 416. Recte igitur Phil. 112. nunc ex Urb. καὶ τῆς ἐν Σαλ. et Archid. 138. d. καὶ τὴν δυν. scriptum est. Idem statuo, si ea quae ad utrumque quidem nomen addita sunt, in plura tamen distribuuntur membra v. Areop. 150. b. et fortasse etiam Antid. §. 328. huc pertinet; aut ubi nomen alius generis cum addito Genitivo sequitur. Busir. 224. b. Phil. 102. rectius puto vulgo: ἑκατέρου καὶ τὴν γνώμην καὶ τὴν δύναμιν legi. Interdum etiam hiatus causa articulus additus esse videtur de Pace 181. e. ubi vulgo καὶ ante τοῖς φίλοις additur, Evag. 191. e. Panath. 271. e. Antid. §. 256. 263. 283. 328. (Aegin. 389.) Hoc autem sponte apparet, si Genitivus ad alterum tantum additus sit nomen, articulum repeti debere. Phil. 106. (ubi Bekk. ex Urb. τε addidit) Archid. 129. (ubi vulgo non recte τῶν Αἰγ. habent) Areop. 150. e. de Pace 169. d. Panath. 246. c. 253. e. 258. d. 278. b. Antid. 316. c. §. 183. 203. Arctius nomina etiam conjunguntur si unum adjectivum ad utrumque additur v. Panath. 262. c. 274. c. 276. d. 279. d. Antid. §. 215. 316. aut ad quodque nomen singulare adjectivum Panath. 230. d. 263. b. Inde dijudicabis de locis Evag. 191. αὐταῖς ταῖς εὐρυθμίαις καὶ ταῖς συμμετρίαις, ubi vulgata: ταῖς γε pro αὐταῖς ταῖς praeferenda esse videtur, et Helen. 214. b. ubi nunc recte τὴν ἄλλην ἀρετὴν καὶ σωφροσύνην legitur. Sin autem adjectivum (aut participium) non ad utrumque, sed ad alterum tantum nomen refertur, facile patet, cur articulus repetendus sit. v. Areop. 151. de Pace 180. (ubi libri variant) 187. c. Evag. 193. Panath. 254, d. 272. Antid. §. 66. 85. 155. (Trapez. 363. b.) Idem fit, si quae adduntur adjectiva aut participia, iterum discernuntur Archid. 136. b. ubi Ald. articulum ante σεμνότησιν omittit, Urb. autem ἀληθινῶς

et. κατακεπλασμένως habet, non male. 138. c. Areop. 152. Panath. 272. c. Antid. §. 90. 224. Aut si plura quae diversi generis sunt, se excipiunt Archid. 131. b., aut si denique hiatus evitandus est Archid. 125. d. Panath. 259. b. Antid. 316. e. §. 200. 325. Soph. 291. d. (ubi jam Cor. articulum e Codd. recepit) Ep. II, 411. (Euthyn. 403. d. neminem offendet, cum haec oratio non sit Isocratis). Defendi poterit etiam articulus de Pace 186. e. Antid. §. 94. 158. et Panath. 265. c. (ubi vulgo: ἐκ τῶν ἀγώνων καὶ τῶν πολέμων καὶ τῶν ὁμολογουμένων habent.) quia quae hic adduntur, solius additamenti locum tenent. Denique omnino ad nomina per καὶ conjuncta articulus non additur, si hiatus id non patitur Nicocl. 29. d. Archid. 137. c. (*B.*)

εὐφυεῖς] Ingeniosi et natura bona praediti, qui et acumine ingenii et judicio valent, et res optimas ipsa natura duce amant. Etsi autem dicacitas ista videtur aliquid habere celeritatis atque acuminis, tamen nec decorum observare, et alia meliora negligere, nec semet ipsos cognoscere, id genus hominum solet. Plautus Trinummo (II, 2, 20. ed. Lindem.)

Meo modo et morbus vivito antiquis.
Quae ego tibi praecipio, haec faceto. Nihil ego in te istos moror.
Facetos mores turbidos, quibus boni se
Dedecorant. (*Wolf.*)

Εὐφυεῖς ἐνταῦθα λέγει τοὺς σκώπτας, οὓς ἡ συνήθεια μειτριαστὰς *καλεῖ, καθὰ καὶ* μειτριάζειν *τὸ ἀστειεύεσθαι καὶ σκώπτειν* (*Πρόδρ. Ἑλλ. βιβλ. σελ. ϱκβ'.*) *ὅθεν* ἐξηγείσθω *ὁ Ἡσύχιος, „Εὐφυὴς ὁ ἐξ ἑτοίμου λέγων καὶ σκώπτων, μέτριος κ. τ. λ.“ Τοῦτο δὴ τὸ* μέτριος *ὃ τῶν κριτικῶν τινες εἰς τὸ* μετρίως *τρέπειν παρῄνουν, ἕτεροι δὲ ὡς δευτέραν σημασίαν τοῦ* εὐφυὴς *ἐξεδέξαντο, οὐδὲν ἂν ἕτερον εἴη, ἢ τὸ παρ' ἡμῖν* μειτριαστής, *ἤγουν* μετριαστής, *παρὰ τὸ* μετριάζω. *Ἐχρήσατο δὲ τῷ ὀνόματι* εὐφυὴς *Θεόπομπος ὁ Χῖος ὁ Ἰσοκράτους μαθητὴς (παρ' Ἀθην. ς, σελ. 260.), περὶ Φιλίππου τοῦ Μακεδόνος λέγων. „Χαίρων . . . τῶν ἀνθρώπων τοῖς* εὐφυέσι *καλουμένοις, καὶ τὰ γέλοια λέγουσι καὶ ποιοῦσι.“ Μετηνέχθη δὲ τοὔνομα ἀπὸ τῶν κατὰ νοῦν δεξιῶν, οὓς κυρίως δηλοῖ τὸ* εὐφυής. (*Γαλατιστὶ* Homme desprit) · *τοιοῦτοι γὰρ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ οἱ σκω-*

πτικοὶ, δυνατοὶ συνιδεῖν τὰ ἐν τοῖς ἄλλοις γελοῖα. (*Cor.*) Quod habet Ammonius: εὐφυὴς λέγεται παρὰ Ἀττικοῖς ὁ σκωπτικὸς, confirmat Isocrates, cum ait τοὺς σκώπτειν δυναμένους, ita dictos fuisse. Proprie significat *egregia indole praeditum*, atque ita occurrit cap. XXXII, metaphora desumpta a plantis, quae laeto germine sata feliciter surgunt. Vid. Valcken. in Animadvss. ad Amm. L. II. c. II. p. 87. cf. Demosth. Olynth. II. p. 23. Σκωπτικὸς autem tantum distat a σκώπτης, quantum ab *eleganti* et ingenuo homine dignissimo genus *petulans* et flagitiosum notante Valcken. ibid. p. 88. (*Bergmann.*)

δυστυχεῖς] Ob has ipsas causas, quae modo sunt expositae. Notetur sententia: infelices eos esse judicio Isocratis, qui nugis gaudeant, seriis rebus neglectis. (*Wolf.*) Ὀρθῶς ἐξηγεῖται ὁ Λαγγιος τὸ δυστυχεῖς διὰ τοὺ μωρούς, ἠλιθίους, καὶ οὐχ ὡς οἱ πρὸ αὐτοῦ ἐξεδέξαντο. Ἐσημειωσάμεθα δὲ καὶ ἡμεῖς ἀνωτέρω (σελ. 78.) τὰ συνώνυμα, ἐπὶ τῆς αὐτῆς τεταγμένα ἐννοίας, καὶ δι' ἣν αἰτίαν ἐτέτακτο. Εἴρηκε δέ που (Ὀλυνθ. σελ. 34.) καὶ Δημοσθένης. „Οὐ γάρ οὕτως ἄφρων, οὐδ' ἀτυχὴς τίς εἰμι ἐγώ." τί γὰρ ἀτυχέστερον ἄλλο, ἢ ἐκεῖνο τῆς ψυχῆς τὸ μέρος νοσεῖν, ᾧ τῶν ἀλόγων διενηνόχαμεν; (*Cor.*) Eodem sensu ut videtur, δυστυχία legitur ad Nicocl. 17. b. (*Bergmann.*) Potest etiam conferri ad Callim. 380. ubi orator ἀμαθεστάτους καὶ δυστυχεστάτους conjunxit. (*B.*)

CAP. XIX.

§. 50. Καὶ μηδεὶς οἰέσθω] Occupationis specie transit ad corruptum civitatis statum reprehendendum, collatione adhibita. Excusat autem adolescentes et culpam transfert in magistratus. (*Wolf.*) Εὐφυὲς καὶ γλαφυρὸν παράδειγμα τοῦ πῶς δεῖ νουθετεῖν τοὺς ἀκοσμοῦντας τῶν νέων· χρὴ γὰρ ἀφαιρεῖν ὡς οἷόντε μάλιστα τὸ δριμὺ καὶ δάκνον τῆς παραινέσεως, ἐπαίνῳ τὸν ψύγον συγκεραννύντας, καὶ τῶν δι' ἃ ψέγονται τὰς αἰτίας ἐπ' ἄλλους, ὅπῃ παρείκοι, μεταφέροντας. (*Cor.*)

σύνοιδά τε τοῖς πλείστοις] Ergo bona indole praediti sunt, sed licentia fiunt deteriores. Observetur constructio: σύνοιδα αὐτοῖς ἥκιστα χαίρουσι conscius sum ipsis minime gaudentibus: pro scio ipsos mi-

nime gaudere, σύνοιδα ὅτι ἥκιστα χαίρουσι. (*Wolf.*) Jacobsius Archid. 133. b. conferri jubet. Notes simul, οὔτε-τε hic sibi respondere idque ita, ut altero quid negetur, altero confirmetur, (v. Matth. Gr. Gr. p. 1226.) cf. de Pace 171. Panath. 275. c., Trapez. 363. a. Callim. 378. b. (*B.*)

ἐν ταῖς ἀκολασίαις] Intelligunt igitur petulantiam istam dedecere et turpem esse. Cur ergo non eam cavent? quia scilicet difficile est pugnare cum erroribus et moribus sui saeculi. Sed quo difficilius eo praeclarius. Caeterum consilium Isocratis spectetur, qui fingit adolescentiam odisse flagitia, ut specie laudationis ad eorum odium excitetur. Est igitur locus hic ἐσχηματισμένη παραίνεσις, μᾶλλον δὲ ἀποτροπή, id est, admonitio, ac potius dehortatio, quae laudationis speciem habet, et apud generosa ingenia plus valet, quam apertae cohortationes, et vitiorum reprehensiones: quibus tamen utendum est apud eos maxime, qui vel stupidiores sunt, quam ut hujusmodi castigationes intelligant, vel petulantiores, quam ut pudore et liberalitate ad officium excitentur. (*Wolf.*)

ὥστ'] Sic Bekk., cett. ὥστε. (*B.*)

ἐπιτιμῴην] Recepi cum Bekk. ex Urb. pro vulgato ἐπιτιμῴημεν, praecesserunt enim ἡγοῦμαι et σύνοιδα. Similia vitia nunc sublata sunt Phil. 102. 103. c. de Pace 162. d. Ep. VII, 423. c., nec recte Coraës de Pace 166. ex Codd. quibusdam ὁρῶμεν recepit pro cett. ὁρῶ μὲν, ubi particula potius omittenda, praecedit enim πέπεισμαι, eademque de causa ibid. 166. c. non cum Urb. et Ambr. et vulgata in Antid. λέγωμεν scribendum. Sed Ep. VI, 419. d. probo, quod Bekk. φράζω μὲν pro Urb. φράζωμεν et vulg. φράζομεν scripsit. (*B.*)

πολὺ ἂν] Retinui particulam ἂν, quam Bekk. ex Urb. delevit, quia primum repetitio hujus particulae, qua indicatur, verbum esse repetendum, non offendet, deinde, quia Isocrates post πολὺ hanc particulam addere solet, v. Paneg. 68. de Pace 179. d. Evag. 199. b. Soph. 293. e. 295. d. Plat. 301. c. Antid. 317. c. §. 181. 223. 229. 234. 240. Ep. I, 406. b. Quibus addas Archid. 128. c. Evag. 202. b. et Panath. 272. quibus in locis vulgo ἂν aliter collocant. (*B.*)

§. 51. Ἐκεῖνοι γὰρ ἦσαν] Τὸν Ἐφιάλτην αἰνίττεται, δι' οὗ Περικλῆς τὴν ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴν ἐταπείνωσε (Ἐπιθι τὸν Μεύρσιον, Ἀρ. πάγ. κεφ. θ'.) (*Cor.*) Vid. Plutarchus in Pericle p. 155. e. 157. a. in Cimone p. 485. b. T. II, p. 812. c. Diod. Sic. XI, 77. Aristot. Polit. II, 10. (*Bergmann.*)

οἱ προτρέψαντες] Vulgo legebant οἱ τὴν ἀρχὴν προτρ., quod Wolfius sic explicuit: „adverbialiter pro κατὰ τὴν ἀρχὴν, ἢ ἐν τῇ ἀρχῇ, quod et κατ' ἀρχὰς et τὸ κατ' ἀρχὸς plurali numero dicitur. Nam οἱ διοικήσαντες τὴν πόλιν ipsi fuerunt ἡ ἀρχὴ, id est magistratus." Bergmannus item interpretatur per *primum*, *primi*, coll. Paneg. 66. b. ubi opponitur τῷ ἐπὶ τελευτῆς. Rectius tamen nunc a Bekk. ex Urb. deletum esse videtur, quod unde sit profectum, facile patet. Offenderat enim librarios, quod προτρέπειν absolute dictum erat. Jacobsius supplet. ἑαυτοὺς καὶ τοὺς ἄλλους. V. de ejusmodi additamentis supra annot. p. 149. (*B.*)

καὶ καταλύσαντες] Διαγραπτέος ὁ καὶ, ἵν' ᾖ ὁ νοῦς: οἱ πρῶτοι προτρέψαντες ἐπὶ τὰς ἀκολασίας ταύτας, τουτέστιν οἱ χώραν δόντες ταῖς ἀκολασίαις ταύταις διὰ τὸ καταλῦσαι τὴν τῆς κωλυούσης αὐτὰς βουλῆς τῶν Ἀρειοπαγιτῶν δύναμιν. (*Cor.*) Non opus est. (*Bergmann.*) Miror quod Jacobsius Coraëm secutus καὶ delevit. Saepe enim fit, ut καὶ participia conjungat, quorum alterum rationem reddit alterius v. loca supra de participiis per καὶ conjunctis allata, in quibus plura reperies, quae huc possunt referri. cf. etiam Vig. p. 525. Conjunguntur enim talia ut idem significantia. Sic supra p. 145. legimus: τοὺς σχολὴν ἄγειν δυναμένους καὶ βίον ἱκανὸν κεκτημένους. Otium enim possunt agere, quia satis habent ad laute vivendum. (*B.*)

τὴν τῆς βουλῆς] τῆς ἐξ Ἀρειοπάγου. Fuit enim et alius senatus ἡ τῶν πεντακοσίων. (*Wolf.*)

CAP. XX.

Ἧς ἐπιστατούσης — ἔγεμεν] Initium hujus capitis illustrant, quae de praesentibus malis disputat Isocrates de Pace p. 185. — μηδένα τῶν πολιτῶν — πενομένους. Quae omnia mala deinceps repetuntur a

malevolis oratoribus et demagogis. Vid. etiam p. 184. b. (*Bergmann.*)

δικῶν] Corrupti civitatis status descriptio. δίκαι καὶ ἐγκλήματα conjuncta sunt, sicut αἱ εἰςφοραὶ καὶ ἡ πενία: quorum omnium magna ex parte causa est bellandi temeritas, qua incitati erant illa aetate Athenienses. (*Wolf.*) De multitudine litium, quae Athenis dijudicabantur, vid. Xenoph. de Athen. Rep. p. 699. a. (*Bergmann.*) Orta erat haec multitudo litium eo, quod δικαστικὸν Ol. 88. (III Oboli dabantur judici) et sycophantarum numerus auctus erat, v. Wachsmuth. Antiqu. Gr. I, 2, 156. et quae ibi laudat. Urb. pro δικῶν exhibet δικαίων. (*B.*)

οὐδ' ἐγκλημάτων] οὐδὲ — οὐδὲ (cum Bergmanno) habent Med. Ald. Isingr. Wolfii Ed. maj. Steph. item Cod. LB. Apostrophum admittunt utroque loco Ed. Wolf. min. Batt. (Bekk.), priore Langius et Coraës. (*Bergmann.*)

οὐδ' εἰσφορῶν] Εἰσφοραὶ proprie *collationes pecuniae*, civibus imperabantur, quotiescunque respublica inopia laborabat. Lysias de Niciae bonis publ. p. 10. ed. R.: καὶ ὅταν ἡ πόλις δέηται χρημάτων, ἀπὸ τούτων ὑμῖν εἰσφέρομεν. Frequens earum mentio apud oratores, conjuncta cum λειτουργίαις, τριηραρχίαις, χορηγίαις etc. Isocrates περὶ Ἀντιδ. ed. Orell. p. 80. (§. 155.) se filiumque refert εἰς τοὺς διακοσίους τοὺς εἰσφέροντας καὶ λειτουργοῦντας. Prima autem ejus generis collatio, eaque ducentorum talentorum, facta est tempore belli Peloponnesii ad urgendam Mitylenes obsidionem auctore Thucydide III, 19. Vere igitur h. l. dixit apud majores nullis εἰσφοραῖς opus fuisse, quo ipso suae aetatis homines perstringit. (*Bergmann.*) Vid. inprimis Boeckh. Oec. Pol. II, 3. et sqq. (*B.*)

πενίας] H. e. πενήτων. Vid. cap. XXXVIII. cur autem non essent ea aetate pauperes, ostendit cap. XII. (*Bergmann.*) Wolfius nescio quo in libro legerat πενίο, quod correxit. (*B.*)

ἀλλὰ καὶ πρὸς ἀλλήλους] Veteris reipubl. status. In hac contentione seu collatione observentur αἱ ἀντιθέσεις, id est, contraria membra. (*Wolf.*)

ἡσυχίαν εἶχον] Ex antecedenti πόλις supplendus nominativus οἱ πολῖται. (*Bergmann.*) Urb. pr. verb.

ἡσυχίαν — ἄλλους omittit. Omnino haec prima manus multa, quae abesse posse videntur, omisit, v. Exc. de Cod. Urb. (*B.*)

§. 52. *Παρεῖχον γὰρ — πάσχοιεν*] Spectant tempora bellorum Persicorum. Athenienses tunc fuisse σωτῆρας τῆς Ἑλλάδος, probat Herodotus VII, 139. (*Bergmann.*)

πιστούς] Bifariam intelligi potest primum ἀξιοπίστους ita se gerebant, ut Graeci nullam fraudem, nullam injuriam timerent: deinde consulebant et saluti et dignitati Graecorum. (*Wolf.*) Isocrates ipse pluribus in locis exposuit, quid intelligendum sit v. Paneg. 57. de Pace 174. et sqq. (*B.*)

τοὺς μὲν γὰρ σεσωκότες] Elegans προσαπόδοσις. Historia de profligatis Persis et conservata Graecia copiosius exposita est in Panegyrico. (*Wolf.*)

ὥστ' ἀγαπᾶν] *Contentum esse, satis sibi ducere.* Vid. Sluiterus Lect. Andoc. p. 189. Lysias eo utitur contra Eratosth. p. 121, eodemque sensu adverbio ἀγαπητῶς, pro Mantitheo 107. (*Bergmann.*) Varie struitur ἀγαπᾶν, si significat *contentum* esse, I) cum Accusativo cf. Isocr. Paneg. 69. d. (Ep. II, 408. d.) Dem. Phil. II, 68. 70. In Lysiae Epit. 194. vulgo Dativum, Cod. F. Accusativum exhibet. II) cum Dativo. Lys. Epit. 192. Dem. Olynth. I, 13. III) cum Participio, Aesch. Ctesiph. 58. 76. Isaeus Cir. 73. (Dem.) Halon. 78. Synt. 175. bis. Erot. 1403. Dem. Timocr. 739. Isocr. Panath. 234. c. IV) cum Infinitivo si id, quo est contentus aliquis, non revera ei est, v. Dem. Callicl. 1276. et Isocr. ad Callim. 380. d. ubi Bekk. Coraïs conjecturam τυγχάνων non debebat recipere. (Idem, quod his jam scriptis vidi, sentit etiam Strangius ad Demon. p. 33.) Structurae cum participio respondet, illa cum ὅτι, Dem. Boeot. 1004. (Dem.) Neaer. 1377. Aesch. de m. g. leg. 28.: alteri cum Infinitivo εἰ cum Indicativo Isocr. infra 154. d. Phil. 86. d. Evag. 207. Dem. Mid. 582. Aesch. Ctesiph. 73. 74. (Dem.) Neaer. 1369. Lys. Erat. 121. Or. XXVI, 175. Isaeus Nicostr. 49. et Optativo (Isocr. Aegin. 388. b. Ep. VI, 419. b.) Aesch. Tim. 9. ubi tamen nonnulli Codd. προλάβῃ exhibent, ἐὰν c. Conjunctivo (Isocr. Ep. I, 406.) Lycurg. Leocr. 153.

Dem. Olynth. III, 37. Leoch. 1081. 1089. Lys. Or. XXII, 56. Aesch. Tim. 24. ὥστ' Bekk., cett. ὥστε. (B.)

διὰ ταῦτα] Effectus bene constitutae reipubl. pax, securitas, abundantia rerum omnium. (Wolf.) Περιγραπτέον ἔδοξέ μοι τὸ διὰ ταῦτα· οὐδὲν γὰρ πλέον σημαίνει τοῦ τοιγάρτοι. (Cor.) Non idem est διὰ ταῦτα, quod τοιγάρτοι, sed auditores ad praeclara instituta supra commemorata attentiores reddit. (Jacobs.)

τὰς κατασκευάς] Scripsi cum Bekk. Urbin. auctoritate pro vulgato ἐπισκευάς, quod Coraës ita explicat: τὰ ἔπιπλα καὶ σκεύη, ἅπερ οἴκων λέγει (Γαλλιστὶ les meubles), ὡς ἐξεδέξατο Βαστάζων ὅμως καὶ ὁ πρὸ ἐμοῦ. (Langius.) Ἐχρήσατο δὲ καὶ Δημοσθένης τῇ λέξει. (Aphob. p. 819.) Bergmannus autem hanc Coraïs explicationem probans addit: „Latine dicas, omnia quae moveri possunt, ut ait Nepos in Themist.? Consentit Thucydides, qui habet τὴν κατασκευὴν ἣ κατ' οἶκον ἐχρῶντο. Cf. Pollux IX, 10. sqq." Sensum loci quidem Viri docti recte perspexerunt, ut ἐπισκευαὶ sint quaecunque ad domum instruendam pertinent, quae sunt verba Jacobsii, qui dicit, ἐπισκευάζειν omnino exornare significare. ἐπισκευὰς tamen alibi ita dici, non demonstrarunt. In Demosthene enim instrumenta omnino significantur. Rectius igitur Urb. κατασκευὰς proprium de hac re verbum exhibet. De re vid. Wachsmuth. Ant. Gr. II, 2. (B.)

ἐπὶ τῶν ἀγρῶν] Securitatis indicium in eo cernitur, quod belli tempore, cum agri incursionibus vastabantur, omnia in urbem comportanda erant. Quod semper moleste tulerunt Athenienses, quorum plurimis mos erat in agris habitare; eaque consuetudine valde delectabantur. Exemplum ejus rei praebent tempora Peloponnesii belli de quo egregius est Thucydidis locus, classicus in hac re, II, 14—17, qui morem istum repetit ex antiqua Atticorum degendi ratione per pagos, κατὰ κώμας, quae postea etiam, quum jam Theseus eos dispersos in unam urbem coëgisset, obtinuerit. Cap. 65. doluisse dicuntur οἱ δυνατοὶ καλὰ κτήματα κατὰ τὴν χώραν οἰκοδημίαις τε καὶ πολυτελέσι κατασκευαῖς ἀπολωλεκότες. Similiter post pugnam Chaeronensem decrevit populus παῖδας μὲν καὶ γυναῖκας ἐκ τῶν ἀγρῶν εἰς τὰ τείχη κατακομίζειν, teste Lycurgo adv. Leocr. (cap. VI.)

Aliud exemplum Naxiorum exstat apud Herodotum V, 34. ubi vid. Valcken. Inprimis vero ipsorum Atheniensium factum animadvertatur, quos, quo tempore Philippus ad sacrilegos delendos Phocidem invaderet, etsi paulo ante pace ab eo accepta, attamen omnia ex agris in urbem comportanda decrevisse, referunt Demosth. de Corona p. 238, Aeschines contra Ctesiph. §. 24. ed. Brem, Anonymus in Argumento Orat. Demosth. de falsa legat. p. 338. Quod si enim vera sint, quae de tempore conscripti Areopagitici supra disputavimus, ea res, quae recens acciderat, aptam majorum laude aequales tacite reprehendendi causam Isocrati praebere poterat. Cf. Prolegg. p. 37. (*Bergmann.*)

μηδ' εἰς τὰς ἑορτάς] Magna Graecorum vecordia fuit, si dicere fas est, aut certe vanitas, quam et Romani, excisa Carthagine, imitati sunt, in apparandis magnificentissimis ludis ac spectaculis, cum immensam pecuniam profunderent in res minime necessarias. Unde fiebat, ut ad res necessarias sumptus saepenumero non suppeterent. Eam consuetudinem Isocrates non hic tantum, sed et alibi reprehendit (etsi in Panegyrico certa de causa laudat) Demosthenes item et Cicero II. de Officiis. (*Wolf.*) Xenophon de Rep. Athen. III, 8. narrat, Athenienses bis tantum festorum habuisse, quam ceteros Graecos. V. Boeckh. Oec. Pol. I, 224. et sqq. Cett, praet. Bekk. μηδὲ. (*B.*)

εἰς ἄστυ] Sic Athenae κατ' ἐξοχὴν appellantur, et Terent. Eun. V, 16, 17. An in astu venit, id est, εἰς ἄστυ. Apud Lycurgum est (cap. VI.) τὸ ἄστυ τῆς πόλεως ἑαλωκὸς, idest, ipsam urbem Athenas esse captam. In epigrammate in Euripidem dicuntur τῆς Ἑλλάδος Ἑλλὰς Ἀθῆναι. (*Wolf.*) Cf. Antid. §. 320. ubi de Athenis affert, δικαίως ἂν αὐτὴν ἄστυ τῆς Ἑλλάδος προσαγορεύεσθαι coll. de Big. 352. b. Opponi solet agris v. Callim. 379. b. et 380. d. (*B.*)

ἀλλ' αἱρεῖσθαι] Cett. praet. Bekk. ἀλλὰ αἱρ. (*B.*)

ἐπὶ τοῖς ἰδίοις ἀγαθοῖς] Sic intelligatur, eos re sua familiari frui maluisse, quam spectaculis interesse. Neque tamen negligebatur interim religio. Nam et singula municipia sua sacella, sua sacra habebant, etsi minus splendida. (*Wolf.*) Ἐπὶ τοῖς ἰδίοις κτήμασι, καθὰ καὶ Λυσίας ἐχρήσατο τῇ λέξει. Σουίδας δέ φησιν

„Ἀγαθὰ, ἐπὶ τῶν πρὸς ἀπόλαυσιν καὶ εὐωχίαν σιτίων καὶ ποτῶν ἐχρήσατο Ξενοφῶν τῇ λέξει κ. τ. λ." Καὶ παρὰ μὲν τοῖς ἀρχαίοις οὐ πολὺ τοῦτο· οἱ δὲ κατὰ τοὺς Πτολεμαϊκοὺς χρόνους, καὶ μάλιστα οἱ Ἑβδομήκοντα, κατεχρήσαντο ταύτῃ τοῦ ὀνόματος τῇ σημασίᾳ. Πλείστη δὲ μέχρι δεῦρο καὶ παρ' ἡμῖν ἡ χρῆσις οὐ μόνον τοῦ ἀγαθὰ ἀλλὰ καὶ τοῦ συνωνύμου καλὰ ἐπὶ τῶν κτημάτων. (*Cor.*) V. ad Demon. 3. e. 7. e. Demosth. pr. Cor. 299. Leoch. 1100. Lys. Aristoph. Bon. 154. πολλῶν γὰρ ἀγαθῶν καὶ ἄλλων χρημάτων εὐπορήσειν. (*B.*)

§. 53. Οὐδὲ γὰρ τὰ περὶ τὰς θεωρίας — ἐποίουν.] Θεωρίας fuisse *publica sacrificia*, quae vel jungi, vel opponi soleant ταῖς θυσίαις, notum est. Et his suae aetatis petulantiam insectatur Isocrates gravius vituperatam in oratione de Pace p. 154. e. et seq. Queritur de ἀσελγείᾳ τῶν πατέρων et ἀνοίᾳ eorum, qui temporibus fere captarum Athenarum rempubl. moderabantur; quos eo processisse ait, ut decernerent, quae e sociorum vectigalibus pecuniae superessent, ea per singula talenta in saltationem celebrandis Bacchi sacris esse inferenda (εἰς τὴν ὀρχήστραν τοῖς Διονυσίοις) tum ita pergit p. 175. c. ἐπειδὰν πλῆρες ᾖ τὸ θέατρον καὶ τοῦτ' ἐποίουν, καὶ παρεισῆγον τοὺς παῖδας τῶν ἐν τῷ πολέμῳ τετελευτηκότων· ἀμφοτέροις ἐπιδεικνύντες, τοῖς μὲν συμμάχοις τὰς τιμὰς τῆς οὐσίας αὐτῶν ὑπὸ μισθωτῶν εἰςφερομένας, τοῖς δ' ἄλλοις Ἕλλησι τὸ πλῆθος τῶν ὀρφανῶν καὶ τὰς συμφορὰς, τὰς διὰ τὴν πλεονεξίαν ταύτην γιγνομένας. καὶ ταῦτα δρῶντες αὐτοί τε τὴν πόλιν εὐδαιμόνιζον, καὶ πολλοὶ τῶν νοῦν οὐκ ἐχόντων ἐμακάριζον αὐτήν. Commode porro huc referuntur, quae de θεωρικοῖς χρήμασι, seu pecunia publica inter pauperes distributa, ut, unde, ad spectacula ventitantes, duos obolos solverent, haberent, passim referuntur. Vid. Libanii Argumentum Demosth. Olynth. 1. hujus Oratio περὶ συντάξεως. Harpocr. in voce et Valesius p. 38. Res a Pericle profecta postea Eubuli consiliis magis etiam invaluit. Cf. Ruhnken. Hist. Crit. Or. Gr. p. 66. (*Bergmann.*) Theoriae mittebantur ad ludos Olympiacos, Delphicos, Isthmicos, Nemeos et ad Delon civitasque multos faciebat sumptus ad hanc rem, e. g. in eas quae ad Delon mittebantur, sex seu septem millia drach-

marum solebant impendi v. Boeckh. Pol. Oec. I. 230. qui etiam de theorico ibid. p. 196. conferendus est. (*B.*)

ὧν ἕνεκ' ἄν τις ἦλθεν] Vulgo legebatur: ὧν ἕνεκά τις ἦλθεν, sed jam Wolfius notaverat: „Malim legere ὧν ἕνεκ' ἄν τις ἦλθεν. Nam magnificus ludorum apparatus spectatores allicere solet.“ Secuti sunt Augerus et Coraës, quorum hic ἂν recte necessarium esse dicit, idemque fecerunt Jacobsius et Bergmannus, Bekk. ἂν in Urb. invenit et recepit. Bremius in Apparatu ad Demosth. I, 183. non recte censuit, ἂν hic *saepe* plerumque significare. Sensus potius est: quorum causa forte quis venerit, ἀλλ' οὐκ ἦλθεν. (*B.*)

ἐκ τῶν πομπῶν κ. τ. λ.] Superbiae Atheniensium (ὑπερηφανίας) in illis (ἐν ταῖς πομπαῖς) exemplum est apud Aelianum V. H. VI, 1. (*Bergmann.*) De pompis his apud Athenienses imprimis frequentibus, in quibus singuli splendidissimis vestibus ornati et coronati procedebant ad Deum aliquem colendum et celebrandum v. Wachsmuth. Antiqu. Gr. T. II, p. II, p. 238. (*B.*)

οὐδ' ἐκ τῶν] Sic Bekk., cett. οὐδὲ ἐκ τῶν. (*B.*)

περὶ τὰς χορηγίας] De insano studio τῶν χορηγιῶν egit Spanhemius ad Callimachum p. 363. laudatus Ernesto ad Xenoph. Memor. III, 4. §. 3. Cf. et Casaubonus ad Athenaeum XIV, 8. p. 904. (*Bergmann.*) Saepenumero ad duo vel tria millia drachmarum a singulis in choros instituendos impendebantur, v. quae Wachsmuthius in Antiqu. Gr. T. II, p. I. p. 133. de hac re habet. (*B.*)

φιλονεικιῶν] Contentiones aedilium inter sese de magnificentia apparatus intelligendae sunt, cujus argumenti est Midiana Demosthenis oratio. (*Wolf.*) Choragi in eo praecipue ponebant studium, ut optimos histriones, saltatores, et tibicines alerent, chorumque ipsum splendidissimis vestibus etc. exornarent. (*B.*)

τὴν εὐδαιμονίαν] Philosophi saniores felicitatem in virtute et sapientia collocant. Isocrates autem hic populariter loquens, pacem, tranquillitatem, copiam rerum, honestam disciplinam, quae nec a sapientia, nec a virtute abhorret, in parte felicitatis humanae numerat, non sane male, sed potius commode et prudenter. (*Wolf.*) Socrates ap. Xenoph. Mem. I, 6, 10. disputat,

τὴν εὐδαιμονίαν non esse πολυτέλειαν, sed τὸ μηδενὸς δέεσθαι. (*Bergmann.*)

ὡς ἀληθῶς] Batt. Lang. Cor. ἀληθῶς. (*Bergmann.*) Urbin. ὡς omittit, quod tamen Bekkerus jure retinuisse videtur, quia ab Isocrate ad hoc adverbium addi solet, quod librarios offendit. Vid. Archid. 121. c. ubi Cod. Laur. ὡς omittit, de Pace 163. d. ubi ὡς, quod vulgo non habent, ex Urb. est additum, coll. Antid. §. 294. ubi omnes libri ὡς exhibent, et Panath. 288. ubi recent. man. Urbin. ὡς recte addere videtur. Usurpatur praecipue in affirmationibus, ut sit idem fere quod ὡς δύνατον *quam fieri potest*, quod interdum additur, v. Matth. Gr. Gr. p. 858. et ex Isocr. Panath. 236. c. 239. b. Hinc non solum ad superlativa, sed etiam ad alia quaedam, quae confirmanda sunt additur, veluti ad ἐπὶ τὸ πολὺ ad Nicol. 21. d. Paneg. 72. e. Areop. 141. de Pace 166. b. Panath. 239. 267. d. Antid. §. 197. 290. Aliam ellipsin statuerunt Hoogevenus et Zeunius ad Vigerum p. 568. (*B.*)

φορτικῶς] Ἀλαζονικῶς. Δῆλον δὲ τοῦτο ἐκ τοῦ προηγησαμένου ἀλαζονειῶν, ἄλλως τε καὶ εἰ παραβάλλοιμεν τὸ ἐν τῷ Παναθηναϊκῷ (σελ. 238) „τοῖς εἰκῇ καὶ φορτικῶς καὶ χύδην, ὅ τι ἂν ἐπέλθῃ, λέγουσι" τῷ ἐν τῷ αὐτῷ λόγῳ (σελ. 247. d.) „τοῖς ἀλαζονευομένοις καὶ λέγουσιν ὅ,τι ἂν τύχωσιν." Ἔστι δὲ παρὰ τὸν φόρτον· οἱ γὰρ ἀλαζονευόμενοι πλεῖα τῶν ὄντων προσποιοῦνται, καὶ οἱονεὶ τοῖς οὖσι τὰ μὴ ὄντα φέροντες ἐπιφορτίζουσι. Διὸ φορτικὰ πρὸς τούτοις λέγεται τὰ ὑπὲρ τὸ δέον γελοῖα καὶ ἀγεννῆ σκώμματα, καὶ φορτικὴ κωμῳδία ἡ τοιούτων σκωμμάτων μεστὴ (ἡ παρὰ τοῖς Γάλλοις Farce), ἣν Ἀριστοφάνης ἀποδοκιμάζει, καίπερ πολλάκις καὶ αὐτὸς φορτικῶς κωμικευσάμενος ὀνομάσαις δ' ἂν οἰκείως καὶ φορτικὴν εἰκόνα ἢ γραφὴν, τὴν καλουμένην τοῖς Ἰταλοῖς Caricatura, οὐδὲν οὖσαν ἕτερον ἢ ἐπὶ τὸ αἴσχιστον τοῦ γελοίου χάριν ἐπιτετηδευμένην εἰκόνα. (*Cor.*) Pollux III, 130. h. v. eodem loco ponit cum ἀνυποίστως, δυσοίστως, ἀφορήτως, δυςανέκτως, δυςανασχέτως, δυσφόρως, βαρέως, ἐπαχθῶς. E quibus equidem h. l. duo postrema nostro loco aptissima censeam, atque τὸ φορτικῶς πολιτεύεσθαι de ea reip. administratione intelligam, qua fiat ut in aliorum civium opulentia et abundantia alii paupertate et omnis generis

miseria premantur. Inopiae certe mox mentio fit. Unus Cod. Bav. φροντικῶς, quod, etsi rarum est, tamen, μὴ deleto, melius convenire ait Langius. (*Bergmann.*) φροντικῶς omnino quantum scio, alibi non reperitur, φορτικῶς autem quod hic habemus, importune, id est, eo modo, quo plebs res suas agere solet, significare videtur. Saepius enim de plebe dicitur et cum pauperibus conjungitur, v. Plut. Alcib. 34. — Οἱ φορτικῶς πολιτευόμενοι igitur ii sunt, quorum vita publica multas praebet molestias, nos: laestig. (*B.*)

§. 54. Ἐπεὶ νῦν γε τίς οὐκ ἂν] Reprehensio eorum, quae perperam fiunt in republica. Trajectio verborum sic ordinanda est: τίς τῶν εὖ φρονούντων οὐκ ἂν ἀλγήσειεν ἐπὶ τοῖς νῦν γιγνομένοις. (*Wolf.*) Iacobsius confert Phil. 107. c. ἐπεὶ νῦν γε τίς οὐκ ἂν εἰκότως τὰ συμβεβηκότα θαυμάσειε laudans Vig. p. 399. Cogitetur, inquit, ante haec verba tale quid: quam diversus hic rerum status a praecedenti est." Saepius sic dicitur ἐπεὶ si argumentum novum additur v. ad Nicocl. 23. b. Paneg. 67. d. 69. c. Phil. 111. d. Archid. 125. c. Areop. 147. e. 152. c. Busir. 230. Panath. 250. c. et al. loc. De tempore num ab Isocrate adhibitum sit, dubitari potest, certe Archid. 119. b. Panath. 235. 254. d. nunc ἐπειδὴ legitur, uno tantum in loco de Pace 182. e. omnes libri ἐπεὶ δ' exhibent. (*B.*)

πολλοὺς τῶν πολιτῶν] Vulgo habent: τινὰς τῶν πολ. quod Wolfius sic explicat: Athenis etiam egentissimis quibusque licebat habere conciones et administrare rempublicam, qui cum perturbata repub. bellicis temporibus spem augendae rei familiaris haberent, saepe bella non necessaria, vel corrupti largitionibus, vel exspectatione praedae alicujus movebant. Sed vides ipse, quam contorta haec sit explicatio, ut nonnulli tantummodo sint qui rempublicam administrent. Rectius igitur Bekk. ex Urb. recepit πολλοὺς, quod fortasse librarios offenderat, quia pauperum non tantus numerus fuisse videbatur, sed hoc etiam si esset, tamen πολλοὺς ob sequentia legendum esset. Erant autem Olymp. 114, 2. novem fere millia civium tantum, qui duo millia drachmarum possidebant, ceteri (duodecim millia) hac de causa ab Antipatro civitate privabantur. Vid. Boeckh. Oec. Polit. II, 20. (*B.*)

πρὸ τῶν δικαστηρίων κληρουμένους] Iudices Athenis sorte legebantur, et certam pecuniam, quae *πρυτανεῖον* dicebatur, *καὶ δικαστικόν* accipiebant; quae res instituta fuit ad sublevandam pauperum egestatem. Sed plebecula ea ratione corrupta, neglecto labore honesto, inhiare coepit hujusmodi lucellis, et saepe pecuniam ob rem judicandam accepit, calumniis et criminationibus studuit, denique pessimis quibusque artibus victum quaeritare coepit. *τὸ κληροῦσθαι* potest etiam *μεταφορικῶς* ad sycophantas referri, et ad ancipitem calumniarum aleam: quos in oratione de Pace ait, *ἀπὸ τῶν δικαστηρίων ζῆν καὶ τῶν ἐκκλησιῶν καὶ τῶν ἐκεῖθεν λημμάτων.* (*Wolf.*) *Δέκα ἦσαν Ἀθήνησι δικαστήρια· ἕκαστον δὲ τούτων εἶχεν ἕν τι στοιχεῖον πρὸ τῶν θυρῶν γεγραμμένον πυῤῥῷ βάμματι, τὸ πρῶτον δηλονότι τοῦ ὀνόματος ὃ ἐκαλεῖτο τὸ δικαστήριον. Οἱ τοίνυν κληρούμενοι τῶν ἀστῶν εἰς τὸ δικάζειν· ῥάβδον ἔχουσαν τὸ αὐτὸ στοιχεῖον τοῦ δικαστηρίου, ᾧ ἐκεκλήρωντο, λαμβάνοντες ἐβάδιζον ἐκεῖσε, σύμβολον αὐτὴν φέροντες, καὶ μετὰ τὸ κρῖναι, τὸν δικαστικὸν ἐκομίζοντο μισθόν. Ἦν δ᾽ οὗτος τριώβολον· ἐπὶ δὲ Ἀριστοφάνους, εἴ τῳ πιστὸς ὁ σχολιάσας αὐτὸν, καὶ μέχρι δραχμῆς ἦν λαβεῖν, τουτέστιν ἕξ ὀβολῶν.* (*Cor.*) Tanta illi inopia premebantur rerum maxime necessariarum, ut unde viverent, non haberent, nisi ad causam judicandam sorte electi, in aliquo tribunali, *δικαστηρίῳ*, judicii mercedem, quae erat *τριώβολον*, seu dimidium drachmae accepissent. Majorem lucem affert locus de Pace p. 185. b. ubi omnia mala repetens a pravis oratoribus et demagogis, *πρὸς γὰρ τοῖς ἄλλοις κακοῖς,* inquit, *καὶ τῶν καθ᾽ ἡμέραν ἑκάστην ἀναγκαίων, οὗτοι μάλιστα βούλονται σπανίζειν ὑμᾶς· ὁρῶσι γὰρ τοὺς μὲν ἐκ τῶν ἰδίων δυναμένους τὰ σφέτερ᾽ αὐτῶν διοικεῖν, τῆς πόλεως ὄντας καὶ τῶν τὰ βέλτιστα λεγόντων· τοὺς δ᾽ ἀπὸ τῶν δικαστηρίων ζῶντας καὶ τῶν ἐκκλησιῶν καὶ τῶν ἐντεῦθεν λημμάτων, ὑφ᾽ αὐτοῖς διὰ τὴν ἔνδειαν ἠναγκασμένους εἶναι καὶ πολλὴν χάριν ἔχοντας ταῖς εἰσαγγελίαις, καὶ ταῖς γραφαῖς καὶ ταῖς ἄλλαις συκοφαντίαις, ταῖς δι᾽ αὐτῶν γιγνομέναις κ. τ. λ.* (*Bergmann.*) „Constat inter omnes a Solone ad omnia judicia, iis exceptis, quae *φονικὰ* dicebantur, omnibus civibus Atticis, nullo census et ordinum discrimine, aditum concessum esse, ita ut ex universo civium numero, qui

quidem non minores triginta annorum et fama seu statu integri (ἐπίτιμοι), essent, judices sorte caperentur. Sed e sortitis judicibus alii erant arbitri seu διαιτηταὶ, alii, qui peculiari nomine δικασταὶ, nonnunquam etiam ἡλιασταὶ dicuntur. Porro in eo quoque plerique omnes nunc consentiunt, Heliastarum numerum fuisse sex millium, eosque in singulos annos sorte ductos, deinde autem, quoties causa aliqua in judicium deducenda esset, rursum ex his legitimum numerum, a Thesmothetis eductum esse ad illam causam judicandam. Post annuam judicum sortitionem, quum et universus numerus sortitus et in partes decem distributus erat, tradebantur judicibus tabulae, litterarum notis ab *Α* ad *Κ* distinctae, quas, quum ad quotidianas sortitiones in forum venirent, secum afferrent, ut ex iis cognosci posset et sortitos eos esse in hunc annum Heliastas et cuinam Heliastarum parti adscripti essent. Post hanc sortitionem peractam indicebatur a praecone judicibus, quorum cuique dicasteriorum sortes obvenissent, dabanturque judicibus αἱ βακτηρίαι, seu scipiones, simul ut pro insignibus essent judiciariae potestatis, et ut eorum ope facilius suum quisque dicasterium cujus sortem nactus erat, inveniret, neque alio aberraret. Nam quum dicasteria omnia et coloribus et litterarum notis inter se distinguerentur, iisdem et coloribus et litteris etiam scipiones isti, aliis alii, insigniti erant, ut vel ex his ipsis cognosci posset, in quo quisque dicasterio sedere deberet. Sed quum in decem haud amplius decurias judices sexies mille distribuerentur, singulaeque decuriae viris quingenis constarent, necesse erit, mille superesse, quos illae decuriae non comprehenderent. Arbitror hos reliquorum quasi vicarios fuisse, ad complendam, si opus esset, judiciorum frequentiam. Non raro enim accidere oportebat, ut infrequentiores decuriae in foro adessent, et propter morborum mortisque casus, et propter privata singulorum negotia, et reipublicae denique causa, imprimis propter militiam. Si igitur aliquando integris decuriis aliarum aut dimidiae aut tertiae, aut quantaecunque demum partes assumendae essent, aut si omnino non integrae decuriae, sed minor judicum numerus requireretur, tunc accidere oportebat id, quod Schol. ad Aristoph. Plut. v. 277. dicit, ut, posteaquam suum cuique decuriae dica-

sterium assignatum esset, iterata sortitione ex quibusdam decuriis tot viri caperentur, quot opus essent. Haec sortitio fortasse pro foribus eorum dicasteriorum peragebatur, quae cuique decuriae assignata erant. Nam priorem illam omnium decuriarum sortitionem pro foribus singulorum dicasteriorum fieri non potuisse, quilibet sua sponte intelligit. Mercedis autem judicialis, quam post peractum judicium tesseris istis prolatis accipiebant, dispensatores fuisse Colacretas non ignotum est. Vid. Boeckh. Oec. Pol. I, 187.“ Sic Schoemannus in libello, quem de sortitione judicum scripsit et Gryphiswaldae 1820. 8. edidit, de hac re disseruit. Alii alia protulerunt, v. Wachsmuth, Ant. Gr. T. II, 1, p. 314, n. 77. Jacobsius Aristoph. Plut. 329. laudat. (*B.*)

τῶν δ' ἄλλων τοὺς ἐλαύνειν τὰς ναῦς βουλομένους τρέφειν ἀξιοῦντας] Atheniensium potentia in classe potissimum fuit posita, sicut hodie Venetorum. Praeter autem triremes publicas, etiam locupletiores cives suis sumptibus instruere triremes cogebantur, nec minimum referebat, cujusmodi essent remiges: ut ex multis Demosthenis orationibus colligi potest. Vide Xenophontis Ἀθηναίων πολιτείαν. (*Wolf.*) Vulgo cum legeretur Ἑλλήνων pro ἄλλων, Coraës jam haec disseruit: *Οὐκ ἔῤῥωται τὸ χωρίον· οἱ γὰρ ἐλαύνοντες τὰς ναῦς οὐδένες ἕτεροι ἦσαν ἢ αὐτὸς ὁ δῆμος τῶν Ἀθηναίων, ὡς διαῤῥήδην εἴρηκε Ξενοφῶν (Ἀθην. πολιτ. Α, β), καὶ ὥσπερ αὐτὸς Ἰσοκράτης ἐρεῖ ἀλλαχοῦ (σελ. 168. δ. μστ'). Πῶς οὖν εἰκὸς ἐνταῦθα γοῦν, Ἕλληνας ὀνομάσαι τοὺς ἐλαύνοντας τὰς ναῦς, ἀντιδιεσταλμένους πρὸς τοὺς κληρουμένους πρὸ τῶν δικαστηρίων, Ἕλληνας ὄντας καὶ αὐτούς; Διὸ καὶ γραπτέον οἶμαι, ἄλλων, ἀντὶ τοῦ Ἑλλήνων, ἵνα ᾖ ὁ νοῦς, Τίς οὐκ ἂν λυπηθείη ὁρῶν τινὰς τῶν πολιτῶν Ἀθηναίων, οὕτω πενομένους, ὥστε κληροῦσθαι πρὸ τῶν δικαστηρίων, ἐπ' ἀδήλῳ τῷ ἕξειν τὰ ἀναγκαῖα, ἐὰν λάχωσι κρίνειν ἢ μὴ ἕξειν, ἐὰν ἀπολάχωσι· καὶ ὅμως ἀξιοῦντας τρέφειν, ἤγουν μισθὸν διδόναι τὴν πόλιν, τοῖς ἐκ τῶν ἄλλων πολιτῶν Ἀθηναίων βουλομένοις ἐλαύνειν τὰς ναῦς· τοῦτο γάρ ἐστιν, ὡς ἐρεῖ μετ' ὀλίγα, ἡ περὶ τὴν διοίκησιν ἐναντίωσις. Ὅτι δ' οὐχ ἅπαξ συνέχεαν τὸ ἄλλων μετὰ τοῦ Ἑλλήνων οἱ ἀντιγραφεῖς, μαρτυρεῖ καὶ τὰ ἐν τοῖς πρόσθεν (σελ. 40.) ἡμῖν σημειωθέντα. Εἰ δὲ βούλει πάντως σώζειν τὸ Ἑλλή-*

νων, οὐδὲν ἧττον ἔμοι γε δοκεῖ, μετὰ προςθήκης τῆς τοῦ ἄλλων ἀναγνωστέον εἶναι, τῶν δ' ἄλλων Ἑλλήνων τοὺς ἐλαύνειν τὰς ναῦς βουλομένους κ. τ. λ. καθὰ καὶ ἀλλαχοῦ (σελ. 30, θ', καὶ σελ. 51, κ') εἴρηκε." Bergmannus haec habet? Videntur intelligenda de ξενοτροφίᾳ, de qua classicus est locus de Pace p. 168. d. εἰς τοῦτο δὲ μωρίας ἐληλύθαμεν ὥστ' αὐτοὶ μὲν ἐνδεεῖς ἐσμὲν τῶν ἀναγκαίων, ξενοτροφεῖν δ' ἐπικεχειρήκαμεν. Cff. supra dicta ad cap. IV. p. 132. Et paulo post de re navali loquens: καὶ τότε μὲν (inquit, h. e. majorum tempore) εἰ τριήρεις πληροῖεν, τοὺς μὲν ξένους καὶ τοὺς δούλους ναύτας εἰσεβίβαζον, τοὺς δὲ πολίτας μεθ' ὅπλων ἐξέπεμπον· νῦν δὲ τοῖς μὲν ξένοις ὁπλίταις χρώμεθα, τοὺς δὲ πολίτας ἐλαύνειν ἀναγκάζομεν. Cum tamen ex hoc ipso loco appareat, Isocratis aetate cives Athenienses, quos ridet Aristophanes Equit. 1368, fuisse qui naves impellerent, quod diserte etiam testatur Xenophon de Rep. Ath. I, 2. difficile dictu est, qui nostro loco οἱ Ἕλληνες dici videantur, ἐλαύνειν τὰς ναῦς, praesertim cum οἱ πληρούμενοι, de quibus modo dixerat, etiam Graeci erant. Coraës ea de causa pro Ἑλλήνων legendum suspicatur ἄλλων. Nos de loco difficili statuere non audemus: quamquam fortasse vulgaris lectio explicari potest e loco Panath. p. 256. d. e quo patet genus hominum perditissimorum Athenas confluentium mercede navibus impositum fuisse, qui eas impellerent. Cf. etiam de Pace p. 174. e. Sic nexus esset: aequum censentes alere eos Graecorum (istos enim ἐκ τῆς Ἑλλάδος collectos fuisse, posteriore loco diserte significat) qui velint naves (Atheniensium scilicet) impellere. Sed judicium penes doctiores esto. (*Bergmann.*) Jacobsius dicit, oratoris consilio Ἑλλήνων convenientius esse; ego tamen Coraëm secutus ἄλλων scripsi, primum, quia ἄλλων et Ἑλλήνων tam saepe inter se confunduntur, ut mutatio fere nulla dicenda sit v. Phil. 90. e. 107. d. de Pace 168. b. Busir. 228. b. quibus addas Phil. 94. e. Phil. 95. 98. d. 111. b. Archid. 133. c. de Pace 162. e. 186. c. ubi vulgo ἄλλος ad Ἕλληνες additur, quod additamentum ex permutatione harum vocum originem duxisse videtur. Deinde quia, quod Coraës recte monet, certe τῶν δ' ἄλλων Ἑλλήνων dicendum fuerat, v. Paneg. 55. b. Phil. 97. Areop. 157. d. de Pace 161. d. 176. c. Nam non

hoc orator urget, quod *Graecos*, sed quod *alios* alant, cum ipsi inopia laborent. Denique sane offendit, quod aliis in locis hoc reprehendit in Atheniensibus, cives nunc remigum partes tenere, hic: alienos remiges ali. His rationibus ductus non dubitavi *ἄλλων* recipere. Pro *δὲ* cum Bekk. scripsi *δ'*, quod jam Coraës et Jacobsius habent. (*B.*)

χορεύοντες μὲν] Hoc fiebat in solennibus ludis, cujusmodi fuerunt Panathenaea, Dionysia et id genus alia. (*Wolf.*) *Τοῦθ' ὃ καὶ παρὰ τῷ Δημοσθένει (Πρὸς Βοιωτ. περὶ τοῦ ὀνόμ. σελ. 999.) ὀνειδίζει τις τῷ ἰδίῳ ἀδελφῷ, „Εἰ δὲ δίκην ἀστρατείας φεύγοι, χορεύοι δὲ, ὅταν στρατεύεσθαι δέῃ· καὶ γὰρ νῦν, ὅτε εἰς Ταμύνας παρῆλθον οἱ ἄλλοι, ἐνθάδε τοὺς χόας ἄγων ἀπελείφθη· καὶ τοῖς Διονυσίοις καταμείνας ἐχόρευεν κ. τ. λ.“ Καὶ ὅρα πάλιν ὅτι τὸ ἄλλοι, πρὸς τοὺς στρατευομένους Ἀθηναίους ἀναφερόμενον, ἀντιδιέσταλται πρὸς τοὺς χορεύοντας· ὃ καὶ ἡμεῖς ἐν τῷ προκειμένῳ Ἰσοκράτους χωρίῳ ἀνθυποβλητέον εἶναι ἔφαμεν τῷ Ἕλληνας.* (*Cor.*) Qui saltabant, non suis sumptibus sed *τῶν χορηγῶν*, per totum illud disciplinae tempus, quo erudiebantur chori ad festa et vestiebantur et nutriebantur, ut facile fieri posset, si *χορηγίαι* magnifice agerentur, ut, cum eo tempore splendidis auroque ornatis vestibus saltassent, eo exacto ipsi pauperes nec tantis sumptibus pares hiemem sordido vestitu transigere cogerentur. Wolfius *πομπεύοντας* vel legit, vel minus recte scripsit in Annotat. (*Bergmann.*)

ἱματίοις] Hoc pro *ἡματίοις* se restituisse ait Wolfius. (*Bergmann.*)

χειμάζοντας δ'] Xenophon in libello, quem modo citavi (de rep. Athen.) Atheniensem plebem vilitate vestitus servis scribit fuisse similem. Intelligantur igitur aut sordidae aut lacerae vestes, aut balnea, in quibus frigoris injuriam propulsare studuerint, cum non haberent, unde focum domi accenderent. Cogitare illi debebant Plauticum illud: Si quid festo die prodegeris, pro festo egere licebit. (*Wolf.*) Cett. praet. Cor. Jacobs. et Bekk. *δὲ*, non *δ'*. (*B.*)

ἐν τοιούτοις, ἐν οἷς] Vulgo *ἐν τούτοις, ἐν οἷς*, quod jam Wolfium offenderat, qui dicit: *τὸ ἐν τούτοις* videtur ex margine irrepsisse in contextum.

Nam Graeci in hoc loquendi genere antecedens plerumque dissimulant. Assensit Coraës qui haec habet: γράφε, ὡς ὀρθῶς εἴκασεν ὁ Οὐόλφιος, χειμάζοντας δ' ἐν οἷς οὐ βούλομαι λέγειν, περιελὼν τὰς δύο λέξεις, ἐν τούτοις, ἃς εἰκὸς ὑπό τινος προστεθεῖναι, ἕνεκα τοῦ πληρῶσαι τὴν πᾶσι τοῖς δοκίμοις συνήθη ἔλλειψιν. Ἃ δὲ, ἐντέχνως τὸν λόγον δεινῶσαι βουλόμενος, ἀποσιωπᾷ ὁ Ῥήτωρ, περὶ ὧν ἐφόρουν ἱματίων χειμῶνος ὁ δῆμος τῶν Ἀθηναίων, ὑπονοεῖν παρέχει, ὅτι ῥάκεσιν οὐχ ἱματίοις ἦσαν ἠμφιεσμένοι. Δηλοῖ δὲ τοῦτο καὶ Ξενοφῶν (Ἀθην. πολιτ. Α, ι') λέγων, „Ἐσθῆτά τε γὰρ οὐδὲν βελτίων ὁ δῆμος αὐτόθι, ἢ οἱ δοῦλοι καὶ οἱ μέτοικοι, καὶ τὰ εἴδη οὐδὲν βελτίους εἰσίν." Οἱ πολλοὶ δ' αὐτῶν καὶ γυμνοὶ, ὡς εἰπεῖν, διῆγον, καὶ ἐν βαλανείοις ἐκάθευδον, διὰ τὸ ψῦχος· ὅθεν καὶ φλυκταινῶν ἐπληροῦντο τὰ σκέλη διὰ τὴν ἐκ τοῦ πυρὸς ἐπίκαυσιν (Ἰδ. Σχολ. Ἀριστοφ. Πλοῦτ. 535.) καὶ ἦσαν ἀτεχνῶς ὅμοιοι τοῖς παρὰ τοῖς Νεαπολίταις τὰ νῦν καλουμένοις Λαζαρόνοις (Lazzaroni). (*Cor.*) In illis ἐν οἷς οὐ βούλομαι λέγειν, elegans est euphemismus cui similis ap. Demosth. Ol. II, p. 23. c. 19. (*Bergmann.*) Jacobsius Wolfium et Coraëm secutus ἐν τούτοις delevit, similemque euphemismum attulit ex orat. de Pace 167. τοιαῦτ' ἐξαμαρτάνειν, περὶ ὧν ἀπορῶ, τί ποιήσω. Uti autem hoc in loco, sic in nostro quoque τοιούτοις scriptum idque a Bekk. recte ex Urbin. pro τούτοις hic est receptum. (*B.*)

ἄλλας ἐναντιώσεις] Contraria sunt, id est, indecora et minime consentanea, non habere, unde ipse vivas, et autorem esse alendi peregrini militis. Cur non potius autor fuisti alendi tui? Festa aureo ornatu celebrare: hyeme pannosum et lacerum aut rigere frigore, aut ad balnea confugere. Haec dedecori sunt reipub. cui qui praesunt, eos non tantum viros bonos et prudentes, sed etiam re lauta esse decet, ne vel inopia impulsi prodant rempubl. vel turpem quaestum faciant, vel sordibus suis imminuant dignitatem civitatis, quae tuenda est magistratui non minus, quam defendenda salus. (*Wolf.*)

τὴν διοίκησιν] Vulgo legunt τὴν τοιαύτην διοίκησιν, quod tamen frequenti repetitione vocis τοιου-

τος, molesti quid habet. Rectius igitur nunc a Bekk. ex Urbin. est deletum. (*B.*)

τῇ πόλει περιποιοῦσιν] Sic scripsi pro vulgato: περιποιοῦσι τῇ πόλει, quod ob sequens: Ὧν, non recte se habet. Urbin. exhibet eundem quidem, quem dedi verborum ordinem, sed pro περιποιοῦσιν, simplex ποιοῦσιν, quem Bekker. secutus scripsit τῇ πόλει ποιοῦσιν. Retinui autem compositum memor loci in Antid. §. 322. μεγάλην αἰσχύνην τῇ πόλει περιποιοῦντας, ubi Laur. etiam ποιοῦντας exhibet. Omnino enim praepositio haec ad verba addi solet, si de pudore sermo est, quia sensus tum est, vultum et faciem rubore fuisse circumfusam. Sic περιβάλλειν τινά dicitur αἰσχύνῃ Archid. 118. b. 123. c. 138. c. et περιπίπτειν Panath. 263. b. (*B.*)

CAP. XXI.

§. 55. Ὧν οὐδὲν ἦν ἐπ' ἐκείνης τῆς βουλῆς] Repetit quasi per epilogum ea, quae supra dicta sunt de consociatione et disciplina civium, quo magis animis infigantur. (*Wolf.*) Vitio quodam apud Wolfium in annot. μηδὲν pro οὐδὲν est scriptum. Jacobsius explicat ἐπὶ ita, ut sit: cum Areopagus sua gauderet auctoritate coll. Vig. p. 616. (*B.*)

ταῖς ἐργασίαις] Ceteri praeter Urbinatem libri exhibent εὐεργεσίαις, quod jam Wolfium offenderat, qui tamen verum non vidit. Haec enim habet: Puto verba sic ordinanda, ταῖς εὐεργεσίαις καὶ ταῖς ὠφελείαις ταῖς παρὰ τῶν ἐχόντων; id est, τῶν πλουσίων, τῶν κεκτημένων τὰς οὐσίας. Curabat ille senatus, ut divites bene facerent, et commodarent pauperibus, quo eorum inopia sublevaretur. Quod si quis ταῖς εὐεργεσίαις sic accipere vult, ut sentiat, senatum benefecisse pauperibus, id est, aliquid e publico largitum esse, non obsto. Sed tamen minus convenire videtur cum historia, praetereaque illa ratio exhausisset aerarium, id quod Demosthenes περὶ τῶν θεωρικῶν χρημάτων conqueritur." Rectius Coraës versatus est in hoc loco emendando scribens: Ἐτόλμησα τρέψαι τὸ εὐεργεσίαις, οὐκ ἀναγκαῖον ὂν διὰ τὸ προςεχὲς ὠφελείαις, εἰς τὸ ἐργασίαις, διὰ τὸ τῇ αὐτῇ καὶ ἀνωτέρω (ιβ') χρήσασθαι λέξει, ἐν οἷς ἔλεγε περὶ τῶν πλουσίων, ὅτι „ὑπολαμβάνοντες αἰσχύνην αὐ-

τοῖς εἶναι τὴν τῶν πολιτῶν ἀπορίαν, ἐπήμυνον ταῖς ἐνδείαις...... εἰς τὰς ἄλλας ἐργασίας ἀφορμὴν παρέχοντες." Ἐσημειώθη δὲ καὶ ἐν τοῖς πρόσθεν (σελ. 34.) ἡ τῶν δύο τούτων λέξεων σύγχυσις. Quae Bergmannus jure probavit haec ad conjecturam confirmandam addens: „Cf. supra cap. XII. ubi facta mentio ἀφορμῆς, a divitibus pauperibus datae εἰς τὰς ἐργασίας, confirmat Coraïs conjecturam, quae et mihi aliquando in mentem venerat, pro εὐεργεσίαις legendum esse ἐργασίαις, quippe qua tollitur tautologia, et quae hic dicuntur ὠφέλειαι, respondent τῇ ἀφορμῇ ibi memoratae. Saepius ista duo confunduntur. Langius in Paneg. cap. VI. in fine suae Edit. p. 60. Steph. p. 40. c. etsi in textu reliquerit εὐεργεσίας, in nota tamen probavit Retbergii, cujus in fine Praefat. p. 49. mentionem fecerat, conjecturam ἐργασίας. Cf. idem in Add. p. 34. Aliter Morus eo loco spuria judicaverat verba: καὶ τὰς ὠφελείας τὰς δι' αὐτῶν γιγνομένας. In Ep. ad Timoth. ed. St. p. 421. e. eodem sensu, ac nostro loco, nunc legitur ἐργασίας, quod ibi pro εὐεργεσίας e Cod. Ms. restituit Matthaeus, probantibus Langio p. 746. et Coraë Annot. p. 314. in fin. Et sic etiam occurrit in Orat. ad Nicocl. p. 18. c." Uti hic, sic etiam Paneg. 46. c. et uti videtur Ep. VII, 421. e. Bekk. h. v. ex Urbin. recepit. (*B.*)

παρὰ τῶν ἐχόντων] Notatu dignum est, τοὺς ἔχοντας h. l. uti et infra c. XXXVIII, simpliciter positum significare *divites*. Supra cap. XII. dixerat οἱ τὰς οὐσίας ἔχοντες. Qua de re haec sunt verba Cl. Ruhnkenii in Scholis MS. in Xenoph. Mem. I, 2, 45: „Οἱ τὰ χρήματα ἔχοντες sunt *divites*, sed saepe supprimitur nomen χρήματα, et οἱ ἔχοντες simpliciter sunt *opulenti* et *fortunati*. Euripides apud Stobaeum p. 53:

κακὸς ὁ μὴ 'χων, οἱ δ' ἔχοντες ὄλβιοι.

Hugo Grotius vertit:

Dites beati, pauperum infelix genus. Vide Kusterum ad Aristoph. Plut. v. 596. Latini etiam hoc imitati sunt. Lactantius Div. Instit. V, 8: *ut habentium pia collatio non habentibus subveniret.*" Addantur Eurip. Alcest. 58. Aristot. Rhet. II, 16, 4. Virgil. Georg. II, 499. et vid. quoque Marcklandus ad Lysiam p. 576. Wetsten in N. T. V. I, p. 400. Graevius ad Cicer. ad Div. VII, 29. Valcken. ad Herod. VI, 22. (*Bergmann.*)

Jacobsius ex Archid. p. 130. affert locum: οἱ καταδεέστερον πράττοντες, οὐδ' ἂν εὑρεῖν δέξαιντο μᾶλλον, ἢ τὰ τῶν ἐχόντων ἀφελέσθαι coll. Viger. 256, not. (*B.*)

ὠφελείαις] Retinui vulgatam pro Bekkeri ex Urbin. recepta lectione *ὠφελίαις*. Recte enim jam apud Bremium in Isocr. Ed. p. 198. legis: nusquam apud Isocratem *ὠφελία* sine lectionis varietate reperitur, e contrario plerisque in locis in forma *ὠφελεία* omnes libri consentiunt; quod ibi singulis allatis locis affirmatur. Non dubitavi igitur vulgatam retinere, id quod etiam in ceteris locis faciendum esse puto, ubi Urbin. *ὠφελία* praebet. Dindorfius ubique *ὠφελία* scripsit. In Demosthene et *ὠφελία* et *ὠφελεία* scriptum est. (*B.*)

τοὺς δὲ νεωτέρους] Vid. supra cap. XVII. (*Bergmann.*)

ταῖς αὐτῶν ἐπιμελείαις] *Τῷ ἐπιμελεῖσθαι αὐτῶν, ἐπιμελουμένῃ αὐτῶν.* (*Wolf.*)

τοὺς δὲ πολιτευομένους] *Ἐκείνους δηλονότι τῶν πολιτευομένων, οἵπερ ἐνόμιζον τὴν τῶν κοινῶν ἐπιμέλειαν (θ'), ἐμπορίαν καὶ οὐ λειτουργίαν, εἴ τινες ἄρα καὶ τοιοῦτοι ὑπῆρχον.* (*Cor.*) Rectius Jacobsius omnino cives eosque inprimis, qui aetate virili gaudebant, intelligit. Bergmannus conferri jubet cap. IX. et XVIII. (*B.*)

καὶ τῷ μὴ λανθάνειν τοὺς ἀδικοῦντας] *Γραπτέον οἶμαι καὶ τῷ μὴ λανθάνειν αὐτοὺς ἀδικοῦντας, ἀναφέροντας τὸ αὐτοὺς ἢ εἰς τὸ πολιτευομένους, ἢ κατὰ μετάβασιν εἰς τοὺς Ἀρεοπαγίτας· οὐδὲν γὰρ διαφέρει.* (*Cor.*) Causam non video, cur vulgata mutanda sit. (*B.*)

τοὺς δὲ πρεσβυτέρους] Cff. c. IX et XVIII. Xenoph. Mem. II, 1, 33: *οἱ γεραίτεροι ταῖς τῶν νέων τιμαῖς ἀγάλλονται.* (*Bergmann.*)

τῶν ἀθυμιῶν] Sic Bekk. ex Urb. edidit, vulgo minus recte *ῥαθυμιῶν* exhibent.

ταῖς τιμαῖς ταῖς πολιτικαῖς] Publicas administrationes et magistratus intelligo. Honoribus enim excitantur languentes animi, et a socordia et ignavo otio avocantur. (*Wolf.*) Ald. articulum ante *πολιτικαῖς* omittit, qui tamen abesse non potest, opponuntur enim honores civitatis totius et juvenum, v. Matth. Gr. Gr. §. 274. (*B.*)

τῶν νεωτέρων] Med. LB. τῶν νέων. (*Bergmann.*)

θεραπείαις] De observantia seniorum, copiose agit Cicero in dialogo de senectute. Nostra autem aetate quae sit adolescentiae vel rusticitas in non honorandis, vel superbia in contemnendis senibus, nemo non videt. (*Wolf.*)

καίτοι πῶς] Ἐπιφώνημα ἐπιλογικόν. (*Wolf.*)

τῶν πραγμ. ἐπιμεληθείσης] Isocr. ad Phil. 90. ὅπερ οἶμαι καὶ ταύτας ποιήσειν, ἢν μὴ σὺ πρότερον αὐτῶν ἐπιμεληθῇς. Xenoph. Mem. I, 4, 13. οὐκ ἤρκεσε τῷ θεῷ τοῦ σώματος ἐπιμεληθῆναι. (*Jacobs.*) Addere potes Nicocl. 33. b. Paneg. 48. b. 52. c. 62. Panath. 256. b. v. Buttm. Gr. Gr. maj. I, 369. not. (*B.*)

CAP. XXII.

§. 56. Περὶ μὲν οὖν] Καὶ περὶ μὲν οὖν Med. Cod. Coll. N. ap. Batt. Isingr. Cod. LB. item Wolf. et Edd. Basil. et Hag. ap. Lang. qui recepit. Contra recte docet Coraës vel legendum esse καὶ περὶ μὲν sine οὖν (uti Cod. Fug. Ald. Cor. Batt. et Bergmannus habent. *B.*) vel περὶ μὲν οὖν, sine καὶ, ut habet unus Cod. ap. Auger. (et Urb. unde cum Bekker. recepi. *B.*) et Isocrates infra init. cap. XXXIV. loquitur. Fortasse duplex lectio in unam confluxit, cujus rei exempla vid. apud Cl. Wyttenbachium Ann. ad Sel. Pr. Hist. p. 374, 405, 414, 431, 432. παρὰ Bavar. ap. Lang. (*Bergmann.*)

τῶν τότε καθεστώτων] Retinui vulgatam τότε, pro qua Bekk. ex Urb. ποτὲ dedit. Putavi enim de illo tantummodo tempore sermonem esse, quo Areopagitae auctoritate summa fruebantur, ἐπ' ἐκείνης τῆς βουλῆς, uti supra dixit. Cod. Fug. ap. Wolf. Praefat. ad Cast. p. 806, 22. τῶν οὕτω καθεστηκότων exhibet. (*B.*)

ὅσα δὲ παραλελοίπαμεν] Sequuntur duae occupationes: una, ne quid dictu necessarium praetermisisse videatur: altera, ne rerum novarum studiosus habeatur: in qua modesta est accusatio verbis, re ipsa vero gravissima, socordiae magistratuum. Solerter etiam aliena persona introducta est, quae et Isocratis sententiam probet, et periculum ab auditoribus denuntiet. (*Wolf.*)

CAP. XXIII.

Ἤδη δέ τινες ἀκούσαντές μου, κ. τ. λ.] Alios h. l. loquentes inducit Isocrates se et laudantes et difficultatem quamdam sibi objicientes, quibus ipse deinde respondet. Eadem arte saepius utitur, in Paneg. 61. d. ad Phil. 85. e. et sq. Panath. 275. 281. c. sqq. De Permut. Ed. Novae p. 78—81. (§. 149—160.) ubi notavit Orellius p. 260. (*Bergmann.*)

διεξιόντος] Recepi cum Bekk. ex Urb. pro vulgato: ἐπεξιόντος, quod Isocrates hoc sensu dicere non solet, διεξιέναι autem libenter utitur, si de rebus singulis a se aut aliis perlustratis loquitur struitque aut cum Accusativo, uti hic et Phil. 102. Archid. 124. c. (Med. διεξέλθοιμι habet) de Pace 183. b. 185. Panath. 245. d. 260. d. 261. 264. e. 269. e. 271. 277. 281. 284. b. 285. e. Soph. 265. b. Antid. 312. d. §. 67. 152. 191. 321. Ep. I, 405. IX, §. 5. aut cum praepos. περὶ et Genitivo, Phil. 83. 84. b. ubi vulgo ἕκαστα inserunt, de Pace 173. b. Panath. 243. e. 287. b. aut cum ὡς sequ. Indicat. Paneg. 69. de Pace 172. d. Helen. 208. Antid. §. 96., aut *absolute* ponit, ad Nicocl. 15. d. Phil. 99. Panath. 275. (*B.*)

ἐπήνεσαν μὲν] Ἐπαινεῖν et μακαρίζειν distinguit Isocrates. Veteres illud ad fortunam, hoc ad virtutem referunt. Vid. Cl. Wyttenbachius Bibl. Crit. P. IX, p. 54 sq. ubi typographi errore hicce locus ex *Archidamo*, non ex *Areopagitico* laudatur. (*Bergmann.*) Vulgo legunt: ἐπήνεσάν με, quod tamen vel propter hiatum ferri non potest, Bekk. igitur ex Urbin. μὲν pro με recepit, quod etiam propter sequ. οὐ μὴν desideratur. Ἐπαινεῖν autem absolute dictum reperies etiam Panath. 275. b. ἐδυσχέρανε μὲν ἐπ' οὐδενὶ τῶν γεγραμμένων, ἐπήνεσε δ' ὡς δυνατὸν μάλιστα, καὶ διελέχθη, quod ad ea referes loca, de quibus Bergmannus supra locutus est. Participium οἱ ἐπαινοῦντες non addito accusativo legitur Phil. 84. d. Busir. 228. Ἐπήνεσαν hic non ad sequ. τοὺς προγόνους referendum esse collocatio verborum ostendit. (*B.*)

ὅτι] Med. Ald. Codd. LB. et Coraïs. ὅτε Isingr. aliique (Hagan. Basil.) ante Wolf., qui illud restituit. (*Bergmann.*)

διώκουν] Vitiose Ald. διώκοι. (*Bergmann.*)

§. 57. Οὐ μὴν ὑμᾶς γ'] Bekk. ex Urb. scripsit γε, quod ego in γ' mutavi, vulgo h. partic. omittunt, v. supra p. 112 et 113. (*B.*)

καθεστῶσι] Sic dedi ex conjectura, v. supra p. 88. (*B.*)

ἐμοὶ] Hoc cum Bekk. ex Urbin. recepi pro vulgato μοι, cum momentum quoddam inesse videatur: *mihi adeo periculum imminere.* (*B.*)

μισόδημος] Gravissimum Athenis, et quasi laesae majestatis crimen fuit, si quis plebis auctoritatem imminutam vellet. Auctoritatem autem interpretabantur quidvis agendi licentiam. Ei crimini occurrit hic Isocrates, et sycophantis in deteriorem partem omnia rapientibus, calumniandi occasionem adimit. In Pluto Aristophanes (v. 949) exclamat:

ὅτι καταλύει περιφανῶς, εἷς ὢν μόνος,
τὴν δημοκρατίαν, οὔτε τὴν βουλὴν πιθὼν,
τὴν τῶν πολιτῶν, οὔτε τὴν ἐκκλησίαν.

(*Wolf.*)

CAP. XXIV.

§. 58. Ἐγὼ δ' εἰ μὲν περὶ πραγμάτων] Distinctione crimen diluit, sumpta a forma, seu modo agendi: qui, inquit, res novas moliuntur, occulte atque insidiose rem gerunt. Ego vero et aperte ago, et non novam rempublicam suadeo, sed veterem revocandam esse censeo. (*Wolf.*) Bergmannus πραγμάτων πέρι cum Med. Ald. (Hagan.) Isingr. (Basil.) Steph. habet; haec addens: Minus recte Wolf. Batt. Lang. Cor. accentum in ultima ponere videntur περὶ. Cff. quae de anastrophe disputat Hermannus de Emend. Rat. Gr. Gram. Cap. XXI. Nisi praestat legere περὶ πραγμ. quod placuit Coraï (sic disserenti: καίπερ οὕτως πραγμ. περὶ, ἐχούσης τῆς γραφῆς ἐν ἅπασι, γραπτέον οἶμαι περὶ πραγμάτων ἀγνοουμένων· πλὴν γὰρ ἐν τούτῳ τῷ χωρίῳ οὐδαμοῦ τὴν πρόθεσιν ἀναστρέφει Ἰσοκράτης, ὃ φιλεῖ μάλιστα ποιεῖν ὁ Πλάτων) vel et πραγμάτων tanquam glossam, e textu ejicere, ut voluit Orellius ad Orat. περὶ τῆς ἀντιδ. p. 220." Quod Coraës recte conjecerat, Bekkerus ex Urb. recepit. (*B.*)

μὴ κοινῶν] Recepi cum Bekkero ex Urbin. pro vulgato: *καινῶν*. V. quae supra p. 183. de hac voce monuimus. (*B.*)

συνέδρους ἢ συγγραφέας] Cod. Fug. *καὶ συγγραφέας*. *Συνεδρεύειν* Hesychius exponit *συνέρχεσθαι, εἰς βουλὴν συνάγεσθαι, σύνεδροι*, *consessores*, *assessores*, delecti aliqui, corrigendae reipublicae causa. *Συγγραφεὺς* alias est *historicus*, et *συγγραφὴ historia*, item *syngrapha*. Sed hoc loco *συγγραφεῖς* intelligantur ii, qui decreta a secreto consilio in monimenta litterarum referant, et confirment, quo minus mutari possint. De abrogato statu populari per assessores et scribas, Pisandro et Antiphonte autoribus, consulatur extremus liber Thucydidis, qui copiose hanc historiam exequitur. (*Wolf.*) Thucidides in libro suae historiae ultimo de status Atheniensium popularis abrogatione verba faciens inter alia ait (cap. 67.): *ἐν τούτῳ οὖν τῷ καιρῷ οἱ περὶ τὸν Πείσανδρον ἐλθόντες εὐθὺς τῶν λοιπῶν εἴχοντο. καὶ πρῶτον μὲν τὸν δῆμον ξυλλέξαντες εἶπον γνώμην δέκα ἄνδρας ἑλέσθαι ξυγγραφέας αὐτοκράτορας, τούτους δὲ ξυγγράψαντας γνώμην ἐξενεγκεῖν ἐς τὸν δῆμον ἐς ἡμέραν ῥητὴν, καὶ ὅ, τι ἄριστα ἡ πόλις οἰκήσεται.* Eos autem electos *συγγραφεῖς* tricenos fuisse Androtionem et Philochorum in Atthide testari narrat Harpocration. (*Batt.*) Illustranda haec sunt ex historia conversionis Athenarum tempore Quadringentorum: quam refert Thucidides VIII, et ex eo Harpocration v. *συγγραφεῖς*. Referunt quoque Diod. Sic. XIII, 36. Justinus V, 3. Taylorus in vita Lysiae Or. Gr. Vol. VI. p. 115. Ruhnkenius Diss. de Antiphonte C. II. Opusc. p. 235—240. Summa rei haec est: „Alcibiades exsul reditum in patriam sibi parare studebat. Eo consilio agit cum Atheniensium ducibus, qui cum classe apud Samum commorabantur, iisque multa pollicitus significat velle se in patriam redire, ea conditione ut populare imperium in oligarchiam convertatur; cujus cum et ipsi cupidi essent, quamquam primum repugnante Phrynicho, legatus mittitur Athenas cum aliis Pisander, qui rem cum populo communicet. Quo simul ac pervenisset populumque edocuisset, in uno Alcibiadis reditu positam esse salutem civitatis, populi decreto eligitur cum novem collegis ad rem peragendam. Decem illi Athenis profecti ad Tissaphernem et Alcibiadem,

postquam frustra cum iis egissent, Samum se conferunt: et cum Atheniensium ducibus ibi degentibus ipsi, nulla amplius Alcibiadis ratione habita, consilium capiunt paucorum imperii constituendi. Mox decem eo consilio dimittuntur, quinque ad insulas et subjectas civitates, quinque in quibus Pisander, Athenas. Hi rem jam fere a sociis peractam, et popularem reip. formam dissolutam reperiunt. Hac rerum conditione statim reliqua perficere aggrediuntur. Primum, convocata populi concione, sententiam dicunt: *δέκα ἄνδρας ἑλέσθαι ξυγγραφέας αὐτοκράτορας· τούτους δὲ ξυγγράψαντας γνώμην εἰςενεγκεῖν ἐς τὸν δῆμον ἐς ἡμέραν ῥητὴν, καθ' ὅ, τι ἄριστα ἡ πόλις οἰκήσεται.* Postea, ubi dies ille advenisset, iterum convocata concione, nihil aliud in medium referunt isti *συγγραφεῖς*, quam *licere unicuique civi, quam velit, sententiam dicere.* Tum palam omnes sententiam dicunt, veteres magistratus esse abrogandos eorumque loco eligendos quinque viros, dictos *προέδρους*, hos centum eligere, et horum centum unum quemque sibi tres alios adsciscere; omnes, quadringentos numero, curiam (*τὸ βουλευτήριον*) ingressos, *ἄρχειν ὅπῃ ἂν ἄριστα γινώσκωσιν αὐτοκράτορας.*" Vid. Thucydides VIII, 47—49, 53, 54, 56, 63—68. Constituti sunt isti CCCC. septimo anno ante XXX. tyrannos et per IV. menses reipublicae praefuerunt, docente Wesselingio ad Simsonis Chron. p. 777. Jam nulla alia difficultas superest, quam quod Isocrates memoret *συνέδρους ἢ συγγραφέας*, Thucydides nullam *συνέδρων* mentionem facere videatur. Thucydideis repugnant quae addit iis Harpocr. *ἦσαν δὲ οἱ μὲν πάντες συγγραφεῖς τριάκοντα οἱ τότε αἱρεθέντες καθά φησιν Ἀνδροτίων τε καὶ ὁ Φιλόχορος, ἑκάτερος ἐν τῇ Ἀτθίδι·* quare ipse subjicit: *ὁ δὲ Θουκυδίδης τῶν δέκα ἐμνημόνευσε μόνον τῶν προβούλων. Προβούλους* nunc vocat, quos Thucydides *ξυγγραφεῖς* dixit; et revera non alii erant quam *πρόβουλοι*, quippe nulla decernendi auctoritate praediti, tantummodo quoddam, ut ita dicam, *προβούλευμα* de civitate ordinanda ad populum referre debebant. Valesius p. 71. Harpocrationem confundere docet *ξυγγραφεῖς*, quorum meminit Thucydides, qui priores ante CCCC. electi sunt, cum XXX. illis *συγγραφεῦσι*, quorum meminisse Androtionem dicit aliosque: nam XXX. illos *συγγραφεῖς* eos esse, qui postea

XXX tyranni evaserint, cumque ξυγγραφεῖς τῶν νόμων electi essent, nullam tamen legem tulerint, teste Xenophonte L. II. Porro Etymologi errorem notat, tradentis eosdem decem συγγραφεῖς dictos etiam fuisse καταλογεῖς, laudato Suida in καταλόγεις. Quod si ita sit, cum eo erravit, qui eadem fere habet, Grammaticus Bekkeri V. I. p. 301. et 270. Sed, quod majoris momenti est, e Suida et aliunde ostendit, decem illis alios additos esse XX προβούλους, quorum qui fiat ut nulla apud Thucydidem mentio reperiatur, equidem statuere non possum: sed hinc forte ista apud Harpocrat. προβούλων appellatio repetenda. Quidquid hujus sit, non multum ex his omnibus profecimus ad intelligendum, quinam fuerint isti σύνεδροι Isocratis. Neque enim hac appellatione designari aut eos, quos Thucydides προέδρους, aut quos Suidas aliique προβούλους memorant, verisimile est: apud Isocratem vero συνέδρους in προέδρους mutare, temerarium sit. D'Arnaud de Diis Paredris c. VIII. p. 41. suspicatur Isocratem scripsisse συνέδρους ι' συγγραφέας, *decem scribas collegas*. Sagaciter quidem ille et ingeniose. Sed si teneatur ista *collegae* notio, uti omnino tenendam esse ipsa vocabuli vis et usus docent: sic enim Demosth. de Coron. p. 297. ed. Tauchn. συνέδρους τῶν Ἀμφικτυόνων dixit; et sic vocabantur qui a sociis legati cum Atheniensibus de re communi deliberabant, ap. Isocr. de Pace p. 165. a. quo pertinet glossa Grammatici Bekkeriani V. I. p. 302.: Σύνεδροι· οἱ ἀπὸ τῶν συμμάχων μετὰ τῶν Ἀθηναίων βουλευόμενοι περὶ τῶν πραγμάτων, si igitur teneatur ista *collegae* significatio, equidem sine ulla mutatione Isocratem explicari posse puto, quem non crediderim id sibi proposuisse, ut historicorum diligentia *decem scribarum* mentionem faceret. Videtur utroque vocabulo unos eosdemque significasse: primum scripsisse συνέδρους, *collegas*; quod cum esset vagum nec satis definitum, quo melius sua mens intelligeretur, addidit ἢ συγγραφέας, ut ipsa horum collegarum *appellatione* addita, nulla dubitandi causa relinqueretur. Ab Isocratis oratione ejusmodi tautologia, si tamen est tautologia, non abhorret: alioquin possit quis suspicari voces ἢ συγγραφέας esse glossam, quae interpretandi causa margini adscripta, in textum inrepserit; sed ea quidem suspicio non satis certa ratione niti videtur. — At-

que hic huic jam nimis longae annotationi finis imponendus esset, nisi de Harpocrationis loco aliqua mihi suspicio orta esset. Initium ejus sic se habet: Συγγραφεῖς· Ἰσοκράτης Ἀρεοπαγιτικῷ· εἰθισμένον ἦν παρ' Ἀθηναίοις ὁπότε δέοι πλῆθός τε αἱρεῖσθαι, ὥσπερ εἰς ῥητὴν ἡμέραν εἰςέφερε γνώμας εἰς τὸν δῆμον. Sequi eum Thucydidem, cujus verba supra attulimus, ultima illa manifestum faciunt et mox ex eo totam rem subjicit. Sed corrupta ejus esse verba, facile apparet: nam si quaeras, quid esset εἰθισμένον παρ' Ἀθηναίοις, nihil ex iis elici potest. Fortasse aliquid excidit: fortasse etiam vestigia Thucydidea secutis legere nobis licet: εἰθισμένον ἦν παρ' Ἀθηναίοις, ὁπότε δέοι πολιτείας, τινὰς αἱρεῖσθαι (vel αἱρεῖσθαι τινὰς), οἵπερ εἰς ῥητὴν ἡμέραν εἰςέφερον γνώμας εἰς τὸν δῆμον. Hoc certe dicere voluit. Ceterum Thucydidis meminit quoque Thomas Mag. v. συγγραφεύς, ad quem docta de variis ejus vocis significationibus est Sallerii animadversio p. 813. (*Bergmann.*) Quid sibi orator velit cum voce συγγραφέας usus sit, facile patet ex iis, quae Bergmannus attulit, qui tamen errat, censens, in Harpocratione aliquid addendum esse, interpungas post Ἀθηναίοις et post δέοι, et pro ὥσπερ scribas ὅπερ, omniaque bene se habent. Nec magis in eo debebat offendere, quod Etymologus συγγραφεῖς nominat καταλογεῖς. Sic enim syngraphi vocabantur, quia iis simul eorum civium catalogus conficiendus erat, qui rempublicam administraturi essent. De viginti autem illis probulis, quos decem istis syngraphis additos esse scribit Suidas, idem statuendum esse censeo, quod de Harpocrationis triginta syngraphis, scriptores confudisse triginta illos syngraphos (postea tyrannos dictos) cum his decem. Vid. Wachsmuth. Antiqu. Gr. I, 2, 201, n. 156., qui plura affert ejusmodi confusionum in scriptoribus istis exempla. Magis tamen dubium est, quid σύνεδροι illi sibi velint. Eosdem esse ac συγγραφέας, id quod Bergmannus censet, non putaverim, quia cur hic de notissimis istis decem syngraphis duabus vocibus sit usus, quarum altera alteram explicat, non video. Mihi potius probuli intelligendi esse videntur, qui jam anno CCCCXIII ad classem adornandam electi erant, et quos etiam Lysias contra Eratosth. p. 426, intelligere videtur. Recte enim Wachsmuthius l. l. p. 198.

censuit, hos quoque paucorum imperio studuisse, quos hic Isocrates imprimis notat. Συνέδρους autem vocat, quia, uti recte animadvertit Bergmannus, omnino *collegae* erant. Thucydides eos (VIII, 1.) ἀρχήν τινα πρεσβυτέρων ἀνδρῶν nominat. (*B.*)

εἶχον] Imperfectum dedi cum Bekkero Urbinatem secutus pro vulgato ἔσχον, praecedit enim ἐποιούμην. (*B.*)

ταύτην τὴν αἰτίαν] Sic verba cum Bekkero Urbin. auctoritate motus collocavi, etsi Spengelio in l. saepius laudati Praef. p. XV. vulgatam τ. αἰτ. ταύτ. commendante. V. supra p. 183. (*B.*)

νῦν δ'] Cett. praeter Bekker. νῦν δέ. (*B.*)

τοιοῦτον] Sic scripsi cum Wolfio Battieo et Bekkero, qui in Urbin. invenit, ceteri (Med. Ald. Hagan. Isingr. Basil. Cod. Coll. N. ap. Batt. Langius Coraës et Bergmannus) τοιοῦτο habent. V. supra p. 248. (*B.*)

οὐκ ἀποκεκρυμμένης] H. e. οὐκ ἀγνοουμένης ex anteced. (*Bergmann.*)

ἀλλὰ φανερᾶς] Bekkerus ex Urbin. post ἀλλὰ πᾶσι addidit, quod tamen et propter aequabilitatem membrorum et propterea, quod statim πάντες sequitur, iterum delevi. V. quae supra p. 244. de h. voce monui. (*B.*)

§. 59. Ἦν πάντες ἴστε] Vid. supra initio cap. VI, ibique notata. (*Bergmann.*) Recepi cum Bekkero ex Urbin. πάντες pro vulgato ἅπαντες, quia cur hic *cunctos* nominet non patet, non enim *sejuncti*, sed nulli omnino rem ignorabant. Quam saepe autem hae voces inter se confundantur, non est, quod dedita opera demonstremus. (*B.*)

πάτριον] Retinui vulgatam pro πατρίαν, quod Bekkerus ex Urbin. recepit. Mirum enim esset, si Isocrates πατρίαν dixisse, cum ceteri Attici scriptores (oratores certe omnes) ubique πάτριον dixerint. Idem quod de hoc loco, etiam de loco Helen. 218. d. statuendum esse puto. Plura exempla, ubi in Urbin. adjectiva in feminino -ος tenent, vid. ap. Bremium p. 201. (*B.*)

πρὸς δὲ τούτοις] Ising. τούτους. (*Bergmann.*)

ὑπὸ τοιούτων ἀνδρῶν] Supra nominavit Solonem et Clisthenem, cum quibus ii etiam intelligendi sunt, qui odio triginta tyrannorum in exilium abierant, et armis rempublicam recuperarant. Ceterum is Clisthe-

nes, cujus hic mentio fit, alius ab eo fuit, quem ut effoeminatum et viro molliorem perstringunt Sophocles et Aristophanes. Vide τὸν περὶ ζεύγους. (*Wolf.*)

οὐδεὶς ὅστις] Dictionem οὐδεὶς ὅστις οὐκ, quae occurrit et cap. sq. et Archid. p. 117. c. praeter Hoogevenium ad Vigerum p. 27. attigit Cl. Wyttenbachius Bibl. Crit. P. X. p. 93. et ad Platonis Phaedonem p. 331. (*Bergmann.*)

ὁμολογήσειε] LB. ὁμολογήσειεν. (*Bergmann.*) Vid. supra p. 186. (*B.*)

τῶν πολιτῶν] Haec Bekkerus uncis inclusit, quia Urb. horum loco tres litteras habuit. Strangius igitur has voces a sciolo ob hiatum insertas esse putaverat (v. Seebod. Archiv. ann. 1830. n. 11. p. 83.) mutata tamen sententia in libello (*krit. Bemerk.* etc. inscripto p. 46.) Dindorfium laudat, qui uncos removit. Hoc quidem certum est, verbum aliquod hic scriptum fuisse, quod cum littera consonante finiverit. (*B.*)

εἰςηγούμενος] H. e. *inducere volens*, *studens*, uti subinde verbis actionem significantibus inest voluntatis agendi notio, de qua constructione vid. Morus ad Paneg. c. XXXI. not. h. et cf. Wyttenb. l. c. p. 185. Εἰσηγεῖσθαι est *alicujus rei auctorem esse*, *suadere aliquam rem*, αἴτιον εἶναι τινός. Thucyd. III, 20. εἰσηγησαμένων τὴν πεῖραν αὐτοῖς, Θεαινέτου τε τοῦ Τολμίδου, ἀνδρὸς μάντεως, καὶ Εὐπομπίδου τοῦ Δαϊμάχου· mox cap. 22. de iisdem dicit: ἡγοῦντο δὲ οἵπερ καὶ τῆς πεῖρας αἴτιοι ἦσαν. Hinc εἰσηγητής, *suasor*, *auctor*, *inventor*, de quo obiter monuit Cl. Reuvens Coll. Liter. p. 75. sq. (*Bergmann.*) Cf. ex Isocrate ad Demon. 2. d. Paneg. 76. c. ubi Bremium vide. Phil. 96. b. olim legebatur ἡγούμενος. Hesychius: εἰσηγοῦμαι, συμβουλεύω, παραίνω, διδάσκω, νουθετῶ. (*B.*)

§. 60. Γνῶναι τὴν ἐμὴν διάνοιαν] Vulgo exhibent: τὴν διάνοιαν διαγνῶναι τὴν ἐμήν. Sed γνῶναι, quod Bekkerus ex Urbin. recepit, praeferendum quia non de eo sermo est, sententiam oratoris ab aliis *discernendam* esse. Collocatio verborum autem, quam Urbin. praebet egoque cum Bekkero recepi, inde jam probabilis est visa, quia repetitio articuli τὴν διάν. τὴν ἐμὴν ea evitatur, cujus idonea causa non adest. LB. omittit articulum ante διάνοιαν. (*B.*)

ἐν γὰρ τοῖς πλείστοις τῶν λόγων] Non dicit ἐν πᾶσι. Nam in oratione, quae Nicocles inscribitur, justa insectatio et vera status popularis reprehensio continetur. (*Wolf.*)

καὶ ταῖς πλεονεξίαις] Articulum cum Bekkero ex Urb. addidi v. supra p. 293. (*B.*)

τὰς δ' ἰσότ.] Cett. praet. Bekker. τὰς δὲ ἰσότ. habent. (*B.*)

οὐ πάσας, ἀλλὰ τὰς καλῶς] Προςδιορισμός. Multa enim sunt per se non improba, sed propter abusum reprehenduntur. (*Wolf.*)

οὐδ' ὡς ἔτυχον] Id est, non temere, fortuito, sed certo consilio certaque ratione. Sententia est se de industria laudasse democratias; laudationumque causas subjicit ab eventu sumptas. Est autem callide admodum usus hoc loco. Nam cum videri velit, etiam praesentem corruptamque democratiam oligarchiae praeferre: veterem tamen illam, quae sincerior fuit, commendat. Sic et populi offensionem cavet, et tamen id, quod vult, consequitur. (*Wolf.*) Ἐγὼ ὁ Ἰσοκράτης, τουτέστιν, εἰκῇ καὶ ἀλογίστως, καὶ ὅπως ἐπήρχετό μοι. (*Cor.*) Panath. p. 218. dicit: εἰκῇ καὶ φορτικῶς καὶ χύδην ὅ τι ἂν ἐπέλθῃ λέγειν. Similis est formula ὡς ἔτυχε. Cf. Royaards Diatr. I. p. 17. (*Bergmann.*) Pro ἐτύγχανον, quod vulgo habent; scripsi cum Bekkero Urbinatem secutus, ἔτυχον, quod in hac formula multo usitatius est. Vid. locum similem Panath. 234. b. ubi vulgo minus recte ἔτυχεν exhibent. (*B.*)

λογονεχόντως] Scripsi cum Bekkero. Urbin. habet λογονεχόντων; vulgo legunt, id quod Isocrates in ceteris locis scripsit, νουνεχόντως, quod fortasse praeferendum erit. Dindorfius dedit λόγον ἐχόντως. (*B.*)

§. 61. Οἶδα γὰρ τούς τε προγόνους] Propositio hujus loci est: Democratiam bene constitutam soleo laudare, idque merito. Αἰτιολογία sequitur sumpta ab exemplis: Quia, inquit, et Atheniensium et Lacedaemoniorum exempla declarant, tales democratias esse utilissimas atque pulcherrimas. Argumentum sumitur ab utili. Utilitas autem probatur exemplis. (*Wolf.*)

τοὺς ἡμετέρους] Deest τοὺς apud Aldum: sed contra mox in seqq. habet τῶν ἀρχῶν τοὺς αἱρέσει. (*Bergmann.*)

ἐν ταύτῃ τῇ καταστάσει] Praepositionem cum Bekkero ex Urbinate recepi. Non enim eo Athenienses ceteris differebant, quia haec habebant popularia instituta, iisdem certe Lacedaemonii utebantur, sed Athenienses excellebant eo tempore, quo tam praeclaris institutis utebantur et re militari et aliis virtutibus. (*B.*)

καὶ Λακεδαιμονίους διὰ τοῦτο κάλλιστα πολιτευομένους, ὅτι μάλιστα δημοκρατούμενοι τυγχάνουσι] In priore loci parte Wolfii versionem *Et Lacedaemoniorum ab hoc maxime rempublicam scio florere, quod populari statu maxime utuntur*: sic correxit Stephanus Diatr. Isocr. V. p. 16. *Lacedaemonios ideo pulcherrimam politiam habere, quod omnium maxime democratia utuntur.* Conveniunt haec e Panath. p. 270. c. Lacedaemonios *παρὰ σφίσι μὲν αὐτοῖς ἰσονομίαν καταστῆσαι, καὶ δημοκρατίαν τοιαύτην, οἵανπερ χρὴ τοὺς μέλλοντας ἅπαντα τὸν χρόνον ὁμονοήσειν.* Contrarium legitur in Nicocle p. 31. d. *ἔτι δὲ Καρχηδονίους καὶ Λακεδαιμονίους, τοὺς ἄριστα τῶν Ἑλλήνων πολιτευομένους* (cf. hujus loci emendatio a Cl. Wyttenbachio proposita Bibl. Crit. P. X. p. 8.), *οἴκοι μὲν ὀλιγαρχουμένους, παρὰ δὲ τὸν πόλεμον βασιλευομένους.* E qua repugnantia Stephanus Diatr. Isocr. II, quamvis minus recte, argumentum petiit ad eam quoque orationem Isocrati abjudicandam. Mixta fuit Spartanae Reip. forma e populari et optimatium imperio; accedente regio nomine magis quam potestate. Significat ipse Isocrates in Panath. p. 265. agens de institutis Lycurgi *τήν τε δημοκρατίαν καταστήσαντος παρ' αὐτοῖς, τὴν ἀριστοκρατίᾳ μεμιγμένην, ἥπερ ἦν παρ' ἡμῖν· καὶ τὰς ἀρχὰς οὐ κληρωτὰς, ἀλλ' αἱρετὰς ποιήσαντος καὶ τὴν τῶν γερόντων αἵρεσιν, τῶν ἐπισταιούντων ἅπασι τοῖς πράγμασι, μετὰ τοσαύτης σπουδῆς ποιεῖσθαι νομοθετήσαντος, μεθ' ὅσησπέρ φασι καὶ τοὺς ἡμετέρους περὶ τῶν εἰς Ἄρειον πάγον ἀναβήσεσθαι μελλόντων· ἔτι δὲ καὶ τὴν δύναμιν αὐτοῖς περιθέντος τὴν αὐτὴν, ἥνπερ ᾔδει καὶ τὴν βουλὴν ἔχουσαν τὴν παρ' ἡμῖν.* Quod ait, Lycurgum Atheniensium rempubl. imitatum esse, fortasse majorem patriae, quam veritatis amorem spirat; sed apparet, quod diximus, mixtam fuisse civitatis formam. Hinc pro consilii varietate vel democratia vel oligarchia haberi poterat, notante Aristotele Polit. IV, 9. *ὅπερ*, in-

quit, συμβαίνει περὶ τὴν Λακεδαιμονίων πολιτείαν. πολλοὶ γὰρ ἐγχειροῦσι λέγειν ὡς δημοκρατίας οὔσης, διὰ τὸ δημοκρατικὰ πολλὰ τὴν τάξιν ἔχειν, οἷον, πρῶτον τὸ περὶ τὴν τροφὴν τῶν παίδων· ὁμοίως γὰρ οἱ τῶν πλουσίων τρέφονται τοῖς τῶν πενήτων, καὶ παιδεύονται τὸν τρόπον τοῦτον, ὃν ἂν δύναιντο καὶ τῶν πενήτων οἱ παῖδες· ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῆς ἐχομένης ἡλικίας καὶ ὅταν ἄνδρες γένωνται, τὸν αὐτὸν τρόπον· οὐδὲν γὰρ ἄδηλος ὁ πλούσιος καὶ ὁ πένης. οὕτω τὰ περὶ τὴν τροφὴν, ταὐτὰ πᾶσιν ἐν τοῖς συσσιτίοις· καὶ τὴν ἐσθῆτα οἱ πλούσιοι τοιαύτην, οἵαν ἄν τις παρασκευάσαι δύναιτο καὶ τῶν πενήτων ὁστισοῦν. ἔτι τῷ δύο τὰς μεγίστας ἀρχὰς, τὴν μὲν αἱρεῖσθαι τὸν δῆμον, τῆς δὲ μετέχειν· τοὺς μὲν γὰρ γέροντας αἱροῦνται, τῆς δ' ἐφορείας μετέχουσιν. οἱ δ' ὀλιγαρχίαν, διὰ τὸ πολλὰ ἔχειν ὀλιγαρχικά· οἷον, τὸ πάσας αἱρετὰς εἶναι καὶ μηδεμίαν κληρωτήν· ἀλλ' ὀλίγους εἶναι κυρίους θανάτου καὶ φυγῆς, καὶ ἄλλα τοιαῦτα πολλά. Locum, quamvis longiorem, adscribere operae pretium duximus utpote qui Isocrateo nostro fere commentarii instar est. Ab universe enim dicta sententia *Lacedaemonios ideo optima reip. forma uti*, *quia maxime populari utuntur*, ad singulas partes transit, aitque et *in magistratuum electione*, ἐν τῇ τῶν ἀρχῶν αἱρέσει, et *in vita quotidiana*, τῷ βίῳ τῷ καθ' ἡμέραν, et *in reliquis rebus*, τοῖς ἄλλοις ἐπιτηδεύμασι, *magis apud eos aequalitatem et similitudinem valere*, *quam apud alios*. (*Bergmann.*)

ἐν γὰρ τῇ τῶν ἀρχῶν αἱρέσει] Delectus hic magis proprius est τῆς ἀριστοκρατίας; sicut ἡ κλήρωσις τῆς δημοκρατίας. Sed Isocrates supra laudavit eam democratiam, in qua magistratus non sorte, sed suffragio legerentur: id quod nihil aliud est, nisi aristocratia. In qua in comitiis creandorum magistratuum, neque generis, neque divitiarum (quae in oligarchiis valent) sed solius virtutis et sapientiae ratio habetur. Est igitur hic artificium oratorium, quod Aeschines tribuit Demostheni, τῷ τοῖς ὀνόμασι κλέπτειν τὴν ἀκρόασιν τῶν ἀκουόντων: hoc est, cum speciosis verbis fucus fit auditori, ut nomina commoda spectans, re minus grata non offendatur. τῶν ἀρχῶν idem quod τῶν ἀρχόντων. (*Wolf.*) Missis regibus constanter ex eadem Proclis et Eurysthenis gente creari solitis, reip. moderandae praeerat *senatus senio-*

rum, qui γερουσία dicebatur, constabatque viginti et octo viris, qui sexagesimum aetatis annum consecuti per totam vitam omni reprehensione vacaverant: horum autem electio penes populum erat, ut praeter Aristotelem l. c. diserte testatur Plutarchus p. 55. d. — 56. a. Postea constituti sunt *Ephori*, quorum potestati subessent reges: cf. Nepos in Pausan. c. III. Et in his quidem creandis magis etiam apparuit imperii popularis studium, si quidem, ut ait idem Aristoteles Polit. II, 7, hi magistratus, rerum maximarum domini, omnes (erant autem quinque) e populo legebantur, ita ut saepius pauperrimi ad illud munus pervenirent. De aliis, νομοφύλαξι, ἐμπελώροις, ἁρμοσταῖς, pauciora constant. (*Bergmann.*) Urbin. pro ἀρχῶν exhibet ἀρχόντων, quo etiam Aldin. scriptura: ἀρχῶν τῶν ducit, quod ex interpretamento ortum esse videtur. (*B.*)

τῷ βίῳ τῷ καθ' ἡμέραν] Lacedaemoniorum instituta, si quis ea requirit, e Plutarcho et Xenophonte cognoscenda sunt. Extant et apud Isocratem et Platonem complura passim, quae ad eam rem faciant. Item apud Aristotelem et alios, ut paulo ante diximus. (*Wolf.*) *Vitae quotidianae*, τοῦ βίου τοῦ καθ' ἡμέραν, *aequalitas* ante omnia cernebatur in φειδιτίων seu συσσιτίων instituto, quae erant convivia publica, quibus cives Spartani quotidie, ad quindecim plerumque una congregati, cibi capiundi causa aderant, habita maxima temperantiae et frugalitatis ratione. Praeter Aristotelem locis citatis, classica sunt loca Plutarchi in Lycurgo p. 45. b — d. et 46. b — f. Vid. et Meursius Miscell. Lac. I, 9, 10. (*Bergmann.*)

τοῖς ἄλλοις τοῖς ἐπιτηδεύμασιν] Articulum post ἄλλοις vett. edd. Med. Ald. Hagan. Isingr. Codd. LB. Cor. et Bav. tuentur, et receperunt Stephanus, Auger et Langius. Wolfius tamen una cum Coraë, Bergmanno et Bekkero, quibuscum edd. Basil. et Cod. Urbin. faciunt, omisit. Coraës scripsit: σόλοικος γὰρ ἡ τοῦ ἄρθρου δίπλωσις, πλὴν εἰ μὴ εἰς γενικὴν μεταβάλλοις τὸ δεύτερον τῶν ὀναμάτων, καὶ τοῖς ἄλλοις τῶν ἐπιτηδευμάτων. Hoc tamen minime verum esse, ex multis potest demonstrari locis, v. ad Nicocl. 16. e. 35. d. 36. d. Paneg. 75. 77. e. Phil. 99. b. 104. b. 108. 109. e. Archid. 117. d. 129. de Pace

162. 163. b. 167. b. Evag. 201. c. (Panath. 256. a.) 264. d. Plat. 295. c. 302. c. 307. e. Antid. §. 155. 178. 331. p. 345. d. Big. 347. 350. d. Aegin. 394. e. Ep. IV, 414. VIII, 425. d. IX, §. 9. Quibus accedant ad Nicocl. 14. ubi vulgo pro τῶν ἄλλων exhibent ἄλλο idemque Callim. 375. b. Wolfius conjecit. Nicocl. 38. d, ubi in Aug. Cod. articulus post ἄλλοις non legitur, in Ald. autem verba τοῖς ἄλλοις omittuntur. Archid. 118. e. vulgo articulum non habent, itemque 131. b. Panath. 260., vulgo τῶν ἄλλων pro τοῖς ἄλλοις praebent, 273. in cett. praeter Urbin. articulus desideratur, Trapez. 367. d. vulgo τῶν ἄλλων non exhibent. Diversae enim in his locis sunt notiones, quarum altera ad alteram opponitur *in ceteris, hoc est, in institutis vitae morumque.* V. Matth. Gr. Gr. §. 277. a. Retinui igitur nostro in loco lectionem plurimorum Codd. tum quia omnino Isocrates hac dicendi ratione libenter usus esse videtur, tum quia librarii eodem modo, uti Coraës interdum in ejusmodi locis offendisse videntur. Explicuit autem Bergmannus locum sic: „Ad τὰ ἄλλα ἐπιτηδεύματα in primis referenda est liberorum institutio, qui civitatis potius quam parentum esse existimabantur, indeque a septimo aetatis anno omnes, nullo excepto, ne regiis quidem, cujuscunque generis et conditionis essent, domum paternam relinquere, publico loco una degere, eodem vestitu cultuque, iisdemque studiis et exercitiis, quibus unicuique civi interesse, eosque pro arbitrio interrogare, vituperare, laudare licebat, uti cogebantur. Aristoteli l. c. addatur Plutarchus p. 50. a. — 54. d. Referri etiam possunt, quae matrimonium spectant, cui omnes adstrictos esse voluit Legislator, cujusque consilium non ita in vitae suavitate et commodis statuit, sed ut esset, unde patriae cives et defensores nascerentur. Vid. p. 48. c. — 49. d. Universe Lycurgi consilium fuit, ut nulla esset civium inter cives differentia, cujus maxime in eo indicium est, quod agrum integrum civitatis esse et aequaliter inter cives distribui statuit, teste Plutarcho p. 42. a — c. Late de his omnibus aliisque exposuit Manso in Opere Germanico praestantissimo, quod inscribitur *Sparta*, Vol. I. P. I. p. 88. et sqq. 109. et sqq. 145. et sqq. 156. et sqq. 242. et sqq. et alibi passim. De agrorum illa distributione, liberorum

educatione, syssitiis et vestitu Spartanorum egit P. II. p. 129. et sqq. 156. et sqq. 188. et τὰς ἰσότητας καὶ τὰς ὁμοιότητας plici aequalitate et analogia supra dictum est, e tio illa etiam huc asciscenda, ne sordidissimi q mines idem sibi honoris haberi velint, quod pr simis viris debetur. (*Wolf.*)

οἷς] Lege αἷς, refertur enim ad ἰσότητας. Et id habent Isingr. et Langius, qui tamen rect Neutrum quoque (verte: *quibus*, scil. rebus) loc bere potest. Coraës jure hoc οὐ δεόντως a Wol propositum censet. (*B.*)

πολεμοῦσιν] Αὔξησις est in verbo, ἀντ. ἐναντιοῦντα. Sic Aeschines: διὰ τοῦτο ἀπολ. με διότι Θεμοσθένει πολεμῶ. Neque vero Aesch conducto exercitu bellum Demostheni inferebat, sed pitali odio ab illo dissidebat. (*Wolf.*)

διατελοῦσιν] Sic cum Bekk., cett. διατελοῦσι V. supra 185. et sqq. (*B.*)

CAP. XXV.

§. 62. Τῶν τοίνυν ἄλλων πόλεων] Oligarchiae multae sunt apud Isocratem insectationes, contraque Democratiae commendationes. (*Wolf.*) Vid. Prolegg. p. 14. et sqq. (*B.*)

ταῖς ἐπιφανεστάταις καὶ μεγίσταις] Sic cum Bekk. Urbinat. auctoritate scripsi, cum vulgo pro μεγίσταις μεγάλαις legeretur, quod jam Wolfium offenderat, qui in Annot. scripsit: Observetur graduum inaequalitas. Vid. supr. p. 193. (*B.*) Dativus pendet a συμφερούσας. (*Jacobs.*)

τὴν ἡμετέραν πολιτείαν] Eam scilicet, quae nunc corrupta est. Quia haec oratio de corrigenda repub. imperito populo et affectibus potius ac consuetudini, quam rectae rationi obedienti, parum grata futura erat: specie digressionis etiam praesentem reipub. statum se laudare simulens, cum veterem potius celebret, idque per collationem cum tyrannica oligarchia, delinit auditores atque officii commonefacit. (*Wolf.*)

ἢ πάντες ἐπιτιμῶσιν] Bergmannus affert m cap. V.: ἐπὶ μὲν τῶν ἐργαστηρίων καθίζοντες ηγοροῦμεν τῶν καθεστώτων καὶ λέγομεν ὡς οὐδέποτ' ἡμοκρατίᾳ κάκιον ἐπολιτεύθημεν. (*B.*)

ἣν παραβάλωμεν αὐτήν] Ἔτρεψα τὸ παρ' σιν αὐτήν, εἰς τὸ ταύτην, ἀποδοὺς τὸν φίλον ρβιβασμὸν τῷ Ῥήτορι τὸ γὰρ ἑξῆς ἐπεὶ καὶ ταύν τὴν ἡμετέραν πολιτείαν ... ἣν παραβάωμεν κ. τ. λ. Τοιοῦτον ἐστι τὸ ἀλλαχοῦ (σελ. 117. γ.) εἰρημένον, „τὴν χώραν, ἣν ἡμῖν οἱ πρόγονοι κατέιπον, ταύτην" καὶ μετ' ὀλίγα (δ') „Τὴν γὰρ δόξαν, ἣν μῖν οἱ πρόγονοι ... ταύτην" καὶ πάλιν (σελ. 241.) ,τὰς Κυκλάδας νήσους, περὶ ἃς ... ταύτας." Καὶ μυία ἕτερα ἂν εἶχον παρασχέσθαι μαρτύρια, εἰ μὴ τῆς ὑκαιρίας ἐφρόντιζον. Ἐπιθι καὶ τὰ ἐν τοῖς πρόσθεν σελ. 87.) σημειωθέντα μοι. (*Cor.*) Probaverunt, non amen receperunt hanc conjecturam Jacobsius et Bergnannus. Mihi αὐτήν unice verum esse videtur. Facile enim videbis, in locis a Coraë allatis pronomine illo notionem nominis vi quadam repeti; ut sit,| *hanc inquam,* quod nostrum in locum minus quadrat. (*B.*)

μὴ πρὸς τὴν ὑπ' ἐμοῦ] Eam, quae a Solone et Clisthene constituta, atque ab omnibus laudata fuit. (*Wolf.*)

πρὸς τὴν ὑπὸ τῶν τριάκοντα] Malam Democratiam oligarchiae praestare, proponit, idque callide. Parva enim laus est, ut ipse postea dicet, pessimis paulo esse meliorem. Sed singularis artis est, insinuatione quadam et quasi adulatione aditum sibi ad justam reprehensionem patefacere. (*Wolf.*) Vulgo exhibent ἐπί, pro quo ex Urbin. c. Bekkero ὑπὸ recepi. De discrimine harum praepositionum v. quae Spohnius ad Isocr. Paneg. p. 79. Bremius ad eand. orat. p. 25. et Orellius περὶ ἀντιδ. p. 300. disseruerunt, ubi id, quod ἐπὶ lenius esse dicitur, eo confirmari videtur, quod ἐπὶ in h. d. rat. magis significat, aliquem ex partibus eorum stetisse (v. de Big. p. 355. e.) ὑπὸ autem, revera sub illis fuisse et mala ab illis perpessum esse v. de Big. 349. et 356. c. de Pace 184. b. in verbis: τὰς φυγὰς τὰς ἐπὶ τῶν τυράννων καὶ τὰς ἐπὶ τῶν τριάκοντα γενομένας, non probatur mihi quidem ὑπὸ quod Urb. altero in loco praebet, quia orator non tam hoc significare vult, tyrannos

harum fugarum auctores fuisse, quam tempore eorum eas factas esse. Quod discrimen etiam aliis in locis obtinere arbitror. (*B.*)

οὐδεὶς] Οὕτως ἅπαντες, οἷς συνᾴδει καὶ τὸ ἐμὸν ἀντίγραφον, πλὴν Λαγγίου, παρ' ᾧ γράφεται, οὐθ' εἰς. (*Cor.*)

θεοποίητον] Divinitus factum, id est, ejusmodi, ut nihil simile ab hominibus excogitari possit. (*Wolf.*)

CAP. XXVI.

§. 63. Βούλομαι δ'] Occupatione utitur ad captandam benevolentiam, ac potius ad odium declinandum accomodata. (*Wolf.*)

εἰ καί τινές με φήσουσιν] Vulgo legebatur εἰ καί τί με φήσουσιν, sed jam Wolfius in Castigatt. *Malim* εἰ καί τινές με φ. scripserat, id quod nunc Bekk. ex Urbin. recepit. Dicitur enim quidem φασί nomine non addito, si de fama sermo est, non tamen φήσουσι et φήσαιεν etc. sine subjecto praecipue in sententiis conditionaliter expressis, v. Antid. §. 259. Phil. 98. d. Panath. 264. e. (Aegin. 391. b.) (*B.*)

ἔξω τῆς ὑποθέσεως] Nam id tantum Isocrates sibi proposuerat, ut laudatione Reip. formae Solonis et Clisthenis aetate receptae conscribenda ad eam revocandam cives adhortaretur. Vid. cap. V. et VI. Itaque haec comparatio praesentis administrationis cum Imperio XXX tyrannorum erat aliquid extra ejus ὑπόθεσιν, h. e. ad argumentum, quod sibi tractandum sumserat, non pertinens. Ὑπόθεσις apud Rhetores et Oratores significat orationis *argumentum*, *consilium oratoris in dicendo*, ad Phil. p. 84. c. 110. b. Hel. p. 208. a. Formula ἔξω τῆς ὑποθέσεως λέγειν vel χρῆσθαι τοῖς λόγοις occurrit item Panath. p. 247. e. 266. d. Eodemque sensu πόῤῥω γίγνεσθαι τῆς ὑποθέσεως, p. 250. e. et infra c. XXXIII. ἀποπλανᾶσθαι ἀπὸ τῆς ὑποθέσεως. (*Bergmann.*)

αὐτή] Ἡ νῦν πολιτεία. (*Jacobs.*)

τῆς τότε] Τῆς ἐπὶ τῶν τριάκοντα. (*Jacobs.*)

διήνεγκεν] Hoc cum Bekkero ex Urbin. pro vulgato διέστηκεν recepi. (*B.*)

εἰ δέ τι] H. e. τὰ δὲ καλῶς καὶ σεμνῶς διαπεπραγμένα. (*Jacobs.*)

ταῦτα δὲ] Ταῦτα ad τὶ, quod collectivum est, refertur. (*Jacobs.*) δὲ cum Bekk. ex Urbin. addidi v. Dindorfii annot. ad Paneg. §. 1. (*B.*)

παραλείπειν] Praesens cum Bekk. ex Urb. recepi pro vulgato παραλιπεῖν, idemque jam suaserat Coraës. Praesens, quod praecedente ἐξετάζειν commendatur, exhibetur etiam a. Cod. LB. (*B.*)

ἔσται δ'.] Ad attentionem hoc pertinet. (*Wolf.*) LB. exhibet ἔστι. Apostrophum in particula primus Bekkerus admisit, uti paulo post in οὔτ'. (*B.*)

CAP. XXVII.

§. 64. Ἐπειδὴ γὰρ τὰς ναῦς — περιέπεσε] Significatur clades, qua Lysander Atheniensium classem devicit ad Aegospotamos prope Hellespontum; de qua scripserunt Xenophon Hist. Gr. II. p. 456. d. — 457. b. Diodorus Sic. XIII, 106. Nepos in Lysandro, I, in Alcib. 8. alii. Ab eo interitu classis in Hellesponto Oratores exordium sumunt dicendi de Rep. ad XXX viros translata, quod, laudato nostro loco aliisque Lysiae, animadvertit Taylorus in hujus Vita Or. Gr. R. Vol. VI. p. 123. in nota. Praeterea illud notandum, plerumque eos, nulla Aegospotami mentione facta, simpliciter de *clade ad Hellespontum* loqui. Utriusque usus exempla quaedam afferamus. Exordium dicendi ab ista clade ducunt Isocrates adv. Callim. p. 382. b. ὅτε γὰρ ἡ πόλις ἀπώλεσε τὰς ναῦς ἐν Ἑλλησπόντῳ καὶ τῆς δυνάμεως ἐστερήθη. Andocides de Myst. p. 18, 142. ἐπεὶ δὴ γὰρ αἱ νῆες διεφθάρησαν (καὶ ἡ πολιορκία ἐγένετο). Lysias in Nicom. p. 847. ed. R. ἐπειδὴ γάρ, ἀπολομένων τῶν νεῶν, ἡ μετάστασις ἐπράττετο. Or. Funebr. p. 115. ἀπολλυμένων γὰρ τῶν νεῶν ἐν Ἑλλησπόντῳ, εἴτε ἡγεμόνος κακίᾳ, εἴτε θεῶν διανοίᾳ, καὶ συμφορᾶς ἐκείνης μεγίστης γενομένης καὶ ἡμῖν τοῖς δυστυχήσασι καὶ τοῖς ἄλλοις Ἕλλησι. Adv. Eratosth. p. 412. ἐπειδὴ δὲ ἡ ναυμαχία καὶ ἡ συμφορὰ τῇ πόλει ἐγένετο. Adv. Agoratum p. 449. ἐπειδὴ γὰρ αἱ νῆες αἱ ὑμετέραι διεφθάρησαν, κ. τ. λ. Hellesponti praeterea mentio fit apud Andoc. de Pace p. 26, 21.: ἡνίκα ἀπωλέσαμεν τὰς ναῦς ἐν Ἑλλησπόντῳ καὶ τειχήρεις ἐγενόμεθα· apud Lysiam pro bonis Aristoph. p. 623. ὅτε ἡ ναυμαχία ἐγένετο ἐν

Ἑλλησπόντῳ. Pro Mantith. p. 571. dicitur ἡ ἐν Ἑλλησπόντῳ συμφορά. Similiter apud Aristid. Panath. p. 67. e.: ἡ ναυμαχία ἡ καθ' Ἑλλήσποντον, et Lacedaemonii, qui ibi pugnarunt p. 72. b. vocantur οἱ ἐν Ἑλλησπόντῳ Λακεδαιμονίων. Ita quoque Isocrati dicitur ἡ ναυμαχία ἡ περὶ Ἑλλήσποντον, ad Phil. p. 94. d., ἡ ἀτυχία ἡ ἐν Ἑλλησπόντῳ γενομένη Panath. p. 253. c., ἡ ἐν Ἑλλησπόντῳ γενομένη ἀτυχία Paneg. p. 65. c. Eandem significat de Pace p. 176. b. τὸ δὲ τελευταῖον ἐν Ἑλλησπόντῳ (διακοσίας scil.: τριήρεις ἀπωλέσαμεν. Atque ita a Lysia de Publ. Niciae bonis p. 601. et Apol. δωροδοκίας p. 701. vocatur ἡ τελευταία ναυμαχία. Ceterum locus Lysiae laudatus ex Or. Funebr. si cum nostro comparetur, patet ταῖς ἀτυχίαις ἐκείναις cum emphasi accipiendum esse *magnis illis calamitatibus*, h. e. obsidioni et tyrannidi XXX virorum eam cladem consecutae, quae similiter a Lysia in Philon. p. 873. κατ' ἐξοχὴν dicitur ἡ συμφορά. (*Bergmann.*)

περὶ Ἑλλήσποντον] Articulum, quem vulgo addunt, c. Bekk. ex Urbin. addidi V. loc. supra a Bergmanno allat. et Exc. IV. in Bremii Ed. a. l. Paneg. 58. e. autem articulus jure est additus, quia ibi Hellespontus *mare* Athoni *monti* oppositus est. (*B.*)

ταῖς συμφοραῖς] Recepi quidem hoc cum Bekk. ex Urbin., ex locis tamen supra a Bergmanno allatis vulgatum: τ. ἀτυχίαις magis commendari videtur. (*B.*)

τίς οὐκ οἶδε τῶν πρεσβυτέρων] Nam calamitas illa acciderat trigesimo secundo circiter Isocratis anno: itaque qui cum eo senes erant, illorum temporum recordari poterant. Mox ipse: καὶ μὲν δὴ καὶ τάδε τίς οὐ μνημονεύει τῶν ἡλικιωτῶν τῶν ἐμῶν. (*Bergmann.*)

τοὺς μὲν δημοτικοὺς — ὑφ' ἑτέροις οὖσαν] Nam quum Lacedaemonii pacem obtulissent ea conditione, ut longi muri decem stadiorum spatio ab utraque Piraei parte diruerentur, et Archestratus quidam eam accipere suaderet, in vinculis conjectus est, factumque decretum, ne de his suadere liceret, idque eo quidem tempore, quo urbs gravissima fame laborabat. Vid. Xenoph. Hist. Gr. II, p. 495. c et d. Cf. quoque Lysias de Niciae bonis publ. p. 602. sq. et adv. Agorat. 450. et sqq. LB. habet δημωτικούς. (*Bergmann.*)

ποιεῖν] LB. νοεῖν exhibet. (*B.*)

τὸ προστασσόμενον] Quas Lysander proposuerat pacis conditiones, hae erant, si Xenophontem Hist. Gr. II, 2, 20. sequimur: „ἐποιοῦντο εἰρήνην, ἐφ' ᾧ τά τε μακρὰ τείχη καὶ τὸν Πειραῖα καθελόντας, καὶ τὰς ναῦς πλὴν δώδεκα παραδόντας, καὶ τοὺς φυγάδας καθέντας, τὸν αὐτὸν ἐχθρὸν καὶ φίλον νομίζοντας Λακεδαιμονίοις ἕπεσθαι καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν, ὅποι ἂν ἡγῶνται." (*B.*)

τὴν πόλιν τὴν τῶν] Alterum articulum post πόλιν, quem jam Wolfius repetendum esse viderat, repetunt Edd. Med. Ald. Isingr. Basil. et cett. edd. (*B.*)

ταύτην] Cum Bekkero ex Urbin. addidi, ex usu scriptoris, v. supra. (*B.*)

οὖσαν] Post hanc vocem vulgo addunt verba: καὶ τούτους (LB. τοὺς) μὲν ἐκσπόνδους γενομένους, quod additamentum tamen pluribus de causis offendit, primum illud τούτους, quod ad subjectum ipsum, id est ad eos, qui hoc turpe habuerunt, referendum est. Quis enim apte dicere poterit: turpe esse putant, si quis videat, urbem, quae Graecorum imperium tenuerit, aliis servire, et hos quidem, i. e. se ipsos *e foederibus (cum Lacedaemoniis) exclusos i. e. in hostium numero habitos esse* (ita enim locum Langius est interpretatus). Huc accedit, quod jam Bergmannus animadvertit, Xenophontem omnino nihil de hac re habere, scilicet (Coraë interprete): τοὺς δημοτικοὺς μὴ κοινωνοῦντας ὧν ἐσπείσαντο οἱ ὀλιγαρχικοὶ πρὸς τοὺς Λακεδαιμονίους σπονδῶν. Hinc etiam factum esse videtur, ut Wolfius, qui plura recte interpretatus est, his in verbis explicandis paululum erraret scribens: „Intelligo pacem factam primum inter Lacedaemonios et XXX, deinde inter CCCC tyrannos, quibus se (Leo 2.?) Diomedon, Thrasybulus et Thrasyllus opposuerunt." Probandum igitur esse censui, quod Bekkerus haec verba Urbinate auctore omisit, utpote a sciolo quodam profecta et deinde in textum recepta. (*B.*)

τῆς ὀλιγαρχίας] Articulus in Bav. vitiose deest. (*Lang.*)

ἑτοίμως καὶ τὰ τείχη καθαιροῦντας] Imo ad tibiae cantum, ὑπ' αὐλῆς, ut ait Xenoph. p. 460. e. Cf. et Diodor. Sic. XIV, 3. Lysias adv. Eratosth. p. 425. fraude Theramenis dirutos esse muros docet, eum opponens Themistocli, qui eas invitis Lacedaemoniis aedi-

ficaverat. Ut h. l. sic etiam adv. Lochitem p. 397. c. Isocrates Oligarchiae fautoribus rem tribuit. (*Bergmann.*)

§. 65. *Καὶ τότε μὲν — ἔχοντας*] Idem brevius dixit de Pace p. 177. c. de Atheniensibus: ἀντὶ μὲν γὰρ τοῦ φρουρεῖν τὰς τῶν ἄλλων ἀκροπόλεις τῆς αὑτῶν ἐπεῖδον τοὺς πολεμίους κυρίους γενομένους. Item de Permut. p. 345. b. ἐπείδομεν — ὅλην τὴν πόλιν περὶ ἀνδραποδισμοῦ κινδυνεύσασαν — καὶ τὴν ἀκρόπολιν τοὺς πολεμίους οἰκήσαντας. Rogantibus XXX, missa sunt Athenas Lacedaemoniorum praesidia cum praefecto Callibio. Vid. Xenoph. p. 462. d. e. Hos Lacedaemoniorum ἐπικούρους fuisse, qui arcem occupaverint, diserte docet Lysias adv. Eratosth. p. 443., idemque adv. Agoratum p. 471. dicit: Λακεδαιμόνιοι τὴν ἀκρόπολιν ὑμῶν εἶχον. (*Bergmann.*)

τὸ πλῆθος] Ὁ δῆμος. (*Jac.*)

ἦν κύριον] Sic verba cum Bekk. Urbin. auctor. collocavi; vulgo: κύριον ἦν. (*B.*)

τῶν ἄλλων] Veluti e. g. Megaram Athenienses obsessam tenebant. (*Jacobs.*)

ἐπειδὴ δ' οἱ τριάκοντα] Jam transit ad imperium XXX tyrannorum et Athenas in libertatem restitutas, quam historiae Graecae partem peculiariter persecutus est Taylorus in Vita Lysiae Or. Gr. Vol. VI. p. 130—140. Et multi veteres historici, oratores, alii, ejus meminerunt: quorum loca ille collegit p. 130. in nota. Xenophontis Hellen. II. locum retulit etiam Cl. Wyttenbachius in Sel. Princ. Hist. p. 202—224. egregia annotatione auctum p. 400. sqq. Nos ea suo loco attingemus, quae ad Isocratem illustrandum faciunt. (*Bergmann.*) Cett., praeter Bekkerum δὲ habent. (*B.*)

τὴν ἡμετέραν] Scilicet ἀκρόπολιν. Arces in urbibus vel tenere, vel extruere, signum dominationis habebatur apud Graecos. (*Wolf.*)

ἔχοντας] Quid si οἰκοῦντας, quia praecedit φρουροῦντας, captato ὁμοιοτελεύτῳ. Sed nihil opus est mutatione. (*Wolf.*)

ἐπειδὴ δ' οἱ φεύγοντες] Duce Thrasybulo, uti ex Nepote et aliunde notum est. (*Bergmann.*) Cett., praeter Bekkerum, δὲ exhibent. (*B.*)

καὶ Κόνων ναυμαχῶν ἐνίκησε] Decem annis postea locum habuit pugna navalis ad Cnidum, de qua

supra diximus, c. V, quemque Xenophon obiter tantum attingens nullam fecit Legationis istius mentionem. (*Bergmann.*)

παρ' αὐτῶν] Sic recte LB. παρ' αὐτὸν Med. Ald. (Heg.) Isingr. (*Bergmann.*)

τὴν τῆς θαλάττης] Articulum τὴν, quem vulgo non habent, Bekkerus ex Urbin. addidit. Solet autem ab Isocrate repeti, si qua appositio (hic imperium terrestre, quod Lacedaemonii sibi retinuerunt) adest, v. Paneg. 63. b. Panath. 246. c. Quae ubi non adest, articulus non repetitur Paneg. 61. d. Phil. 94. c. de Pace 179. e. et (Paneg.) 55. b. ubi vulgo minus recte τῆς θαλάττης τὴν ἀρχὴν exhibent. (*B.*)

§. 66. Τὴν ἡλικίαν] Isocrates cum hanc orationem scriberet aetatem inter LX et LXX annos agebat. (*Jac.*) Tu vide Prolegg. p. 48. (*B.*)

τὴν μὲν δημοκρατίαν] Vulgo γὰρ post μὲν inserunt, „quod jam Wolfium offendit, qui monet: τὸ γὰρ redundare videtur.“ Deest tamen in Bav. et LB., quare primus Coraës, deinde Bergmannus et Bekkerus jure hanc particulam ejecerunt; τὴν δημοκρατίαν enim appositio est ad τάδε. Attulit autem Bergmannus apte ad totum locum explicandum similem locum ex Or. de Perm. Ed. Or. p. 108. Ed. Bekk. Oxon. §. 250. ubi haec omnia a Pericle repetuntur: τὸ δὲ τελευταῖον Περικλῆς καὶ δημαγωγὸς ὢν ἀγαθὸς καὶ ῥήτωρ ἄριστος, οὕτως ἐκόσμησε τὴν πόλιν, καὶ τοῖς ἱεροῖς καὶ τοῖς ἀναθήμασι, καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν, ὥστ' ἔτι καὶ νῦν τοὺς εἰσαφικνουμένους εἰς αὐτὴν νομίζειν μὴ μόνον ἄρχειν ἀξίαν εἶναι τῶν Ἑλλήνων, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων. Quae hic Pericli, nostro in loco democratiae ipsi, ut personae tribuuntur, estque dictum, Jacobsio notante, pro: ἐπὶ γὰρ (Jacobsius enim γὰρ retinuit) τῆς δημοκρατίας οὕτως ἐκοσμήθη ἡ πόλις. Huic voci autem et similibus saepenumero actiones adscribuntur v. Nicocl. 29. d. Areop. 143. b. 145. 152. b. Panath. 257. b. 259. d. 261. c. 263. c. (*B.*)

κοσμήσασαν] Hic animadvertendum, κοσμήσασαν dictum esse pro κοσμῆσαι vel κεκοσμηκέναι, participium pro infinitivo, quod frequens esse jam ostenderunt Vigerus et Hoogev. de Idiot. p. 338. et Abreschius Dilucid. Thucyd. p. 151. laudatos Wyttenbachio ad

Platonis Phaedonem p. 170. qui plures variosque ejus rationis usus ad Plutarchum esse notavisse ait. Hoc quidem loco minus perspicue nobis apparere videbatur, ideoque notavimus. Ceterum in tota hac Orationis parte idem tenendum. (*Bergmann.*) Participium pendet a [illegible], v. Matth. Gr. Gr. §. 549. (*B.*)

τὴν πόλιν] Ald. *καὶ πόλιν.* (*Bergmann.*)

καὶ τοὺς ἱεροὺς] Multa mentio fit Propylaeorum templi Minervae, in quae ingentem pecuniam Pericles conjecerit, adeo ut, cum de rationibus referendis anxius esset, ab Alcibiade moneretur, cur non id ageret potius, ne referendae essent rationes? (*Wolf.*)

καὶ τοῖς ὁσίοις] *Ὁσίοις* e Harpocratione cum Augerio recepi, omnibus reliquis legentibus *ταῖς θυσίαις.* Receptum probat quoque Segaarius l. c. p. 83. qui jure miratur, Stephanum *θυσίαις* retinuisse, quamvis Harpocrationis locum in Diatriba VII. afferat. (*Lang.*) *Ὀρθῶς διωρθώκασί τινες ἐκ τοῦ Ἁρποκρατίωνος (λέξ. Ὅσιον) τὴν γραφήν, ἣν καὶ οἱ πρὸ ἐμοῦ δύο παρειλήφασιν, ἀντὶ τοῦ παρ' ἅπασι τοῖς κοινοῖς ταῖς θυσίαις. Ὅσια δὲ λέγει ἐνταῦθα ἀντιδιαστελλόμενος τὰ μὴ ἱερά.* (*Cor.*) Harpocrationis locus, cujus auctoritate nititur haec lectio, sic se habet: *Ὅσιον.* *Ὑπερείδης ἐν τῷ πρὸς Ἀριστογείτονα φησί· Καὶ τὰ χρήματα τά τε ἱερὰ καὶ τὰ ὅσια. ὅ τε Ἰσοκράτης Ἀρεοπαγιτικῷ· Καὶ τοῖς ἱεροῖς καὶ τοῖς ὁσίοις. Ὅτι δὲ τὰ ὅσια, δημόσιά φησι, Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Τιμοκράτους σαφῶς διδάσκει περὶ τούτων· Καὶ τὰ μὲν ἱερά, τὰς δεκάτας τῆς θεοῦ, καὶ τὰς πεντηκοστὰς τῶν ἄλλων θεῶν σεσυληκότες· καὶ μετ' ὀλίγα· Τὰ δὲ ὅσια ἃ ἐγένετο ἡμέτερα κεκλοφότες. Δίδυμος δὲ διχῶς, φησίν, ἔλεγον τὸ ὅσιον, τό τε ἱερὸν καὶ τὸ ἰδιωτικόν.* Unde sua sumsit Suidas in voce. Probasuntque istud *τοῖς ὁσίοις*, praeter Isocratis Editores, Augerium, Langium et Coraem, Valckenaerius ad Herodotum VI, 9. p. 442. Segaarius in Actis Lit. Traj. T. 1. p. 83. Sluiterus Lectt. Andoc. p. 275. qui haud scio an minus recte huc retulerit Stephanum in Diatr. Isocr. VII. Quae enim hic de Harpocrationis loco scripsit p. 31. paucissima sunt, eaque, e quibus quid senserit non facile appareat; in textu autem Isocrateo *ταῖς θυσίαις* reliquit. Quod si ab Isocrate non profectum est, mendum sit oportet omnibus Codicibus Mss.

quotquot adhuc collati sunt, antiquius: omnes enim et Codices et Editiones Veteres id tuentur: quibus omnibus sane aetate longe superior Harpocration, facile tamen memoriter citans labi potuit; ut, nisi sua sese bonitate lectio commendet, sola ejus auctoritas non sufficere videatur. Jam si legas *τοῖς ἱεροῖς καὶ τοῖς ὁσίοις*, subintelligendum est *οἰκοδομήμασι*, quae nonnunquam apud veteres per *ἱερὰ* et *ὅσια*, *sacra* et *profana*, designari Valckenaerius monet, quamvis nullo exemplo allato, eademque hic laudari vult, quos saepe laudat Demosthenes, qui Athenarum urbem templis exornaverant, aliisque publicis aedificiis, veluti Olynth. III. p. 35. *δημόσια μὲν τοίνυν οἰκοδομήματα, καὶ κάλλη τοιαῦτα καὶ τοσαῦτα κατεσκεύασαν ἡμῖν ἱερῶν*, alibi; posterius quidem recte, si verba allata ex Or. de Perm. conferas: ut sensus sit *democratiam illam ita ornasse urbem aedificiis cum sacris*, h. e. Deorum templis, *tum publicis*, ut, curet. Universe *ὅσια* veteres dixerunt *τὰ δημόσια, τὰ μὴ θεῖα*, eademque ratione *τοῖς ἱεροῖς* opposuerunt, ac *τὰ βέβηλα τοῖς ἀβεβήλοις*. Sic saepissime distinguuntur *χρήματα ἱερὰ καὶ ὅσια*, *pecuniae sacrae*, quas movere nefas est, et *publicae*, *profanae*, quibus uti licet in civitatis commodum. Vid. Sluiterus l. c. ab eoque laudatus Valckenaer ad Ammon. Animadvs. L. III. c. VI. p. 184., et ipse Ammonius in v. *ὅσιον*. Cf. item Valesius ad Harpocr. p. 58. et Gramm. Bekkeri Vol. I. p. 288. Huc pertinent loca ab Harpocratione laudata, Hyperidis in Oratione deperdita adv. Aristogitonem, et Demosthenis adv. Timocr. p. 738., item 702 et 726. alia complura. Cf. Pollux VIII, 105. *Ἱερὰ καὶ ὅσια διοίκησις* dicebatur *administratio expensarum in rebus sacris et publicis*. Vid. Boeckh. de Oecon. Civ. Athen. Vol. I. p. 181. Similiter *τὰ ἱερὰ καὶ ὅσια*, scil. *πράγματα*, *res sacras et profanas* distinguuntur in Lege, cujus meminit Isaeus de Philoctemonis haered. p. 61. *νόθῳ μηδὲ νόθῃ εἶναι ἀγχιστείαν μήθ' ἱερῶν μήθ' ὁσίων*, item de Astyph. haered. p. 76. Lycurgus adv. Leocr. c. XVIII.: *ὑπὲρ ὁσίων καὶ ἱερῶν ἀμύνειν* dixit; Latine dicas *pro aris ac focis decertare*; eodem forte sensu idem c. XXXVII. *τῇ πατρίδι βοηθεῖν καὶ τοῖς ἱεροῖς καὶ τοῖς νόμοις*. Cf. item Demosth. adv. Aristocr. 633. Sed apud Isocratem *κοσμεῖν τὴν πόλιν τοῖς ἱεροῖς καὶ τοῖς ὁσίοις*

22*

non aliter, quam de *aedificiis* intelligi potest; quod num Harpocrationi, verba inter duo loca, quibus *pecuniae sacrae et publicae* significarentur, collocanti, perspectum fuerit, equidem dubito, nec vanam suspicionem censeo ipsum Isocratis librum ob oculos ei non fuisse. Contra si *τοῖς ἱεροῖς καὶ ταῖς θυσίαις* legatur, illud de *Deorum templis* erit accipiendum, hoc de *sacrificiis publicis*, praesertim iis, quae tempore festorum et solemnium conventuum (*πανηγύρεων*) peragi solebant, cum ludis ac spectaculis conjuncta: de quorum pulcritudine et splendore, hospitumque advenientium multitudine classicus est locus Panegyrici p. 49. b. — 50. b. Saepius autem eo sensu *ἱερὰ* et *θυσίαι* conjunguntur. Insignia sunt loca Platonis Alcib. II. p. 148. e. de Atheniensibus: *οἳ πλείστας μὲν θυσίας, καὶ καλλίστας τῶν Ἑλλήνων ἄγομεν, ἀναθήμασί τε κεκοσμήκαμεν τὰ ἱερὰ αὐτῶν, ὡς οὐδένες ἄλλοι.* Plutarchi in Pericle p. 162. d. de decreto eo auctore facto, e Graecis civitatibus omnibus advocandos esse, et in conventum Athenas mittendos, qui deliberent *περὶ τῶν Ἑλληνικῶν ἱερῶν, ἃ κατέπρησαν οἱ βάρβαροι, καὶ τῶν θυσιῶν, ἃς ὀφείλουσιν ὑπὲρ τῆς Ἑλλάδος εὐξάμενοι τοῖς θεοῖς.* Xenophontis de Athen. Rep. II, 9. p. 696. c. *θυσίας δὲ καὶ ἱερὰ, καὶ ἑορτὰς, καὶ τεμένη, γνοὺς ὁ δῆμος ὅτι οὐχ οἷόν τέ ἐστιν ἑκάστῳ τῶν πενήτων θύειν καὶ εὐωχεῖσθαι, καὶ κτᾶσθαι ἱερὰ, καὶ πόλιν οἰκεῖν καλὴν καὶ μεγάλην, ἐξηῦρεν ὅτῳ τρόπῳ ἔσται ταῦτα.* Aeschinis adv. Ctesiph. p. 133. *ἱερὰ μὲν ἱδρύσατο Παυσανίου, εἰς αἰτίαν δὲ εὐαγγελίων θυσίας τὴν βουλὴν κατέστησε ποιῆσαι.* Alia significatione ita conjunguntur, ut *ἱερὰ* universe *sacra*, *ritus sacri*, dicantur. Apud Xenophontem Hellen. II. p. 474. c. pugna commissa exulum cum XXX viris, Cleocritus praeco sic exules alloquitur: *Ἄνδρες πολῖται, τί ἡμᾶς ἐξελαύνετε· τί ἀποκτεῖναι βούλεσθε; ἡμεῖς γὰρ ὑμᾶς κακὸν μὲν οὐδεπώποτε ἐποιήσαμεν, μετεσχήκαμεν δὲ ὑμῖν καὶ ἱερῶν τῶν σεμνοτάτων καὶ θυσιῶν καὶ ἑορτῶν τῶν καλλίστων.* Plutarchus in Sol. p. 92. b. referens de legibus Solonis ligneis axibus, quae *κύρβεις* dicerentur, inscriptis, subjicit: *ἔνιοι δέ φασιν ἰδίως, ἐν οἷς ἱερὰ καὶ θυσίαι περιέχονται, κύρβεις*, h. e. *quibus leges de sacris* et *sacrificiis* continentur. Sed hoc quidem loco *ἱερὰ* de *templis* potius accipienda esse, suadet locus supra

laudatus, ex Orat. de Permut. Ed. Or. p. 108. e quo, quod ad lectionis varietatem attinet, parum ceteroquin lucis oritur. Nos vulgarem ταῖς θυσίαις ejus generis esse putavimus, ut in textu servari posset: verane sit nec ne firmiter pronuntiare non audemus. (*Bergmann.*) Quod Angerus, Langius et Coraës jure ex Harpocratione reddeperunt (quae enim Bergmannus de Harpocratione memoriter citante indeque lapso habet, facile patet, cur huc quadrare non possint, ubi locum huius ipsius vocis ὁσίοις causa adscripsit) hoc nunc Bekkerus ex Urbin. dedit. De dictione: τῶν ὁσίων καὶ τῶν ἱερῶν cf. etiam Lys. adv. Nicom. p. 862. ibique Markland. Sunt omnino res *profanae* et *sacrae*, sub quibus rebus et pecuniae et aedes intelligi possunt. (*B.*)

ὥστ'] Cett. praeter Bekkerum ὥστε. (*B.*)

τοὺς ἀφικνουμένους] Hoc simpliciter positum nihil aliud significat, quam τοὺς ξένους, quod praeter l. l. ex Or. de Perm. luce clarius docent haec ad Nicocl. p. 19. b. ἅπασι μὲν τοῖς ξένοις ἀσφαλῆ τὴν πόλιν πάρεσχε, καὶ πρὸς τὰ συμβόλαια νόμιμον· περὶ πλείστου δὲ ποιοῦ τῶν ἀφικνουμένων, μὴ τοὺς σοὶ δωρεὰς εἰσάγοντας, ἀλλὰ τοὺς παρὰ σοῦ λαμβάνειν ἀξιοῦντας. Eadem voce utitur in Paneg. p. 49. e. qui locus insignis est de multitudine hospitum Athenas ad πανηγύρεις adventantium. Cf. etiam Aristides Panath. p. 7. a. et 84. b. qui habet compositum εἰσαφικνουμένους. De Permut. p. 106. ed. Orell. §. 242. ed. Ox. τοὺς ξένους τοὺς ἀφικνουμένους dixit Isocrates. Demosth. pro Cor. p. 315. (ed. Tauchn.) τοὺς εἰς τὴν πόλιν ἀνθρώπους ἀφικνουμένους. (*Bergmann.*)

τῶν ἄλλων] Scilicet ἀνθρώπων, dignam orbis terrarum imperio. (*Wolf.*)

τοὺς δὲ τριάκοντα] De tyrannorum triginta, quos Athenis constituerunt Lacedaemonii, crudelitate v. Diod. Sic. lib. 14. fol. 235. sqq. (*Batt.*)

τῶν μὲν ἀμελήσαντας] Τῶν θυσιῶν. (*Wolf.*) Τῶν ὁσίων. (*Cor.*) Si ταῖς θυσίαις in antecedentibus legatur, optime, praeeunte Wolfio in Ann. subintelligitur θυσιῶν: triginta tyrannos vero sacrificia publica neglexisse. Si τοῖς ὁσίοις *aedificiis publicis*, *profanis*, non aeque aptum videtur verbum ἀμελεῖν, nisi eo sensu, ut *nullam eorum curam habuerint*, iisque quasi manum

detraxerint. (*Bergmann.*) Aedificia, quae negliguntur, solent dilabi, cur igitur *ἀμελεῖν* ad *ὁσίοις* minus aptum est? (*B.*)

τὰ δὲ συλήσαντας] *Τὰ* ex Augerii conjectura recepi, quum vulgatum *τοὺς* ad *ἱερά*, (nisi *δόμους* supplere velis) referri nequeat. Pertinet nempe *τῶν μὲν* ad *ὅσια*, *τὰ δὲ* ad *ἱερά*. Quam mutationem probat quoque Segaar. l. c. p. 94. (*Lang.*) *τοὺς δὲ* — *τοὺς ναοὺς*, *καίπερ οὐδετέρου προηγησαμένου*, *τοῖς ἱεροῖς*· *ὃ μὴ ἐπιστήσας Αὐγῆρος διόρθου γράφων τὰ δὲ* .... *Ἔστι δὲ σχῆμα πρὸς τὸ σημαινόμενον*, *καθὰ καὶ τὸ παρὰ τῷ Θουκυδίδῃ* (*B. μζ'*) *Νόσος* .... *λεγόμενον*. *Εἶπε δὲ καὶ ἀλλαχοῦ* (*Πανηγυρ. μά*) *συνωνύμως*, *τοὺς νεὼς κατακαίειν καὶ τῶν ἐμπρησθέντων ἱερῶν*. (*Cor.*) *Τοὺς δὲ* quorsum pertinet? „Neque ad *ἱερά*," inquit Wolfius, „neque ad *θυσίας* referri potest: fortassis omissum est *πολίτας ἢ θεοὺς* aut certe ea vox subintelligitur, nisi forte sit *μνημονικὸν ἁμάρτημα*, ut Isocrates respexerit non ad *ἱερὰ* sed ad *ναούς*." Similia sunt quae scripsit in Castig. p. 820, 48. nisi quod ibi ad *τῶν μὲν ὁμ.* supplet *τῶν θυσιῶν καὶ ἱερῶν*. Verbum *συλᾶν* optime Deorum templis convenit. Vid. Paneg. p. 60. d. et 73. b. Qua propter Segaarius Op. I. p. 94. notavit, forte quem genuinum putare *τὰ*, vel et post *τοὺς δὲ* excidisse *νεὼς*, ob sequens *τοὺς δὲ νεωσοίκους*. „Videtur tamen mihi" sic pergit „jam in Isocrate hic potius quaedam incogitantia, tanquam si scripsisset ante *τοῖς ναοῖς* locum habere cujus plura apud optimos utriusque linguae scriptores reperiuntur exempla. Vid. Hemsterh. ad Lucian. T. I. p. 400. et quos ibi laudat." Idemque p. 104. *τὰ* ab Augerio receptum esse notat, incertum ex ingenione an ex Codd. cum nihil hic notatum sit. Recepit item *τὰ δὲ* Langius. Coraës servat *τοὺς δέ*. Mihi dubium nullum est, quin, quacunque tandem velis ratione, ad *τοῖς ἱεροῖς* referendum sit: nec improbabilis videtur lectio *τὰ δὲ*, quae ob sequens *τοὺς δὲ νεωσοίκους* ipsa facile in *τοὺς δὲ* abire potuit: noluimus tamen in textum admittere. (*Bergmann.*) *τὰ δὲ* cum Bekkero ex Urbinate recepi. (*B.*)

τοὺς δὲ νεωσοίκους] *Νεώσοικοι* (*παρὰ τὸ ναῦς καὶ οἶκος*) *εἰσὶν*, *ἃ Νεώρια καλεῖ Λυσίας ἐν τῷ τέλει τοῦ κατὰ Ἐρατοσθένους*, *γεγονότος ἑνὸς τῶν τριά-*

κοντα· καὶ ὅπερ ἡ νῦν συνήθεια οὐκ ἂν ἀπεικότως καλέσαι, Καραβοστάσια, ὥσπερ ἐκάλουν οἱ πρὸ ἡμῶν οὐ πολλῷ γεγονότες (Δουκαγγ. παράρτ. σελ. 94.) κατὰ τὸν τύπον τοῦ Πορνοστάσια. Ἕτεροι δὲ (Ἁρποκρατ. λέξ. Νεώρια, καὶ Ἡσύχ. λέξ. Νεώσοικοι, μετὰ τῶν σημ.) διαφέρειν οἴονται τῶν Νεωσοίκων τὰ Νεώρια, ὡς ταῦτα μὲν εἶναι τὴν ὅλην περιβολὴν, ἕκαστον δὲ τῶν ἐν αὐτῇ Νεωσοίκων, μιᾶς νεὼς οἶκον εἶναι. (Cor.) Rem ex Isocrate refert Meursius de Fortuna Ath. c. VII. Ejus etiam meminit Lysias adv. Eratosth. in f. p. 446. ὑπέρ τε τῶν νεωρίων ἃ κατέσκαψαν: et adv. Agoratum p. 471. Itaque videntur οἱ νεώσοικοι et τὰ νεώρια promiscue dicta esse. Posteriore vocabulo utitur Isocrates de Pace 179. b. τὰς δὲ τριήρεις ἐκ τῶν νεωρίων ἐξελκύσαντες. Distincte tamen recenset Pollux IX, 28. ubi cf. Hemsterh. Distinxit etiam Gramm. Bekkeri V. I. p. 282.: Νεώσοικοι· καταγώγια ἐπὶ τῆς θαλάττης ᾠκοδομημένα εἰς ὑποδοχὴν τῶν νεῶν, ὅτε μὴ θαλαττεύοιεν· τὰ νεώρια δὲ ἡ τῶν ὅλων περιβολή: qui fere convenit cum Etymologo, nisi quod hic habeat τὸν ὅρον. Illud fortasse rectius, si quidem Demosthenes loco classico περὶ συμμοριῶν p. 184. ait, τοὺς στρατηγοὺς δεῖν διανεῖμαι τόπους δέκα τῶν νεωρίων, σκεψαμένους, ὅπως ὡς ἐγγύτατ' ἀλλήλων κατὰ τριάκοντ' ὦσι νεώσοικοι, quos porro *triginta triremibus* inservire debere ait. Ergo νεώσοικοι *aedificia* erant *singulis triremibus destinata*; νεώρια, *omnium* νεωσοίκων *ambitus*. Cf. etiam Harpocration et ad eum Valesius p. 54. Antiquissima Atheniensium navalia ante Xerxis tempora erant in portu Phalero, teste Herodoto VI, 116.; postea a Themistocle in Piraeum translata sunt. Vid. Meursius in Piraeo cap. X et XI. Locus, ubi ejusmodi navalia erant, dicebatur ἐπίνειον. Cf. Schol. Thucyd. ad I, 30. II, 84. Et videntur fuisse loca tecta: certe Xenoph. Hist. Gr. IV. p. 523. a. memorat τὰ τέγη τῶν νεωσοίκων, quamquam ibi de Atheniensium navalibus non loquitur. (*Bergmann.*) Cf. cum iis, quae Bergmannus disputavit, annot. Amersfoordi ad Demosth. l. l. in Schaefer. App. crit. T. I. p. 774. Codd. Fugg. Bav. et LB. exhibent νεωσοίκους. (*B.*)

ἐπὶ καθαιρέσει] Τοῦ καθαιρεθῆναι ἕνεκα. Sic construe: τοὺς τριάκοντα ἀποδιδομένους (ἀντὶ τοῦ

ἀποδόσθαι) τοὺς νεωσοίκους γʹ ταλάντων ἐπὶ καθαιρέσει etc. Vendidisse navalia III talentis demoliendas ut scilicet emptoribus liceret ligna et lapides, reliquamque materiam in suos usus convertere. Lacedaemonii, ut muros Athenarum diruerant, sic etiam classe urbem spoliarant, ne scilicet rebellare possent Athenienses. Exemplum hic proponitur vanitatis rerum humanarum et inconstantiae. Quae Themistocles muniendae urbis gratia magno labore et sumptu comparaverat, ea exiguo tempore Lacedaemonii dissipant, nec tamen multo post Conon restituit. Sed nec illius labor diu patriae profuit, quae ab Antipatro Macedone post Alexandri Magni obitum aeque servitute oppressa fuit, ac si neque classe neque moenibus munita fuisset, et si illa servitus felicior illis libertate fuit. Hujusmodi fatales sunt imperiorum conversiones quae nulla humana providentia caveri possunt. (*Wolf.*)

ἀποδομένους] Ἐκ τοῦ ἐμοῦ ἀντὶ τοῦ παρ' ἅπασιν *ἀποδιδομένους*. (*Cor.*) Idem praebent Med. et LB. Urb. exhibet *ἀπολομένους*. Ediderunt Aoristum Bergmannus et Bekkerus. Quid praeferendum sit, praecedentia participia *ἀμελήσαντας* et *συλήσαντας* docent. (*B.*)

ἀνήλωσεν] Εἰς *ἀνάλωσεν* ἔτρεψα τὸ παρ' ἅπασιν *ἀνήλωσεν*, διὰ τὸν Ἀττικισμόν. (*Cor.*) Secutus est Bergmannus et Jacobsius. Vide tamen quae supra p. 133. et seqq. de hac re monuimus. (*B.*)

§. 67. *Τῆς δημοκρατίας*] Bekkerus ex Urbin. *τοῦ δήμου* edidit, equidem retinui tamen vulgatum hiatus causa, quem Isocrates ibi quoque vitavit, ubi plenius interpungitur. Vid. Exc. de Hiatu. *Δημοκρατίᾳ* autem saepius actiones et virtutes veluti personae tribui, ex iis, quae supra attuli, patebit. (*B.*)

οἱ μὲν γὰρ] Οἱ τριάκοντα τύραννοι. (*Cor.*)

ψηφίσματι] Vide ultimum Thucydidis et secundum Xenophontis *Ἑλληνικῶν*. (*Wolf.*) Quo scilicet statutum erat, ut Senatum reliquosque magistratus constituerent, et leges conscriberent, secundum quas Resp. administraretur. Posterius neglexerunt: prius ex amicis fecerunt. Vid. Xenoph. p. 461. 462. Diod. Sic. XIV, 4. (*Bergmann.*) Orator hanc vocem addidit, quia in seqq. ei aliam (*κρατήσαντες*) oppositurus erat. Sententia ejus haec est: Eorum, qui ex decreto et lege civitatis impe-

rium nacti sunt, multo magis erat, legitimos et justos se praebere, quam eorum, qui urbem vi ceperunt; tamen hi multo aequiores se praestiterunt, quam illi. (B.)

τὴν πόλιν] Τὴν τῆς πόλεως ἐπιμέλειαν. (Jac.)

πεντακοσίους μὲν καὶ χιλίους] Τοσούτους λέγει καὶ Αἰσχίνης (περὶ παραπρεσβ. σελ. 38.) καὶ Ἡρακλείδης ὁ Ποντικὸς (Πρόδρ. Ἑλλ. Βιβλ. σελ. 206.) Λογένης δὲ ὁ Λαέρτιος (ἐν Βίῳ Ζήνων.) χιλίους καὶ τετρακοσίους· ὅπερ ἐνδέχεται γραφικῶς ἡμαρτῆσθαι. (Cor.) Idem refert adv. Lochitem p. 397. d. In Paneg. c. XXXII. plures tribus mensibus indicta causa ab iis interfectos esse refert, quam civitas per universum imperii tempus condemnasset: ubi cf. Morus. Rem narrant etiam Aeschines de Falsa Leg. l. c. contra Ctesiph. §. 79. ed. Brem. Heraclides de Polit. 2. Diog. Laërt. in Zenon. p. 437. ed. Casaub. Non addito numero refert Lysias adv. Eratosth. p. 407. et 434. Pro Aristoph. bonis p. 616., ita interemtos sit Nicophemum et Aristophanem. In primis eos interfecere qui virtute et divitiis eminebant, unde Isocrates Amart. p. 402. a. ait eo tempore δεινότερον fuisse πλουτεῖν ἢ ἀδικεῖν. Cf. Lysias Pro Niciae bonis p. 605. Fictam moderationem consecuta est tanta crudelitas: qua de re egregia sunt loca Sallustii de bello Cat. c. 51. et Diod. Sic. XIV, 4. ubi cf. Wessel. De nostro loco, uti et universe de historia XXX virorum pauca quaedam dedit Hemsterh. ad Schol. Aristoph. in Plut. p. 440. et seq. (Bergmann.)

ἀκρίτους] Ἄκριτος Harpocr. interpretatur ἀδιάκριτος, ad quem cf. Vales. p. 5. Quinam vere dici possint ἄκριτοι, Lysias eleganter docet adv. Epicr. p. 807. et seqq. (Bergmann.)

φυγεῖν] Aoristum cum Bekkero ex Urbinate recepi pro vulgato φεύγειν, v. loc. simil. Callim. 378. φυγεῖν ἠναγκάσθη et Evag. 194. ubi vulgo φυγεῖν ἠναγκάσθη legebatur pro φεύγειν, quod Bekkerus nunc minus recte, uti mihi videtur ex Urbin. recepit. Similia sunt Paneg. 59. d. et de Big. 351. d. (B.)

πλείους] Τοῦτο, διὰ τὸν Ἀττικισμὸν ἀνθυπέβαλον τῷ παρ' ἅπασι, πλείονας. (Cor.) Quod Coraës conjecit Urbinasque confirmavit, cum Bekkero recepi, v. supra p. 238. et seqq. (B.)

ἠνάγκασαν] Metu, inquit Wolfius, ne et ipsi

per injuriam acciderentur. Recte; sic enim ἀναγκάζειν h. l. intelligendum: *crudelitate sua effecerunt, ut in Piraeum confugere cogerentur quinque millia hominum.* Eodemque modo accipiendum apud Diodorum Siculum XIV, 32.: μετῴκισαν αὐτοὺς εἰς τὸν Πειραιέα, *effecerunt ut in Piraeum habitatum concederent.* Quid porro de illis factum sit, Xenophon docet L. II. p. 470. d. Φευγόντων δὲ ἐς τὸν Πειραιᾶ καὶ, ἐντεῦθεν πολλοὺς ἄγοντες, ἐνέπλησαν καὶ τὰ Μέγαρα καὶ τὰς Θήβας τῶν ὑποχωρούντων. Eos qui in Piraeum aufugerent, eo consilio ut inde navibus elaberentur, persequentes XXX tyranni, *fecerunt ut Thebae et Megara replerentur exsulibus.* Vid. Cl. Wyttenbachii Annotatio p. 406. Ceterum numerum exsulum nusquam alibi me traditum invenire memini. (*Bergmann.*)

οἱ δὲ κρατήσαντες] Scilicet οἱ δημοτικοὶ, οἱ φυγόντες, εἰς τὸν Πειραιᾶ καὶ φυλὴν καταλαβόντες. (*Wolf.*) De reditu exulum, quos urbe fugarunt triginta tyranni, vid. Diod. Sic. 14. fol. 261. (*Batt.*)

κατιόντες] Vulgo legebatur μετιόντες, quod tamen jam Wolfium offendit, qui haec annotavit: „μετιέναι est tractare aliquid, usurpare, sibi vendicare et Accusativum postulat; μετιέναι τὰς ἀρχὰς est petere magistratus. Unde οἱ μετιόντες, idem quod οἱ παραγγέλλοντες ἐπὶ τὰς ἀρχὰς, sunt candidati. Videtur igitur κατιόντες legendum. Nam exules revocati ab exilio; aut quocunque modo recuperata patria, in integrum restituti, κατιέναι καὶ κατελθεῖν dicuntur. Unde κάθοδος φυγάδων. καταδέχεσθαι τοὺς φεύγοντας est non tam revocare, quam redire in patriam exules non prohibere.“ Wolfium ceteri editores secuti sunt praeter Langium et Bergmannum, quorum ille haec disputat: μετιόντες (h. l. absolute *ulciscentes*) accommodatius est quam κατιόντες (*revertentes.*) Similia habet Bergmannus: „οἱ δὲ, inquit, sunt *exsules*, qui partim in Piraeum, partim in alia loca, Megaram, Thebas, aufugerant. Hi κρατήσαντες, *victoria potiti*, (ausi enim erant duce Thrasybulo κατελθόντες πολεμεῖν ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας ut supra dixit, καὶ μεθ' ὅπλων μετιόντες, *et armis persecuti*, hostes, triginta tyrannos eorumque copias, ut non opus sit Wolfii conjectura κατιόντες, *redeuntes ab exilio:* victoria enim accepta eos hostes persecutos esse, diserte Xenophon refert, p. 471. c. et 474. b.“

At illud *κρατήσαντες* quid sibi velit, supra diximus, significat enim non tam *victoria potiti sunt*, quam *vi armorum summarum potiti sunt*. Cur igitur hic addatur, eos hostes persecutos esse, prorsus non patet, nec aptum est. Recte igitur Wolfius *κανιόντες* conjecit, id quod Bekkerus nunc ex Urbin. recepit. (*B.*)

αὐτοὺς τοὺς αἰτιωτάτους τῶν κακῶν ἀγελόντες] *Sublatis non nisi qui maxime malorum auctores fuerant.* Critia et Hippomacho e triginta, Charmide e decem praefectis Piraei proelio caesis (vid. Xenoph. l. c.) tandem Pausaniae quoque opera res eo deducta est, ut pax restitueretur, et unusquisque, *exceptis triginta tyrannis et Undecimviris, et decem Piraei praefectis*, ad sua abiret: nec ita multo post jurejurando se obstrinxerunt, *ἦ μὴν μὴ μνησικακήσειν*, *injuriarum non amplius memores fore.* Res nota est e Xenophonte p. 478. c. et 479. b. (*Bergmann.*) Malim legere *αὐτῶν* scil. *τῶν τριάκοντα* vel *μόνους τούς*. Neque enim omnes sed quidam ex iis interfecti sunt. Reliqui aut mulctati aut in exilium acti. (*Wolf.*) At id, quod Wolfius vult, jam superlativo: *αἰτιωτάτους* est expressum. Mutatione igitur non opus est. (B.)

τὰ πρὸς τοὺς ἄλλους] Ita legendum esse jam vidit Langius, qui tamen *τὰ πρὸς ἄλλους* edidit haec disserens: „Pro *ἀλλήλους*, Auger. e Codd. K. et M. recepit *ἄλλους*. Jure, credebam: nam primum *ἄλλους* oppositum est *τοῖς αἰτιωτάτοις*; *ἀλλήλους*, ut vulgo legitur, non item: deinde distinguuntur etiam h. l. *οἱ κατελθόντες* (cum Thrasybulo redeuntes) ab *ἐκβαλόντες* (a quibus expulsi erant.) Ad hoc posterius *ἄλλους* pertinet, *ἀλλήλους* vero ad utrosque pertineret. Hinc *ἀλλήλους* nullo modo ferri potest. Porro Bav. legit *τοὺς ἀλλήλους*, e quo, quum aperte vitiosum sit, veram hujus loci lectionem esse conjicio: *τοὺς ἄλλους*. At vid. Wolf. ad Demosth. Lept. p. 227." Quam conjecturam Coraës primus recepit haec scribens: *Αἱ πλεῖσται τῶν ἐκδόσεων, τὰ πρὸς ἀλλήλους. Τὸ ἐμὸν ἀντίγραφον ἔφερε οὐδὲν μᾶλλον ὀρθῶς τὰ πρὸς τοὺς ἀλλήλους, ἐξ ἧς γραφῆς ξέσαντός τινος τὸ ἄρθρον, ὑπολέλειπται τὰ πρὸς ἀλλήλους. Ἐκ τούτων οὖν τῶν διαφόρων γραφῶν διεσκεύασα τὸ χωρίον γράψας τὰ πρὸς τοὺς ἄλλους, τουτέστι, τὰ πρὸς τοὺς μὴ αἰτιωτάτους.*" Aliter tamen

sentit Bergmannus „Temere", inquit, „lectionem πρὸς ἀλλήλους sollicitarunt Augerius, Langius et Coraës. Sensus enim est: *sic res inter se pulchre et legitime composuerunt*, nimirum, qui in urbe cum XXX manserant (οἱ ἐκβαλόντες) et qui antea exsules armorum vi reditum sibi in patriam paraverant (οἱ κατελθόντες), ut caet. Xenophon item l. c. habet: οἱ δὲ διήλλαξαν, ἐφ' ᾧ τε εἰρήνην μὲν ἔχειν πρὸς ἀλλήλους. (*Bergmann.*) Locus Xenophontis non quadrat, quia est, οἱ δὲ ibi ad omnes Athenienses ad reversos et ad eos, a quibus hi repulsi erant, referri debet, nostro in loco autem non tam id quaeritur, quales victores se inter se, quam quales se erga ceteros praebuerint, uti jam animadvertit Jacobsius, qui τοὺς ἄλλους edidit, quod nunc Bekkerus ex Urbin. recepit. (B.)

μηδὲν ἔλαττον] Thucyd. I, 105. ἐνόμισαν αὐτοὶ ἑκάτεροι οὐκ ἔλασσον ἔχειν ἐν τῷ ἔργῳ. Herodot. IX, 102. ἠμύνοντό τε καὶ οὐδὲν ἔλασσον εἶχον τῇ μάχῃ. Theocrit. VIII, 35. ἦν δὲ ποκ' ἔνθῃ Δάφνις ἔχων δαμάλας, μηδὲν ἔλασσον ἔχοι. (*Jacobs.*)

τοὺς ἐκβαλόντας] Non triginta tantum tyranni sunt intelligendi, sed ii cives omnes, qui in urbe remanserant, triginta tyrannis suffragati. (*Wolf.*)

CAP. XXVIII.

§. 68. Ὁ δὲ πάντων κάλλιστον] Omnino memorabile exemplum ἀμνηστίας et reconciliatae bona fide gratiae, cujus et Demosthenes in oratione πρὸς Λεπτίνην meminit. (*Wolf.*)

καὶ μέγιστον τεκμήριον] Sic cum Bekkero Urbinatis auctoritate scripsi pro vulgato: τεκμήριον καὶ μέγιστον. (B.)

δανεισαμένων] Rei mentionem fecit etiam Xenophon p. 476. b. Lysias adv. Eratosth. 422. Demosth. adv. Lept. p. 460. (*Bergmann.*)

τῶν ἐν ἄστει μεινάντων] Iidem sunt, qui paullo superius οἱ ἐκβαλόντες vocantur. (*Lang.*) Τῶν ὀλιγαρχικῶν, ἵνα πολιορκήσωσι τοὺς κατέχοντας τὸν Πειραιᾶ, ἤγουν τοὺς δημοτικούς. (*Cor.*)

τῶν τὸν Πειραιᾶ κατασχόντων] Οἱ τὸν Πειραιᾶ κατέχοντες, sunt qui *Piraeum tenebant*, partim

ab initio tyrannidis eo profugi, partim quia aliunde reduces ductu Thrasybuli secum illis conjunxerant. Vid. Xenoph. l. c. et p. 472. c. et 475. b. Wolfii conjecturam κατασχόντων, *qui occupaverant* contra omnium Codicum et Veterum Editionum fidem non recipiendam putavimus. (*Bergmann.*) Receperunt tamen eam, improbantibus Langio et Coraë, Stephanus, Auger. et Bekkerus, qui Aoristum in Urbinate reperit, probandumque eum esse censeo propter ceteros Aoristos. (B.)

πρὸς Λακεδαιμονίους] Sic optime ex Urbino locum Bekkerus dedit pro vulgato: πρὸς τοὺς Λακεδ. Articulus enim ab Isocrate non ad nomina propria populorum et incolarum urbium addi solet v. Exc. IV. in Brem. Ed. et Panath. 281. d. non dubito, quin τὸν Λακεδαιμονίων ἐπαινέτην pro τὸν τῶν Λακ. ἐπ. scribendum sit. (B.)

κοινὴν] *Communem* cum illis. Idem commemorat Demosthen. c. Leptin. c. 10. (p. 460.) λέγονται χρήματα οἱ τριάκοντα δανείσασθαι παρὰ Λακεδαιμονίων ἐπὶ τοὺς ἐν Πειραιεῖ. Ἐπειδὴ δὲ ἡ πόλις εἰς ἓν ἦλθε, καὶ τὰ πράγματα ἐκεῖνα κατέστη, πρέσβεις πέμψαντες οἱ Λακεδαιμόνιοι τὰ χρήματα ταῦτα ἀπῄτουν. Λόγων δὲ γιγνομένων, καὶ τῶν μὲν τοὺς δανεισαμένους ἀποδοῦναι κελευόντων, τοὺς ἐξ ἄστεως, τῶν δὲ τοῦτο πρῶτον ὑπάρξαι τῆς ὁμονοίας σημεῖον ἀξιούντων, τὰ κοινῇ διαλῦσαι τὰ χρήματα, φασὶ τὸν δῆμον ἑλέσθαι συνεισενεγκεῖν αὐτὸν καὶ μετασχεῖν τῆς δαπάνης, ὥστε μὴ λῦσαί τι τῶν ὡμολογημένων μηδέν. (*Jacobs.*)

§. 69. Καὶ γὰρ τοῦ διὰ ταύτην τὴν γνώμην] Effectus seu eventus concordiae, Reipubl. incrementum. Historia de Lacedaemoniis post Leuctricam pugnam afflictis vel ex nostri autoris Archidamo satis nota est. (*Wolf.*) Διὰ ταύτην τὴν γνώμην recte Coraës explicat: διὰ τὴν περὶ τῆς ἀποδόσεως ταύτην κρίσιν. (*Bergmann.*) Spengelius l. l. mavult διὰ τὴν γνώμην ταύτην, v. supra p. 183. (*B.*)

ὥστε Λακεδαιμονίους] Vid. Diodorum Lib. XV. fol. 490. (cap. 63.) (*Wolf.*) Lacedaemoniis clade ad Leuctram afflictis, Thebani, facta irruptione in agrum Laconicum, Spartam ipsam obsederunt. Metu perculsi illi legatos ad Athenienses miserunt, qui auxilia ab iis peterent. Rem narrat Xenophon Hist. Gr. VI. p. 607. c.

— 609. (cap. V.) et significat etiam alibi Isocrates ad Phil. 91. a. de Pace 180. d. (*Bergmann.*)

ἑκάστην τὴν ἡμέραν] Articulum, qui vulgo abest, cum Bekkero ex Urbin. addidi, v. supra p. 207. (*B.*)

προστάττοντας ἡμῖν] Sic verba cum Bekkero Urbin. auctore collocavi, vulgo *ἡμῖν προστάττοντας* exhibent. (*B.*)

δεησομένους] *Δεήσεσθαι ἂν* LB. Ferri posset *δεήσασθαι ἄν*. (*Bergmann.*) *Δεησομένους* unice verum est. (B.)

αὐτούς] Sic edidit Bekker. ex Urbin. pro vulgato *σφᾶς αὐτούς*. Addit tamen: „Praestabat σφᾶς solum." Vid. loc. sim. Plat. 207. et Lys. Diog. 896, 10. *μὴ περιιδεῖν αὐτοὺς ἀποστερηθέντας τῶν πατρῴων* κ. τ. λ. (B.)

ἀναστάτους γενομένους] Τουτέστι, „ἀφανισθῆναι ἵνα μὴ γένωνται ἀνάστατοι." Si verba spectas, videbitur haec esse sententia: Lacedaemonios a Thebanis eversos non esse negligendos, id est: vel ulciscendam factam illis injuriam, vel eos in integrum esse restituendos. Sed est enallage temporis (si tamen non potius *γενομένης* legendum) quae multis exemplis demonstrari potest. Sic igitur hic locus accipiendus est, quasi scriptum esset, *μὴ περιιδεῖν* (non committendum esse), *ὥστε σφᾶς ἀναστάτους γένεσθαι ὑπὸ Θηβαίων*, ut a Thebanis funditus everterentur. Nam Lacedaemonii Spartam adhuc tenebant, sed ne illa quoque pellerentur, metuebant." Coraës simili modo locum ita explicuit: *μὴ ἐᾶσαι αὐτοὺς παντάπασιν ὑπὸ Θηβαίων ἀφανισθῆναι. Λέγει δὲ τὰ κατὰ τὰ Λευκτρικά.*" Quod ad Aoristum attinet, non offendimur si vertimus: petebant, ne Athenienses committerent, ut Lacedaemon everteretur. Nam periculum ita imminebat, ex legatorum sententia, ut eversio urbis proxima et fere praesens esset, nisi auxilium ab Atheniensibus mitteretur. Simili modo loquitur Lysias de Arist. Bon. 157, 64. *μὴ περιιδεῖν ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν ἀναιρεθέντας.* coll. Dem. Polycl. 1007, 5. Illud *ὑπὸ Θηβαίων* autem, quod vulgo post *ἀναστάτους* legitur interpretamentum sapit, et recte a Bekkero Urbinat. auctoritate, ubi non legitur, deletum esse videtur. (*B.*)

τὸ δ' οὖν κεφάλαιον] Contentionem seu comparationem in summam colligit, addita *αἰτιολογίᾳ* com-

memorationis hujus: qua et suspicionem diluit, et aditum sibi parat ad liberiorem corrupti status reprehensionem. (*Wolf.*)

ἑκατέρων] I. e. tum democratiae tum oligarchiae sectatorum. (*Lang.*)

οἱ μὲν γὰρ ἠξίουν — ἔχειν] Οἱ μὲν sunt οἱ τῆς ὀλιγαρχίας ἐπιθυμήσαντες. Οἱ δὲ sunt οἱ δημοτικοὶ καλούμενοι, uti supra dixerat cap. XXVII. De re ipsa comparetur locus adv. Lochitem p. 397. c. αὐτοὶ γὰρ ἡμεῖς δὶς ἤδη τὴν δημοκρατίαν ἐπείδομεν καταλυθεῖσαν, καὶ δὶς τῆς ἐλευθερίας ἀπεστερήθημεν, οὐχ ὑπὸ τῶν ταῖς ἄλλαις πονηρίαις ἐνόχων ὄντων, ἀλλὰ διὰ τοὺς καταφρονοῦντας τῶν νόμων καὶ βουλομένους τοῖς μὲν πολεμίοις δουλεύειν, τοὺς δὲ πολίτας ὑβρίζειν. (*Bergmann.*)

CAP. XXIX.

§. 107. Ταῦτα δὲ διῆλθον] Ἀπολογία interpositae narrationis, seu ἐπιδιόρθωσις quaedam. (*Wolf.*)

τούτων ἕνεκα] Ita Bekkerus recte e Cod. Urbin. scripsit pro vulgato ἕνεκεν, quod uno tantum in loco ab omnibus exhibetur libris, idque in oratione suspecta Euthyn. 403. d. ubi tamen Dindorfius ἕνεκα scripsit, fortasse recte, quia ibidem 401. b. bis et 403. ἕνεκα legitur. Ad Demon. 8. et 12. b. atque Panath. 233. c. nunc quidem ἕνεκεν legitur, sed cum vulgo in his locis ἕνεκα legatur, non dubito, quin certe in Panath. ἕνεκα cum Dindorfio praeferendum sit. Uti autem nostro in loco, sic Lochit. 195. b. nunc recte ex Urbin. ἕνεκα pro vulgato ἕνεκεν receptum vides. Tuentur autem libri omnes illud ἕνεκα ad Demon. 6. e. ad Nicocl. 16. c. 26. 35. e. 40. Paneg. 44. d. 49. d. 51. d. 53. 68. d. 77. b. Phil. 87. b. 105. b. 109. e. Archid. 123. Areop. 150. c. ubi annot. vid. de Pace 167. d. Evag. 191. c. 197. 204. c. Helen. 217. c. Panath. 271. b. et 289. d. Plat. 305. e. Antid. 342. d. §. 87. 152. 161. 163. 174. 232. 304. de Big. 347. d. Aegin. 392. d. Loch. 398. b. Ep. II. 407. 408. d. IV. 414. c. VI. 418. d. 419. c. Eodem jure dubitari potest, an ἕνεκεν in *Demosthenis* scriptis locum suum teneat. Legitur enim nunc apud Bekkerum his tantum in locis: de Pace 59, 6. (ubi Cod.

Σ et Harle. maj. cum Bekkero faciunt, ceteri autem, ἕνεκα tuentur). Phil. II, 69, 13. Steph. II, 1133, 14. (in Lege) Eubul. 1319, 64. bis, ubi Aug. I. et altero in loco simul Cod. r, ἕνεκα praebent, quod Dindorfius his omnibus in locis edidit. Sed in *Lysia* ἕνεκεν non e sede sua moverim. Libri certe tuentur hanc formam Eratosth. 95, 45. Aristoph. bon. 157, 57. Polystr. 161, 36. Quo accedunt Orat. funebr. 191, 10. ubi Bekk. ἕνεκεν cum Cod. Θ scripsit, Cod. U. ἕνεκ' habet. Sed Evand. 176, 9. ubi Cod. C. ἕνεκα exhibet, et Alcib. I, 142, 32. ubi C. εἵνεκα praebet, ἕνεκεν non retinendum esse censeo. v. Brem. Exc. VI. Ceteris in oratoribus ἕνεκεν apud Bekkerum tantummodo legitur Antiph. Or. I. 113, 17. et Andoc. Myst. 5, 32. 9. 67, 18. 141. Alia tamen eaque difficilior quaestio est, num εἵνεκα, quod hic illic sed plerumque cum lectionis varietate exhibetur, in Atticis oratoribus ferri possit. Defenderunt hanc formam Wolf. ad Leptin. p. 97. p. 338. Spalding. ad Mid. cap. 44. Bremi Exc. VI. ad Lys. p. 448. Rue-diger ad Demosth. Olynth. III. (1) p. 169. et Buttmannus Gr. Gr. maj. T. II. p. 293. qui etiam Meinek. ad Menand. p. 394. laudat. Thomas Mag. haec habet: *Καὶ ἕνεκα καὶ εἵνεκα Πλάτων, Δημοσθένης καὶ οἱ ἄλλοι.* Bekkerus εἵνεκα dedit *Antiph.* III. 122, 10. ex Codd. B. L. pro vulgato ἕνεκα, *Andoc.* Myst. II. 86. ex Codd. A. B. pro cett. ἕνεκα, ibid. 14, 403. ex A. cett. ἕνεκα, quod eum recte fecisse fidem faciunt loci Andoc. Myst. 5, 29. 15, 117. Redit. 21, 13. ubi omnes libri εἵνεκα tuentur. In Lysia tamen unus tantum est locus Vuln. 101, 4. ubi Codd. praeter M. pr. m. quam ἕνεκα scripserat, εἵνεκα tuentur. Idem de *Lycurgo* dicendum, ubi Bekkerus quidem 169, 149. εἵνεκα dedit, vulgo tamen ἕνεκα exhibent, et de *Aeschine*, ubi in Tim. 13, 93. εἵνεκα in Codd. bf. autem ἕνεκα praebetur. In Demosthene Bekkerus εἵνεκα edidit his in locis: Ol. I. 17, 28. Leptin. 457, 1. et 2., ubi Cod. K. et Aug. I. ἕνεκα, 469, 41. ubi Codd. *F.Σ.Υ.Ω.* εἵνεκα, cett. ἕνεκα, 483, 88. ubi Cod. r. ἕνεκα, 487, 98. ubi Cod. *K.* ἕνεκα, 501, 145. ubi Codd. Ks. ἕνεκα praebent. Zenoth. 885, 12. ubi Cod. r. ἕνεκα et Steph. I. 1112, 34., ubi nulla notata est lectionis varietas. Dindorfius tamen ubique ἕνεκα edidit. *Εἵνεκεν* duobus tantum in locis Demosth.

Steph. I, 1104, 11. (ubi Dindorf. ἕνεκα) et *Isaei* fragm. I. nunc legitur. Nec hoc tamen, nec οὕνεκα quod nunc tantum Demosth. Timoth. 1200, 53. ubi Reisk. et Cod. r. ap. Bekk. εἵνεκα praebent et Neaer. 1358, 39. ubi corr. v. ἕνεκα exhibet, legitur, probandum esse videtur. Lys. Diogit. 898, 10. libri quidem omnes οὕνεκα praebent, sed Or. XXII, 164, 3. vulgo εἵνεκα exhibent pro οὕνεκα, quod Bekkerus minus recte, uti mihi quidem videtur ex Codd. C. X. recepit. Demosth. Cor. 322, 289. tamen in Epigrammate οὕνεκεν recte locum suum tenere videtur, v. Schaefer. ad h. l. coll. Buttmanno l. l. Jacobsius pro δυοῖν edidit δυεῖν, quod certe non ex usu Isocratis scriptum est. (*B.*)

τὰς — καθεστηκυίας — τὰς — πολιτευομένας] Urbin. vitiose τῶν — καθεστηκότων — τῶν — πολιτευομένων habet. (*B.*)

ἐλαττόνων συμφορῶν] Comparativus pendet a subintellecto ἢ αἱ ὀλιγαρχίαι. Nam hoc est, quod ex comparatione malae democratiae cum oligarchia triginta virorum efficere voluit. (*Bergmann.*)

καὶ κοινοτέρας] H. e. κοινωφελεστέρας, *publicae utilitati magis inservientes.* Eodem sensu occurrit ad Philipp. p. 84. c. ubi in margine notaverat Hemsterhusius, teste Segaario in Act. Traj. T. I. p. 105. Omittunt Med. Ald. (Hagan.) Isingr. (Basil.) Cod. Coll. N. ap. Batt. alii. Addidit Wolfius e Cod. Fug. Invenit Coraës in suo, nos in LB. Verba fortasse ideo omissa sunt, quia non intelligebantur. (*Bergmann.*) Secuti sunt Wolfium Steph. Auger. Langius, Coraës, Bergmannus et Bekkerus, qui sine dubio h. v. in Urbin. legit. De significatione vocis κοινός v. supra p. 182. (*B.*)

τοῖς χρωμένοις] Τοῖς ἐν αὐταῖς πολιτευομένοις. (*Jacobs.*)

CAP. XXX.

§. 71. Τάχ' οὖν] Per occupationem ad objurgationem redit, et libere aperteque corruptum statum reprehendit. (*Wolf.*) *Fortasse vero.* Grammaticus ap. Bekkerum An. Vol. I. p. 309. notavit: Τάχα παρὰ τοῖς ποιηταῖς ἀντὶ τοῦ ταχέως, παρὰ δὲ τοῖς ῥήτορσι τὰ πολλὰ εὑρίσκεται ἀντὶ τοῦ ἴσως κειμένον, ἥκιστα δὲ

παραλαμβάνεται ἐπὶ δισταγμοῦ. Plura et magis distincta habet Thomas Mag. p. 835. (*Bergmann.*)

τις θαυμάσειεν] Sic cum Bekkero Urbin. auctoritate pro vulgato: τινες θαυμάσειαν scripsi. V. supra p. 233. (*B.*)

ὅταν δὲ τύχω πάλιν μεταβαλὼν] Scilicet ἐμαυτόν. Aut ellipsis est, aut enallage generis activi pro passivo μεταβεβλημένος. Antithesis est: Respub., quae res praeclaras gessit, non est mutanda. Altera ἀντίθεσις: Parum sibi constare videtur, qui eandem rem modo vituperat, modo laudat. λύσις Isocratis est: primum, se non totam remp., sed partem aliquam laudare. Deinde: quae in democratia recte fiunt, retinenda: ea vero, in quibus delinquitur, corrigenda esse censet. Est captio ἀπὸ τοῦ κατά τι ἐπὶ τὸ ἁπλῶς. (*Wolf.*) De hac vocis μεταβάλλειν significatione v. Hoogev. ad Vig. p. 185. b. et 592. b. ubi Isocr. Paneg. p. 67. laudatur: νῦν δὲ τοσοῦτον μεταβεβλήκασιν, cui addas Antiph. Or. II, 120. Simili modo Latini voce *mutare* usi sunt v. Ramshorn. Gr. Lat. §. 74. p. 163. (*B.*)

καθεστώτων] Hoc cum Bekkero ex Urbin. pro vulgato: καθεστηκότων recepi, v. supra p. 88. Wolfius nescio quo in libro legit καθεστηκότων. (*B.*)

CAP. XXXI.

§. 72. Ἐγὼ δὲ καὶ τῶν ἰδιωτῶν] Hactenus producta est ἡ ἀντίθεσις. Hic incipit ἡ λύσις, quae constat inficiatione. Non, inquit, totam rempub. laudo, sed quasdam ejus partes. Addita est etiam similitudo declarandi causa. (*Wolf.*)

τοὺς ὀλίγα μὲν κατορθοῦντας, πολλὰ δ' ἐξαμαρτάνοντας] I. e. *pauca bene, multa male gerentes.* Sic eadem verba opponuntur ad Philipp. p. 89. b. πάντες πλείω πεφύκαμεν ἐξαμαρτάνειν ἢ κατορθοῦν. Eodemque fere sensu κατορθοῦν occurrit in Evag. p. 196. e. Frequentius tamen de *felici successu* usurpatur. Cf. Aristot. Rhet. I, 6, 41. 9, 58. Recte jam Wolfius annotavit: „Verbum κατορθοῦν et ad *animum* et ad *fortunam* refertur: κατόρθωμα aut *recte factum* est, aut *successus* et *res bene gesta.*“ Illa significatione

Philosophis usitata vox. (*Bergmann.*) Cett. praeter Bekk. δὲ ἔξαμ. (*B.*)

μέμφομαι] Med. et Hag. μέμψομαι. (*Lang.*)

τοῦ δέοντος] Med. et Isingr. τοῦ δεόντως (*Bergmann.*) Wolfius nescio quo in libro τῆς δ. legit. (*B.*)

πρός γε τούτοις] Recte e suo Codice vulgavit Coraës, nos ex LB. Vulgo πρός τε τούτοις. Γ et Τ saepius confunduntur. Vid. Piersonus ad Moerin p. 343, 376. Et cf. supra cap. XVI. (*Bergmann.*)

τοὺς γεγονότας ἐκ καλῶν] Nobilitate sua, ut in Panegyrico vidimus, valde gloriabantur Athenienses. Isocrates autem κενοδοξίαν illam reprehendit, ac non tantum haereditatem gloriae majorum, sed factorum etiam imitationem ad eos pertinere dicit. (*Wolf.*)

τῶν ὑπερβαλλόντων] *Malim* ὑπερβαλόντων, *ut ad XXX tyrannos referatur.* Wolf. in Cast. Et sic habet LB. (*Bergmann.*) At Isocrates hic in universum loquitur. (*B.*)

τῶν πατέρων] *Καὶ τοῦτο ἐκ τοῦ ἐμοῦ ἀντιγράφου, ἐν ᾧ γέγραπται πρων. Τοῦτο δὲ οὐδὲν ἕτερον εἶναι ἢ τὸ πατέρων, σημειωδῶς κατὰ χρῆσιν γραφικὴν εἰκονιζόμενον, οὐκ ἔστιν ὅστις ἠγνόηκε τῶν καὶ κατὰ μικρὸν χρησαμένων ἀντιγράφοις. Ἀποσκορακιστέον οὖν τὸ παρ' ἅπασι φερόμενον, πατρῴων. Ἀδόκιμον ὡσαύτως καὶ τὸ φερόμενον ἔν τινι τῶν πρὸ ἐμοῦ ἀντιγράφων πατρῶν· οὐ γὰρ κατὰ τὸ θυγατρῶν συγκέκοπται οὔτε τὸ πατέρων, οὔτε τὸ μητέρων.* (*Cor.*) Vulgo τῶν πατρῴων, pro quo Langius in Cod. Bav. reperit τῶν πατρῶν (quod se praeferre dicit sed vid. Coraëm. *B.*) Idem πρων, quod in Coraës Cod., est in LB. Mendum sensisse videtur Wolf. cum scriberet: *Ferri quidem potest possessivum, ut subintelligatur κατορθωμάτων.* (*Bergmann.*)

συμβουλεύσαιμ' ἂν αὐτοῖς παύσασθαι τοιούτοις οὖσιν] Peculiaris constructio notetur, casu participii respondente casui, qui antecedit. Potuisset etiam dicere, παύσασθαι τοιούτους ὄντας. Sed delectatur Isocrates hac constructione: ut alibi, τῶν σοφιστῶν εἶναι προσποιουμένων etc. (*Wolf.*) De hoc Graecorum idiomate in Isocrate satis frequente post *Buttmannum*, *Hermannum*, *Kruegerum* aliosque non est quod dicam;

Pro οὖσιν vulgo exhibent οὖσι, sed vid. quae supra p. 185. disputavimus. (*B.*)

§. 73. Ἔχω — ἡγοῦμαι γὰρ δεῖν] Sic cum Bekkero Urbinatem secutus scripsi pro vulgato: ἔχων — ἡγοῦμαι δεῖν. Multo melius enim usui Isocratis convenit, talia non per participia, sed post brevem aliquam sententiam per γὰρ conjungere. Exempla hujus usus quaque fere pagina reperies. (*B.*)

οὐ μέγα φρονεῖν οὐδ'] Vulgo legitur: μὴ μεγαλοφρονεῖν μὴ δ'. At μέγα φρονεῖν nunc ubique in Isocrate est editum, non μεγαλοφρονεῖν v. Nicocl. 20. e. 34. 35. Paneg. 57. 59. 76. c. Phil. 107. de Pace 169. c. Evag. 197. e. Helen. 208. 215. Busir. 223. d. Panath. 285. d. Antid. §. 309. n. 344. e. de Big. 352. d. Ep. IX, §. 19. Recte igitur Bekkerus ex Urbin. μέγα φρονεῖν recepit. οὐ et οὐδ' autem hic propterea praeferendum esse visum est, quia hic de re quae profecto aderat (de superbia Atheniensium) sermo est. (*B.*)

κακοδαιμονησάντων καὶ μανέντων ἀνθρώπων] Triginta tyranni intelligantur. Κακοδαιμονᾶν est *furiis esse percitum et a malo genio agitari.* κακοδαιμονεῖν vero idem quod δυστυχεῖν, etsi Hesychius κακοδαίμονα interpretatur τὸν ἀτυχῆ, τὸν θεῷ ἀπεχθῆ (sic enim lego ἀντὶ τοῦ ἐπαχθῆς) τὸν τὴν ψυχὴν ἔχοντα ἐμπαθῆ. (*Wolf.*) Κακοδαιμονησάντων συνώνυμόν ἐστι τοῦ ἐπαγομένου μανέντων, παρὰ τὸ κακοδαιμονάω. Ἀριστοφάνης γε μὴν καὶ πλεῖόν τι σημαίνειν ἔοικε βούλεσθαι τὸ κακοδαιμονᾶν τοῦ μαίνεσθαι, ἐν οἷς φησὶ (Πλοῦτ. 501.)

Τίς ἂν οὐχ ἡγοῖτ' εἶναι μανίαν, κακοδαιμονίαν τ' ἔτι μᾶλλον;

καθὰ καὶ ἐν τῇ συνηθείᾳ ἐπὶ πλέον ἐστὶν ὁ δαιμονισμένος τοῦ μανιακοῦ. (*Cor.*) *Si legibus melius pareamus quam furentes et insanientes homines.* Intelligendum de tyrannico furore, quo et XXX viri et omnes paucorum imperii fautores in leges violandas et miseros cives vexandos ferebantur. Sic etiam de Pace 181. b. mentio fit τῆς ἐπὶ τῶν τριάκοντα μανίας: et mox hoc ipso cap. memorat τὴν τῶν τριάκοντα πονηρίαν. Verbum κακοδαιμονᾶν proprie *malo genio agitari*, vel significat *furere*, estque fere synonymum τοῦ μαίνεσθαι, ut h. l. et apud Xenophon. Mem. II, 1, 5. Aristoph. Plut.

372, ubi cf. Spanhemius, vel adversa fortuna uti, ita ut opponatur τῷ εὐδαιμονεῖν, quippe veteres δαίμονος nomine etiam fortunam intelligebant: ita certe hujus significationis rationem exposuit Muretus ad Cic. Cat. II Opp. T. II. p. 552. Eo sensu occurrit ap. Dinarchum adv. Demosth. p. 63. εἰ μὲν οὖν ἔτι δεῖ τὴν πόλιν τῆς Δημοσθένους πονηρίας καὶ ἀτυχίας ἀπολαύειν, ἵνα πλέον κακοδαιμονῶμεν, ut majoribus premamur cladibus vertit interpres. Minus recte Stephanus in Thes. videtur distinxisse inter κακοδαιμονεῖν, adversa fortuna uti, et κακοδαιμονᾶν, malo genio agitari, si quidem illud Atticis non fuit in usu, excepto Thoma Magistro p. 499. ubi vide annott. (*Bergmann.*) Verum esse hanc Bergmanni sententiam docebit te Lobeckius ad Phrynichum p. 81. coll. Wurmio in Comment. ad Dinarch. p. 147. et Schaefero in Appar. ad Demosth. T. I. p. 499. Thomas Mag. autem haec habet: κακοδαιμονεῖν οἱ νόθως ἀττικίζοντες, οἱ δὲ γνήσιοι κακοδαιμονᾶν. Quod autem Urb. pr. ἀνθρώπων omittit, non offendet, quia haec prima manus multa, quae prorsus necessaria sunt, omisit. (*B.*)

τυγχάνοιμεν] Optativum rectissime ex Urbin. restituit Bekkerus pro vulgato τυγχάνομεν, quia orator, ne auditores offendat, hoc ut tale proponit, quod ex sua tantum sententia fortasse esse possit. (*B.*)

πρὸς γὰρ τὴν ἀρχὴν ἀποβλέψαντες] In exordio παραινέσεως (2. b.) praecipit τῶν σπουδαίων, μὴ τῶν φαύλων, εἶναι μιμητάς. (*Wolf.*)

ἄλλως τε καὶ] Pro vulg. ἄλλως τε e conjectura recepit Augerus, in Cod. Bav. invenit Langius, in suo Coraës, nos in LB. (*Bergmann.*)

προσῆκον ἡμῖν βελτίστοις] Καὶ μάλιστα διότι προσήκει ἡμῖν διαφέρειν ἁπάντων τῇ ἀρετῇ. Ἀντὶ τοῦ προσῆκον ἡμῖν ἐν τισὶ τῶν πρὸ ἐμοῦ (Cod. Bav. ap. Lang. atque Codd. H. et I. ap. Aug.) καὶ τετάρτῳ τῷ ἐμῷ ἀντιγράφῳ φέρεται προσῆκον ἡμῖν ἐστιν. (*Cor.*) Idem (ἐστι) addit LB. cf. Nicocl. 28. e. coll. Bernhardy in Synt. Gr. p. 470. qui tamen errat censens, hunc usum minoris esse auctoritatis, quam δέον. (*B.*)

CAP. XXXII.

§. 74. *Καὶ ταῦτον εἴρηκα τὸν λόγον*] In exordiis concionum, quae inter opera Demosthenis extant, quidam non utilia tantum et salutaria reipub. sed ea etiam dicenda esse censet, quae Athenienses ferre possint, laudis avidi et reprehensionis impatientes. Ad eum modum Isocrates hic cives suos tractat, et varias laudationes ac reprehensiones commiscet, et ab his ad illas, ab illis ad has, subinde transit. Ut igitur modo perperam facta reprehendit, ita nunc ad summam laudem eos adhortatur, argumento a praestantia ingeniorum ducto, qui locus facultatis est, sine qua voluntas parum potest. (*Wolf.*)

πολλάκις ἤδη καὶ πρὸς πολλούς] In Panegyrico et oratione de Pace. (*B.*)

ἐπίσταμαι γὰρ — διαφέροντας] Ad hunc locum intelligendum evolvenda erit Plinii naturalis historia, aliorumque libri, qui de rerum natura scripserunt. Attingitur et a Virgilio in primo Georgicorum

— Non omnis fert omnia tellus.

(*Wolf.*) Elegans comparatio, si qua est, sed ad cujus elegantiam penitus perspiciendam animadvertendum est *τοῖς ἄλλοις τόποις*, h. e. *ταῖς ἄλλαις χώραις*, *reliquis regionibus*, quae feraces erant fructuum, arborum, animalium, Isocratem opponere *τὴν ἡμετέραν χώραν*, h. e. Atticam, cujus, quamvis melle et olivis abundaret universe solum erat siccum et sterile, quod vel e Thucydide I. 2. notum, multorum poëtarum scriptorumque testimoniis confirmatur, quorum complura collegit Doct. Willetus ad Galeni Protrept. p. 92. Sensus itaque huc redit: „ut reliquae regiones suos quaeque fructus, arbores, animalia habent, sibi propria, atque a reliquarum regionum proventibus natura differentia; sic nostra regio, non illa quidem ita frugum ferax est, sed multo meliora et praestantiora profert, homines, eosque, qui non solum ad omnia regenda ac perficienda optima indole praediti sint, sed fortitudine et virtute reliquarum omnium regionum incolis antecellant.“ Elegantiam hujus loci in eodem argumento satis bene assecutus est Aristides in Panath. p. 11. a. b. Quod autem ad illud attinet, unde

comparatio desumta est, aliis in terris alia crescere, de eo argumento egregie cecinit Virgilius Georg. I, 53—59.:

Hic segetes, illic veniunt felicius uvae:
Arborei foetus alibi, atque injussa virescunt
Gramina. Nonne vides, croceos ut Tmolus odores,
India mittit ebur, molles sua thura Sabaei.
At Chalybes nudi ferrum, virosaque Pontus
Castorea, Eliadum palmas Epiros equarum?
Continuo has leges, aeternaque foedera certis
Imposuit natura locis.

Conf. etiam II, 116. et sqq. Nec minus egregia sunt haec Themistii, diversitatem istam a Prometheo repetentis, Or. V. p. 122.: ὁ δὲ (De Prometheo sermo est) αὐτὴν τὴν γῆν κατεποίκιλλε, καὶ διένεμεν ἑκάστῳ μέρει τὰ παρὰ τῶν θεῶν δεδόμενα νέμων δὲ τὴν μὲν ληΐων εὔφορον ἀπεργάζετο, τὴν δὲ ἀμπέλοις ἐκόσμει, τὴν δὲ τῷ καρπῷ τῆς Ἀθηνᾶς, ἄλλην δὲ ἀκροδρύων πλήθεσιν, ἄλλην δὲ ὕλης εὐτροφίᾳ καθάπερ κόμῃ· καὶ τῇ μὲν χρυσὸν ἐγκατέσπειρε, τῇ δὲ χαλκὸν, τῇ δὲ ἄργυρον, τῇ δὲ ἄλλο τι τοιοῦτον, ἐπανισῶν ὅτι μάλιστα ἑκάστῳ μέρει τὸν κόσμον. (*Bergmann.*)

ἐν μὲν τοῖς] Urbin. μὲν omittit, qua tamen particula propter sequens τὴν δ' ἡμετέραν vix carere possumus, v. supra p. 184. (*B.*)

φύσεις ἐγγιγνομένας καρπῶν κ. τ. λ.] Istud φύσεις καρπῶν καὶ δένδρων nihil aliud esse videtur, quam periphrasis pro καρποὺς καὶ δένδρα. Quem usum vocis φύσις apud Graecos, uti et *natura* apud Latinos, frequentem esse, compluribus exemplis ostendit Cl. Wyttenbachius ad Platonis Phaedonem p. 232., e quibus unum hoc referamus, quod maxime ad rem praesentem facit, Dionis Chrys. Or. XXXV. p. 435. c.: εἰσὶ δὲ λειμῶνες αὐτόθι παγκαλοί, καὶ φύσις (uti pro φύσιν emendat Wytt.) ἀνθῶν τε καὶ δένδρων. (*Bergmann.*) Non sine causa orator φύσεις καρπῶν scripsit; non enim tam hoc vult, hanc terram illas fruges, illam has procreare, quam in hac praestantiores, in illa viliores crescere; ergo magis de *indole* et *natura* frugum in singulis terris diversa sermo est; alioquin comparatio non satis apta esset. Quaeque enim terra viros procreat, sed Attica praestantiores quam ceterae. Nec in Dionis loco de periphrasi cogitandum sed potius φύσιν retinendum, ut sen-

sus sit: prata, ibi pulcherrima et excellentissima sunt indole naturaque florum et arborum. Pro ἐγγιγνομένας Ald. ἐγγινομένας habet v. supra p. 197. (*B.*)

ἰδίας ἐν ἑκάστοις] Ἰδίας e conject. recepi; vulgo ἰδέας. (*Lang.*) Παρείληφα τὴν διόρθωσιν Λαγγίου ἀντὶ τοῦ παρ' ἅπασι φερομένου ἰδέας (ἀνθ' οὗ ἐν τῷ ἐμῷ ἀντιγράφῳ διὰ διφθόγγου εἰδέας). Ἔοικε δ' ὁρμηθῆναι ἐπὶ τὴν διόρθωσιν, διὰ τὸν ἐπαγόμενον καὶ ὁ δὲ νοῦς πρόδηλος. Ἔστι μέντοι καὶ τὰ ἰδέας (ὅ ἐστι μορφὰς) κατὰ χώραν ἐῶντας, περιαιρεῖν ὅλως τὸν καὶ ἢ τρέπειν εἰς τὴν κατά, ἵν' ᾖ κατὰ πολὺ διαφερούσας. (Ἐπελαθόμην προσσημειώσασθαι ὅτι καὶ ὅπου ἂν Ἰσοκράτης χρῆται (χρῆται δὲ πολλάκις) τῇ λέξει ἰδέα, μόνον οὐχ ἁπανταχοῦ ἐν τῷ προειρημένῳ ἀντιγράφῳ διφθογγογραφούμενον φέρεται εἰδέα. Αὕτη δὲ τῆς γραφῆς ἡ διαφορὰ διασαφεῖ μάλιστα τὰ εἰρημένα μοι ἐν τοῖς προλεγομένοις τῆς παρούσης ἐκδόσεως (σελ. λβ′—λη′) περὶ τοῦ εἶσος καὶ ἴσας. Ὥσπερ γὰρ ἐν ἐκείνῳ τῆς ἀρχαιοτάτης γραφῆς διὰ διφθόγγου οὔσης, ἡ δημοτικωτέρα ἀποβαλοῦσα τὸ ἀρχικὸν ε, εἰς τὸ βραχυπαράληκτον ἴσος μετεποίησε τὸ εἶσος, οὕτως ὑποληπτέον κἀνταῦθα τοὺς μὲν ἀρχαίους γράφειν εἰδέα παρὰ τὸ εἴδω ῥῆμα, παρὰ δὲ τοῖς ὕστερον βραχυνθῆναι τὴν πρώτην συλλαβήν, τῇ ἀποβολῇ τοῦ ε· οὐχ οὕτω γε μήν, ὥστε καὶ τέλεον ἀπηρχαιῶσθαι τὴν προτέραν γραφήν, παρὰ τοῖς ποιηταῖς μάλιστα, οἷς ἔμελλέ που καὶ χρήσιμος ἔσεσθαι διὰ τὸ μέτρον ἡ διφθογγογραφουμένη εἰδέα. Παρὰ γοῦν τῷ Ἀριστοφάνει, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ μονοφθόγγως ἐκφέροντι τοὔνομα, ἔστιν οὗ (Θεσμοφ. 436.) καὶ διφθογγογραφεῖται,

Πάντα γὰρ λέγει δίκαια· πάσας δ' εἰδέας
Ἐξήτασεν· πάντα δ' ἐβάστασεν φρενί.

(*Cor.*) LB. distincte habet ἰδέας. Ζώων ἰδέας *animalium genera*, eodem redit ac si dixisset ζῷα, et frequens ea significatione est vocabulum ἰδέα Isocrati. Panath. p. 259. e. ubi memorat τρεῖς ἰδέας τῶν πολιτειῶν. Hel. p. 210. e. de Perm. p. 319. c. Nec tamen puto temere scripsisse Wolfium in Ann. ad ista ἐν μὲν τοῖς ἄλλοις τόποις — ἐν ἑκάστοις. „Durior constructio nec mendi suspicione vacat. Etsi hujusmodi sive trajectiones verborum, sive pleonasmi, passim apud bonos auctores oc-

currunt." Inest enim et meo sensu nescio quid duri, ut si modo codicum auctoritas accederet, malim elegantem conjecturam Langii legentis *ἰδίας*, quae certe universae orationi melius convenire videtur: magis utique probanda, quam, quod Coraës proposuit, servata lectione *ἰδέας*, in sequentibus legere *κατὰ πολὺ διαφερούσας*. Mihi aliquando in mentem venerat legendum esse *φύσει ἐγγιγνομένας κ. τ. λ.* ita ut *ἰδέας* etiam ad *καρπῶν καὶ δένδρων* referretur: *natura*, h. e. propria cujusque regionis indole, *singulis inesse genera frugum et arborum et animalium, eaque multum a reliquis* (h. e. a reliquarum regionum frugibus) *diversa*. Sed possumus omni conjectura carere, dummodo, quod et in ipsa illa interpretatione feci, in verbis *καὶ πολὺ τ. ἄ. δ.* particula *καὶ* intensive accipiatur, ac si scriptum sit *καὶ ταύτας, et eas quidem* sive *vel eas multum ab aliis diversas*. (*Bergmann.*) Quas Coraës et Bergmannus (qui tamen in textu *ἰδίας* retinuit) proposuerunt conjecturas, ita sunt comparatae, ut ad eas redarguendas non multis opus sit verbis. Unice verum est, quod Bekkerus quoque probavit, *ἰδίας*. Debebat tamen V. Exc. qui *ἰδίας* sine dubio in Urb. invenit de hac lectione aliquid monere, cum ceteri omnes Codd. *ἰδέας* exhibeant. *ἐν ἑκάστοις* hic appositio est, cujus usus plura exempla alia quidem de causa attulit Matthiaeus Gr. Gr. §. 302. a. Quod si est, *ἕκαστος* ad id verbum, ad quod sensu est referendum (hic *ἰδίας* et *διαφερούσας*) apponi solet. Strangius in Seebod. Arch. Philol. et Paedag. 1830. N. II. p. 84. verba sic struxit: *ἐπίσταμαι — τόποις ἐν ἑκάστοις καρπῶν καὶ δένδρων καὶ ζώων φύσεις ἐγγιγνομένας ἰδίας καὶ πολὺ τῶν ἄλλων διαφερούσας* coll. Plataic. 297. *ὥστε μὴ μόνον ἡμῖν εἶναι τὸν ἀγῶνα πρὸς τούτους, ἀλλὰ καὶ τῶν ῥητόρων πρὸς τοὺς δυνατωτάτους*, quem tamen locum multo alius esse generis V. D. ipse non negabit. (*B.*)

τὴν δ' ἡμετέραν χώραν] Sic apud Homerum (Od. IX, 27.) *τρηχεῖ' ἀλλ' ἀγαθὴ κουροτρόφος*. Nam et Attica fuit *λεπτόγεως*. Sed cum in tota hac inferiore natura nihil sit homine praestantius, hoc est, rationis et orationis facultate, et agnitione cultuque Dei: quae major laus esse potest regionis, quam gignere praestantes viros? (*Wolf.*) Eadem laus Atticae tribuitur De Pace 178. b. *ῥᾴδιόν ἐστι καταμαθεῖν καὶ τὴν χώραν ἡμῶν*,

ὅτι δύναται τρέφειν ἄνδρας ἀμείνους τῶν ἄλλων. De Italia idem cecinit Virgilius Georg. II, 168. et sqq. (*Bergmann.*)

φέρειν καὶ τρέφειν] Sic cum Bekkero ex Urbin. edidi pro vulgato: καὶ τρέφειν καὶ φέρειν, quod Bergmannus ita defendit: „Est in his elegans gradatio: magnum est, si qua regio, aliunde advenas, τρέφῃ, *nutriat*, *alat*, *foveat*, veluti *nutrix*, τροφός: majus etiam, si eos ipsa φέρῃ, *proferat*, si ipsa eorum quasi *mater* sit. Respicitur origo Atheniensium, qui sese αὐτόχθονας ferebant, habebantque ταύτην τὴν χώραν τροφὸν, ἐξ ἧσπερ ἔφυσαν, ut ait in Panath. p. 258. c. Classica hac de re loca sunt Paneg. c. IV. ubi aliorum loca notavit Morus nota d. tum Thucydidis I, 2. Cf. etiam Aristides p. 6, a. Hinc apparet, quam egregie fallatur, qui putet scribendum potius fuisse φέρειν καὶ τρέφειν, cum tamen illud hoc antecedere debeat.“ At de advenis praeclaris, quos Attica prae ceteris nutriverit, cogitari nequit, cum Athenienses, uti antiqui omnino nequaquam advenarum praestantissimorum frequentiam, sed potius *civium suorum* virtutes gloriari solerent. Huc accedit, quod Isocrates hic magis de eo loquitur, quod terra Attica *proprium* procreet et nutriat, comparatque eam hac de causa cum aliis terris, quae proprias herbas et arbores procreant. Jure igitur nunc verba inverso ordine leguntur, procreationem enim sequitur nutricatio. Quod autem alterum καὶ deletum est, non minus probabis. Causa enim nulla est, cur Isocrates duo illa disjungat, cum hoc ubique fieri soleat, ut terra quae fruges quasdam proprias procreet, has quoque alat et nutriat. (*B.*)

πρὸς τὰς τέχνας καὶ τὰς πράξεις εὐφυεστάτους] Πρὸς τὰς τέχνας εὐφυέστατοι dicuntur quoque Athenienses in Paneg. 47. b. e quo loco apparere videtur, intelligi eorum sagacitatem in inveniendis, quae ad meliorem vitae cultum ducunt. Nostro autem loco τέχναι et πράξεις ita distingui possunt, ut illud ad artium inventionem et cognitionem referatur, hoc ad eorum usum in vitae commodum: ut sensus sit, *eos optima indole praeditos esse non tantum ad inveniendas et addiscendas artes, sed etiam ad eas in vitae utilitatem exercendas, adhibendas.* (*Bergmann.*) Quasnam artes intellexerit, patet ex Paneg. l. l. πράξεις autem sunt res

praeclare gestae, tum in hostibus fortiter impugnandis, tum in rebus publicis prudenter constituendis. Non solum enim in artibus, sed etiam in vita publica insignis esse debebat, qui ab omni parte laude dignus haberi volebat. Post τὰς πράξεις Bekkerus ex Urbin. καὶ τοὺς λόγους addidit, quae ut ex interpretamento orta iterum delevi. Similia additamenta sunt Plataic. 301. d. ubi vulgo εἰς τοῦτ' ἀνανδρίας καὶ πονηρίας καὶ ἀφροσύνης legebatur, nunc autem καὶ ἀφροσύνης ex Urbin. deletum est. Eodem modo ad Nicocl. 20. a Bekkero ex Urb. post verba μετὰ φόβων καὶ κινδύνων additum est καὶ κακίας, quod additamentum ne satis quidem aptum videtur, cum de causis sermo sit, cur reges quidam non felices praedicandi sint. (De Big. 354. in verbis: περὶ δὲ τῶν ἐνθάδε χορηγιῶν καὶ γυμνασιαρχιῶν καὶ τριηραρχιῶν, vox: καὶ γυμνασιαρχιῶν, quam Urb. non habet, certe suspecta est.) De Pace 171. e. in verbis: τήν τ' εὐσέβειαν καὶ τὴν σωφροσύνην καὶ τὴν δικαιοσύνην καὶ τὴν ἄλλην ἀρετήν, non dubito, quin καὶ τὴν δικαιοσύνην cum Urb. pr. delendum sit. Isocrates enim tres praeclarissimas hominis virtutes εὐσέβειαν, δικαιοσύνην et φρόνησιν esse censet et quidem τὴν εὐσέβειαν τὴν περὶ τοὺς θεοὺς, τὴν δικαιοσύνην τὴν περὶ τοὺς ἀνθρώπους καὶ τὴν φρόνησιν τὴν περὶ τὰς ἄλλας πράξεις, v. Panath. 275. d. coll. 278. Interdum tamen duas etiam tantummodo statuit virtutes σωφροσύνην et δικαιοσύνην, v. Nicocl. 32. d. coll. 33. et 35. b. 36. b. in verbis ἐπῄνησα τὴν σωφροσύνην vulgo rectius καὶ τὴν δικαιοσύνην addere videatur, ubi Panath. 247. b. Bekk. hanc vocem recte ex Urbin. addidit. σωφροσύνης loco autem interdum etiam duas alias affert ἀνδρίαν et σοφίαν Evag. 193. c. Helen. 208. et 216. e. aut φρόνησιν Phil. 104. c. et Nicocl. 36. a σωφροσύνη ἐγκράτειαν sejungit. Aliis autem in locis σωφροσύνης loco ἀρετὴν nominat eamque cum δικαιοσύνη conjungit, v. de Pace 188. Antid. 342. c. et §. 293. Panath. 280. b. σοφίαν quidem solum cum δικαιοσύνη conjungit, addit tamen deinde καὶ τῶν ἄλλων ἀρετῶν sed de Big. 352. solam ἀνδρίαν opposuit τῇ δικαιοσύνῃ, in de Pace 165. e. 166. Panath. 258. c. et 271. d. solum εὐσέβειαν et δικαιοσύνην conjunxit. Patet tamen ex his, si ἀρετή et δικαιοσύνη conjunguntur, illam σωφροσύνης loco esse scriptam, ita ut si σωφροσύνη

ipsa etiam additur, haec vox ut superflua suspecta sit, et revera Codices iis omnibus in locis, quibus hae tres voces sunt conjunctae, id quod non solum in loco supra ex orat. de Pace illato factum vides, ubi Bekk. καὶ τὴν δικαιοσύνην uncis inclusit, quos Dindorf. non removere debebat, sed etiam Soph. 295. d. ubi in verbis: πρὸς ἀρετὴν σωφροσύνην ἂν καὶ δικαιοσύνην apud Stobaeum recte καὶ σωφροσύνην omissum est. Nec minus Permut. 261. c. cum Bekkero fecerim, qui in verbis: ἐν ἀρετῇ καὶ δικαιοσύνῃ καὶ πολλῇ σωφροσύνῃ illas voces καὶ δικαιοσύνῃ uncis inclusit (quos Dindorf. removit), quia non in Urb. pr. leguntur; ἀρετὴ enim ut saepe σωφροσύνης, sic etiam δικαιοσύνης locum tenere potest. Quibus addas Antid. §. 118. ubi in verbis Περικλῆς ὁ μεγίστην ἐπὶ σοφίᾳ καὶ δικαιοσύνῃ καὶ σωφροσύνῃ δόξαν εἰληφώς, Cod. Laur. recte καὶ σωφροσύνῃ omittere videtur. Interpretamentum esse etiam in loco Phil. 109. c. censeo in verbis: κατὰ δὲ τὴν εὐδοξίαν καὶ τοὺς ἐπαίνους καὶ τὴν φήμην καὶ τὴν μνήμην τὴν τῷ χρόνῳ συμπαρακολουθοῦσαν, ubi Bekkerus verba καὶ τὴν μνήμην ex Urbin. addidit; quod quam sit molestum et superfluum facile videbis. Nec aliter statuo de loco Panath. 252. b. ubi Bekkerus in verbis: τότε μὲν γὰρ εἰς ἄγνοιαν καὶ πλάνον καὶ λήθην ἐνέπεσον, τὸν πλάνον ex Urbino addidit, sed μακρολογία illa et λήθη quam Panath. 250. e. sibi vitio verti posse dicit, verbis ἄγνοια et λήθη jam expressa est. Dicit enim ibi se modum in Agamemnonis virtutibus enarrandis oblitum esse et ignorasse. Sic etiam Archid. 124. d. olim τὴν χώραν καὶ τὴν πόλιν καὶ πατρίδα legebatur, ubi tamen nunc recte καὶ τὴν πόλιν ex Urbin. deletum est. Idemque statuo Panath. 287. in verbis: ἐν δὲ τῇ Σπαρτιατῶν οὐδεὶς ἂν ἐπιδείξειεν οὔτε στάσιν οὔτε σφαγὰς οὔτε φυγὰς ἀνόμους γεγενημένας, οὐδ' ἁρπαγὰς χρημάτων οὐδ' αἰσχύνας γυναικῶν καὶ παίδων, ἀλλ' οὐδὲ πολιτείας μεταβολὴν οὐδὲ χρεῶν ἀποκοπὰς οὐδὲ γῆς ἀναδασμὸν οὐδ' ἄλλ' οὐδὲν τῶν ἀνηκέστων κακῶν, ubi Bekkerus verba οὔτε στάσιν ex Urb. addidit, quod tamen interpretamentum vocum οὔτε σφαγὰς οὔτε φυγὰς (quae ultima in vett. edd. minus recte omittuntur) esse censeo. Fortasse etiam Panath. 238. d. huc referendum est, ubi nunc haec leguntur: τὴν αὐτὴν δὲ γνώμην ἔχω καὶ περὶ

τῶν δημηγορεῖν δυναμένων καὶ τῶν περὶ τὴν γραφικὴν τῶν λόγων εὐδοκιμούντων ὅλως δὲ περὶ ἁπάντων τῶν περὶ τὰς τέχνας καὶ τὰς ἐπιστήμας καὶ τὰς δυνάμεις διαφερόντων. Hic enim Bekkerus verba: περὶ τὰς τέχνας καὶ ex Urbin. addidit, quorum tamen notio jam in praecedentibus inest. Poterant facillime ex seqq. p. 239. hic inseri. Non tamen probarem, si Bekkerus Helen. 213. b. in verbis: οἳ τάχει καὶ ῥώμῃ καὶ τόλμῃ διενεγκόντες τὰς μὲν ἐπόρθουν, τὰς δ' ἤμελλον. ταῖς δ' ἠπείλουν τῶν πόλεων Urbinatem secutus esset et καὶ τόλμῃ delevisset, concinnitas sermonis enim uti in seq. verbis, sic hic quoque tria verba postulat. Idemque statuo Panath. 245. d. ubi vulgo καὶ Τορωναίων omittunt, et de Pace 162. b. ubi Dionysius non male καὶ Κῴους addidit, quod Wolfius et cett. edd. praeter Lang. et Bekk. receperant, et Archid. 131. b. ubi Dionys. et nonnulli Codd. καὶ Ἰταλίαν addunt, ubi tamen ordo verborum fortasse mutandus est v. Exc. de Hiatu. De Pace 165. c. in Cod. Cor. aliisque οὔτε πρὸς δόξαν omissum est, quibus aegre caremus, et Archid. 133. b. vulgo καὶ τὰς δυναστείας non habent. Sed Ep. II, 411. ubi vulgo εὐδαιμονία καὶ ante εὐνοίᾳ inseritur, Nicocl. 27. d. ubi in Cod. ζωῇ καὶ ante φύσει, Archid. 128. b. ubi vulgo μέχρι θανάτου ante μάχεσθαι additur, Bekkerus veram lectionem jam ex Urbin. restituit. Idemque debebat facere Evag. 197. b. ubi in verbis: τὰς ἀληθινὰς τῶν ῥαθυμιῶν οὐκ ἐν ταῖς ἀργίαις, ἀλλ' ἐν ταῖς εὐπραγίαις καὶ καρτερίαις ἐνούσας, voces καὶ καρτερίαις non solum uncis includendae erant (quos Leloupius certe non removere debebat) sed prorsus delendae, quippe quae in Urbin. non leguntur concinnitatemque orationis turbent, cum uni voci ταῖς ἀργίαις non soleant duae opponi. Magis res dubia est Panath. 264. ubi Bekkerus ex Urbin. post ἔλεγχον καὶ λόγον addit, quae verba sane et superflua et molesta esse videntur, nisi λόγον ita explicas, ut *longior* intelligatur *rei explicatio*, et Antid. §. 184. ubi in Urb. pr. post τῶν ὅρκων verba καὶ τῶν νόμων omissa sunt. Poterant certe haec eodem modo addi quo Plat. 300. c. post ἀναισχυντίας vulgo καὶ πονηρίας. Sic Antid. §. 244. in Laur. post ἀδικίαν abest καὶ κακίαν, quod tamen potius vitium scribendi esse videtur. Panath. 274. c. ante

κινδύνοις in vett. edd. πόνοις καὶ (simili modo, quo Archid. 119. b. nunc post πλάνοις additur καὶ κινδύνοις, quod vett. edd. usque ad Coraëm non habent) et Paneg. 53. e. post οἰκιστὰς τῆς Σπαρτῆς additur, quod Urbin. et vett. edd. in Antid. omittunt, jureque Dindorfius, Bremius et Baiterus deleverunt. Eodemque modo Paneg. 64. καὶ φονέας delendum esse recte statuerunt Coraës et Bekkerus, qui uncis incluserunt, assentitque Bremius, vocem delendam esse, quia eas una tantum vox excipit, vult tamen potius αὐτόχειρας deleri, quod minus probaverim. (*B.*)

ἀλλὰ καὶ πρὸς ἀνδρίαν καὶ πρὸς ἀρετὴν πολὺ διαφέροντας] Hac de re ita Lycurgus cap. XX. (p. 158. §. 83. ed. Bekk.), τοῦτο γὰρ ἔχει μέγιστον ἡ πόλις ἀγαθὸν, ὅτι τῶν μὲν καλῶν ἔργων παράδειγμα τοῖς Ἕλλησι γέγονε· ὅσον γὰρ τῷ χρόνῳ πασῶν ἐστὶν ἀρχαιοτάτη, τοσοῦτον οἱ πρόγονοι ἡμῶν τῶν ἄλλων ἀνθρώπων ἀρετῇ διενηνόχαμεν. Quod deinceps probat ex historia Codri. Ἀνδρίαν pro Wolfiano ἀνδρείαν, quod servavit Batt. habetque LB. post Steph. Ag. Lang. Coraëm restituimus ex Med. Ald. Isingr. (Accedunt Hagan. et Basil. *B.*) De qua varietate vid. Morus ad Paneg. c. XL. not. e. p. 88. ab eoque laudatus D'Orvillius ad Charit. p. 405, (*Bergmann.*) De discrimine harum formarum vario modo nugati sunt veteres Grammatici e. g. Phavorinus qui s. v. scripsit: ἀνδρεία, ἡ ἀρετὴ διὰ διφθόγγου· Ἀνδρία δὲ γυνή, ἡ ἀπὸ τῆς Ἄνδρου, τῆς νήσου, tu vide quae Buttmannus Gr. Gr. uber. T. II. p. 322. habet. In Isocrate Bekkerus nunc ubique ἀνδρία dedit, in ceteris oratoribus hic illic ἀνδρείαν reliquit, veluti Lycurg. 153. §. 47. 162. §. 106. 163. §. 108. bis; quod an probandum sit, dubitari potest. Post ἀρετὴν cum Bekkero ex Urbin. πολὺ inserui. Videtur enim Isocrates verba πολὺ et διαφέρειν consulto repetiisse, ut alteram comparationis partem eodem modo, quo priorem concluderet, et ita praestantiam Atticae eo clarius auditorum auribus et animis imprimeret. Dixi de hoc loco p. 179. (*B.*)

§. 75. Τεκμαίρεσθαι δὲ δίκαιον] Propositio hujus loci est, Attica et ingeniosissimos et fortissimos viros gignit. Prius membrum non tractatur, posterioris vero confirmatio sumitur a rebus gestis. Estque

digressiuncula εἰς τὰ προγονικὰ διηγήματα, ut Graeci appellant, quae copiosius in Panegyrico et Panathenaico commemorantur: hic vero attinguntur, ut dictum est, et levandi fastidii, et cavendae offensionis ergo. (*Wolf.*)

τοῖς τε παλαιοῖς ἀγῶσιν] Similitudinis causa comparetur locus Xenophontis Mem. III, 5. §. 9. 10. ubi eorundem omnium bellorum mentio fit. Breviter significamus *bellum cum Amazonibus* fuisse tempore Thesei abreptae Antiopes recuperandae causa; *cum Thracibus*, quibuscum Eleusinii conjuncti erant, aetate Erechthei; cum *omnibus Peloponnesiis*, in Heraclidarum, qui Athenas supplices venerant, gratiam adversus Eurystheum regem gestum esse. Nam de rebus notissimis non est quod multa dicamus, praesertim cum frequentissima horum bellorum, uti et Persicorum, mentio sit; in Paneg. c. XV — XXVII. ubi cf. Morus. Panath. p. 242. d. — 243. b. 273. c. — 274. d. Archid. 124. c. ad Phil. 112. de Pace 166. e. et sq. Cf. Aristides in Panath. p. 23 — 51. De bello adversus Thraces suavissimus locus est Lycurgi p. 160. §. 98. et de pugna Marathonia ibid. p. 162. §. 104. Gloriari hisce fortibus factis solebant Athenienses. Cf. Herodotus IX, 27. Oratio Legatorum Atheniensium ap. Thucyd. I, 73. et sqq. item Periclis ibid. c. 144. Plura passim occurrunt. (*Bergmann.*)

Πελοποννησίους] Πελοποννησίους LB. (*Bergmann.*)

καὶ ναυμαχοῦντες] Urb. pr. omisit. (*Bekk.*)

ἀριστείων ἠξιώθησαν] Vid. hac de re Morus ad Paneg. cap. XX. nota e. (*Bergmann.*)

CAP. XXXIII.

§. 76. Καὶ μηδεὶς οἰέσθω κ. τ. λ.] A laudatione redit ad reprehensionem, memorabili addita sententia: Majorum laudes degeneris posteritatis vituperationes esse; id est: Quo praestantiores viri fuerint majores, eo plus reprehendendos esse posteros, si improbi dissolutique fuerint. (*Wolf.*) *Nemo vero censeat, hanc laudationem, has laudes, convenire nobis,* i. e. *nos tantis laudibus dignos esse.* Minime vero: istis laudibus nostra

potius reprehensio continetur, quippe qui a' majorum virtute defecimus. (*Bergmann.*)

ταύτην τὴν εὐλογίαν] Τὸν ἔπαινον, ἑτέρως τῆς ἐν τῇ συνηθείᾳ εὐλογίας, τῆς σημαινούσης τὴν παρὰ τῶν ἱερέων τοῖς ἰδιώταις, ἢ παρὰ τῶν γονέων τοῖς τέκνοις γινομένην εὐχὴν, ἢ καὶ συνάπτεται πολλάκις, ὡς ἐν τῷ „εὐχὰς καὶ εὐλογίας" Σημαίνει δὲ παρὰ ταῦτα καὶ τὰ λιβυκὰ ἐξανθήματα, νόσον τοῖς παιδίοις συνήθη, τὴν καλουμένην τοῖς Γάλλοις Petite vérole. Ἔοικε δὲ ἡ κλῆσις οὐ κατὰ φθορὰν παρὰ τὰ ἐκφλογία (τουτέστιν ἐξάνθημα φλογῶδες) γεγονέναι, καθάπερ ᾠήθη ὁ Ἄγγλος Φρείνδιος (Ἱστορ. Ἰατρικ.) ἀλλὰ κατ' εὐφημισμὸν εὐλογία εἰρῆσθαι, ὡς καὶ παρὰ τοῖς Τούρκοις ἡ λοιμικὴ νόσος, εὐλογημένη (Μουμπαρὲκ) καλεῖται. (*Cor.*) Ordinem verborum Bekkerus jam Urbin. auctoritate mutavit pro vulgato: τὴν εὐλογίαν ταύτην, improbante Spengelio l. l. p. XIII. (*B.*)

προςήκειν ἡμῖν] Ita scripsi cum Bekkero Urbin. auctorit. pro vulgato: ἡμῖν προςήκειν. (*B.*)

ἔπαινος] Cett. praeter Bekkerum dant ἔπαινα, quod quidem ad verbum εἰσὶ et οἱ τοιοῦτοι τῶν λόγων magis quadrare videtur, sed minus ad id, quod oppositum est, κατηγορία. Quaeritur tamen, unde Bekkerus lectionem ἔπαινος hauserit; nihil enim de hac re ab eo est monitum. Hinc ἔπαινος praeferendum quidem esse videtur, pluralis enim verbi non offendet cum duo ἔπαινος et κατηγορία sequantur, dolendum tamen est, quod nescimus, utrum ex conjectura an ex Cod. suo Bekkerus singularem dederit. Cf. loc. sim. Antid. §. 137. (*B.*)

ἀξίους] Med. et Ald. (Hagan. Basil.) ἀξίων, quod servarunt Wolf. Steph. Batt. Propius ad verum accedens Isingr. dedit ἀξίως. Habent (ἀξίους) Bav. ap. Lang. Cod. Coraës, et LB. Jam Wolfius viderat in Cast. (*Bergmann.*) Ἀξίους dederunt post Langium omnes Isocr. editores. (*B.*)

τὰς εὐγενείας] Εὐγένεια in primis iis tribui solet, quorum majores bellica laude claruerunt, ignavia amittitur. Lesbonax Or. Hortat. p. 207. ὅστις μὲν γὰρ πρότερον δοκῶν εὐγενὴς, νῦν μὴ θελήσει διαμάχεσθαι, τήν τ' ἐκ τῶν προγόνων ὑπάρχουσαν εὐγένειαν ἀπολεῖ καὶ τοῖς παισὶ δυσμένειαν (f. l. δυσγένειαν) ἀπολείψει· ὅστις δὲ ἐν τῷ ἔργῳ ἀνὴρ ἀγαθὸς, τῶν τε προ-

φύσιν τὴν ἀρετὴν ἀναμνήσει, τοῖς τε παισὶν εὐγένειαν καταλείψει· τῶν γὰρ ἐν τοῖς δεινοῖς ἀνδρῶν ἀγαθῶν γενομένων οἱ παῖδες εὐγενεῖς νομίζονται. (Bergmann.)

αὐτῶν] Minus recte αὑτῶν Isingr. et Steph. (Bergmann.)

εἰρήσεται γὰρ τἀληθές] Eadem formula utitur Demosth. Or. adv. Philippi Ep. p. 156: ἡμεῖς δὲ (εἰρήσεται γὰρ τἀληθὲς) οὐδὲν ποιοῦντες ἐνθάδε καθήμεθα. Similes sunt complures aliae Oratoribus usurpatae, Andoc. de Pace p. 26, 21., τὰ γὰρ ὄντα λέξω. Lysias in Simonem 142: ἅπαντα γὰρ δεῖ τἀληθῆ λέγειν. Adv. Andoc. 238. et pro Mantith. 585: τὰ γὰρ ἀληθῆ χρὴ λέγειν. Dinarch. contra Philocl. p. 93: εἰ δεῖ τἀληθῆ λέγειν (δεῖ δὲ). Contra Demosth. p. 10: εἰρήσεται γὰρ ἃ γιγνώσκω. Dionys. Hal. in Vita Isocr. p. 876. init. εἰ δὲ χρὴ τἀληθὲς εἰπεῖν. (Bergmann.)

τοιαύτης γὰρ ἡμῖν τῆς φύσεως ὑπαρχούσης] Παῤῥησία de degenere posteritate. Non dissimilis locus est in republica Platonis, ubi venuste quosdam aureos, quosdam argenteos, quosdam ferreos nasci dicit, saepeque fieri, ut aurum degeneret in argentum, et argentum in ferrum mutetur: quae vitiosa est χυμία et detestanda. Illa vero laudabilis, cum ferreus partus in argenteum, et argenteus in aureum convertitur, id est: Si quis sordido et improbo genere natus, industria et virtute sua ad altiorem dignitatis gradum ascendit. Sic Cicero: Ego (inquit) meis majoribus virtute mea praeluxi: ut, si prius noti non fuerint, a me accipiant initium memoriae suae. Tu tuis vitae, quam turpiter egisti, magnas offudisti tenebras: ut, etiamsi fuerint egregii cives, certe venerint in oblivionem. (Wolf.) γὰρ ἡμῖν τῆς accesserunt ex Urbin. (Bekk.) γὰρ jam in Basil. in margine additum est, idque recte. Isocrates enim verba non sine omni copula solet addere. Idem de pronomine ἡμῖν statuendum, quo aegre caremus. Articulus autem ante φύσεως prorsus necessarius esse videtur. Est enim de ea Atheniensium natura indoleque sermo, quae paulo ante est descripta v. loc. sim. Panath. 283. b. (B.)

ἄνοιαν] Vulgo exhibent ἄγνοιαν, quod Wolfius interpretatur: „id est, ἀκρισίαν τοῦ τε πρέποντος καὶ τοῦ συμφέροντος; neque quid deceat, neque quid

expediat, vere judicamus. Legi etiam posset ἄνοιαν, qua voce utitur in oratione de Pace.“ Quae probans Bergmannus haec addidit: „Sic vere convenit cum ea, quam c. IV. ἀναισθησίαν dixit. De Pace 182. b. ἃ γὰρ ἐπὶ τῶν ἄλλων ὁρᾶτε, ταῦτ᾽ ἐφ᾽ ὑμῶν ἀγνοεῖτε αὐτῶν. Ἄγνοια et ταραχή junguntur de Permut. ed. Or. p. 75. §. 138. ἢν δ᾽ ἀναλογίσησθε τὴν ἄγνοιαν, ὅσην ἔχομεν πάντες ἄνθρωποι, καὶ τοὺς φθόνους τοὺς ἐπιγιγνομένους ἡμῖν, ἔτι δὲ τὰς ταραχὰς καὶ τὴν τύρβην ἐν ᾗ ζῶμεν κ. τ. λ. Sed praestat fortasse legere ἄνοιαν, quod conjecit Coraës, et ante eum conjecerat ipse Wolfius: nobis item aliquando in mentem venit. Sane permultis in locis Atheniensium *insania*, *dementia* culpatur, maxime in orat. de Pace. Ἀνοίας mentio ibi fit p. 160. et mox sequitur l. c. ὡς οἷόν τε ταραχωδέστατα διακεῖσθε. p. 165. b. ἐκ δὲ τοῦ δικαίαν τὴν πόλιν παρέχειν καὶ βοηθεῖν τοῖς ἀδικουμένοις, καὶ μὴ τῶν ἀλλοτρίων ἐπιθυμεῖν παρ᾽ ἑκόντων τῶν Ἑλλήνων τὴν ἡγεμονίαν ἐλάβομεν· ὧν νῦν ἀλογίστως καὶ λίαν εἰκῆ πολὺν ἤδη χρόνον καταφρονοῦμεν· εἰς τοῦτο γάρ τινες ἀνοίας ἐληλύθασιν ὥσθ᾽ ὑπειλήφασι τὴν μὲν ἀδικίαν ἐπονείδιστον μὲν εἶναι, κερδαλέαν δὲ καὶ πρὸς τὸν βίον τὸν καθ᾽ ἡμέραν συμφέρουσαν· τὴν δὲ δικαιοσύνην εὐδόκιμον μὲν, ἀλυσιτελῆ δὲ κ. τ. λ. En quae intelligatur ἄνοια, ea, quam sequantur ἀδικίαι, sive, ut nostro loco est, πονηρῶν πραγμάτων ἐπιθυμίαι. Similiter ἄνοια memoratur p. 175. b. 183. e. 184. d. ἄνοια καὶ μανία τῶν τὴν ἀδικίαν πλεονεξίαν εἶναι νομιζόντων, p. 162. c. μωρία, p. 168. d. ἀφροσύνη et ἄνοια eorum, qui, cum Attica vastaretur, Sicilia sese potituros putarent, p. 179. a. Quae omnia eo majorem vim habent, quod saepius similitudinem ejus Orationis cum nostra notavimus. In Paneg. p. 68. e. prospere gestae res Regis Persarum ab Atheniensium ἀνοίᾳ repetuntur. Panath. 255. d. mentio fit μανίας in mutuis dissensionibus conspicuae. Confusa saepius esse duo ista vocabula, et literarum similitudo probabile reddit et usus docet. Vid. Thucyd. VI, 89. cujus Scholiastae ad c. 16. itidem ἄνοια pro ἄγνοια restituendum est. In or. ad Nicocl. p. 17. d. ἄνοια et διάνοια opponuntur: in or. de Permut. p. 343. c. ubi eadem repetuntur, sed antea legebatur ἄγνοιαν, recte ex Wolfii emendatione ἄνοιαν ediderunt Langius et Coraës. In Platonis Lachete p. 197. a.

iisdem requiri ἄνοιαν, *absentiam mentis*, non ἄγνοιαν, *ignorantiam*, monuit me Cl. Bakius. Quid differant docet Valcken. ad Herod. VI, 69." Ἄνοιαν Bekkerus hic ex Urbin. recepit, quod eodem jure factum est, quo Philipp. 82. in verbis: ἵνα δηλώσω καὶ σοὶ καὶ τοῖς ἄλλοις ὡς οὐ δι' ἄνοιαν, οὐ δὲ διαψευσθεὶς τῆς ἀῤῥωστίας τῆς νῦν μοι παρούσης ἐπεθέμην γράφειν. Urbinatem ἄγνοιαν exhibentem non est secutus. Idem fecit idque non minore jure ad Nicocl. 17. d. in verbis: ὅσῳ γὰρ ἂν ἐῤῥωμενεστέρως τὴν τῶν ἄλλων ἄνοιαν ἀτιμάσῃς, τοσούτῳ μᾶλλον τὴν σεαυτοῦ (scr. σαυτοῦ) διάνοιαν ἀσκήσεις. Ibi enim Urb. et Vat. ἄγνοιαν praebent. Antid. §. 224. autem vel sine libris ἄνοιαν pro ἄγνοιαν scribendum esse censeo in verbis: ἀλλὰ καὶ τῶν λοιπῶν εἰκότως ἂν ἅπαντες τὴν ἄγνοιαν θαυμάσειαν τῶν τολμώντων οὕτως εἰκῇ καταφρονεῖν τῆς φιλοσοφίας. Nam Isocrates jure suo iis, qui philosophiam contemnunt, iratus, hoc non eorum *inscientiae* tribuit, sed *amentiae* et *inscitiae*. Recte tamen ἄγνοια se habet in Antid. l. s. c. §. 138. quia *inscientia* quidem, sed non *amentia* omnium est hominum. (*B.*)

καὶ ταραχὴν] Perturbatio haec oritur ex falso judicio, nec importuni affectus, ut alibi dictum est, constantiae quidquam habere possunt, sed et in ipsis animis discordiam cient, et actiones omnes confundunt. (*Wolf.*)

πονηρῶν πραγμάτων] Avaritiam aliena rapiendi per injuriam, et ambitionem per fas et nefas imperandi et opprimendi imbecilliores significat. (*Wolf.*)

§. 77. Ἀλλὰ γὰρ ἢν ἐπακολουθῶ] Praecidit longiorem disputationem de erratis et peccatis reipub. et ad perorationem accedit. (*Wolf.*) Τὸ δὲ ἐπακολουθῶν (sic enim legunt vulgo, pro quo Bekkerus ex Urbin. ἐπακολουθῶ dedit, v. sequ.) ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ἐπιδιωκόντων ἐν τῷ πολέμῳ, ἐφ' ἧς σημασίας οὔπω κατεχωρίσθη ἐν τοῖς Λεξικοῖς, καίπερ σωζομένης ἐν τῷ *insequor* καὶ *insector* τῆς τῶν Λατίνων φωνῆς. (*Cor.*) Similiter de Pace 173. b. δέδοικα, inquit, μὴ διὰ τὸ πολλάκις ἐπιτιμᾶν δόξω τισὶ προαιρεῖσθαι τῆς πόλεως κατηγορεῖν. (*Bergmann.*)

τοῖς ἐνοῦσιν κ. τ. λ.] Vulgo legebant τοῖς αἰνοῦσιν, quod jam Wolfius correxit his verbis: „αἰνεῖν *laudare* significat, quod hic locum non habet, quocunque te vertis et quicquid σοφῶν φαρμάκων adhibeas. Lege

igitur *ἐνοῦσι* per *ε*. Sic scrupulus omnis tollitur. Nam *τὰ ἐνόντα* dicuntur ea *quae in re insunt*, *quae de re aliqua dici possunt*. Cujus vocis frequentissimus usus est et Isocrati et aliis oratoribus: ut supra habuimus: *μείζω λέγειν τῶν ἐνόντων*. et in oratione *περὶ ἀντιδόσεως διωσάμενος τὸν ὄχλον τῶν ἐνόντων εἰπεῖν*. et Demosthenes *περὶ στεφάνου*: *οἷς ἐκ τῶν ἐνόντων, ὡς ἂν δύνωμαι μετριώτατα, χρήσομαι*: id est, quantum rei natura patitur. *Ἐκ τῶν ἐνόντων, ἀντὶ τοῦ κατὰ δύναμιν*, *pro viribus, ut res ferunt*. Vide quantum referat, librarium esse orthographicum, lectorem στοχαστικὸν τῆς διανοίας καὶ ἐπανορθωτικὸν τῶν ἐσφαλμένων καὶ συγκριτικὸν τῶν ὁμοίως ἐχουσῶν λέξεων." Wolfium secuti sunt
6. Batt. Auger. et Langius (qui *τὰ ἐνόντα* explicat: *quae in re sunt*, seu *ea, quae dici possunt*, i. e. dicendi materies.) non ita Stephanus, qui lectionem Med. Ald. Hagan. Isingr. Basil. (ex quibus Isingr. et Basil. *ἐνοῦσιν* in margine exhibent, id quod etiam Cod. Aug. K. LB. et Urbin. tuentur.) Cod. Bav. retinuit. Coraës e conjectura dedit *τοῖς νῦν οὖσιν*, quod (Coraë interprete) *ταὐτὸν δύναται τοῖς νῦν πολιτευομένοις, ὧν ἐμνήσθη μικρὸν ἀνωτέρω, ἀντιδιεσταλμένως πρὸς τοὺς προγόνους*. Id quod non plane spernendum esse censet Bergmannus maxime ob verbum *ἐπακολουθῶν* frequens significatione *insectandi, vituperandi*. Ipse tamen praetulit *τοῖς ἐνοῦσιν*. „Sic inquit, sensus est: *si persequens, ad finem perducens, ea quae dicenda supersunt*, et subintelligitur infinitivus *εἰπεῖν*, qui eidem formulae *τὰ ἐνόντα* additur ad Phil. p. 104. d. de Permut. 345. c. Cf. et Busir. 229. e. de Pace 188. Saepius confundi *ε* et *αι* monet Koen. ad Gregor. de Dial. p. 146, 190, 249 sq." *τοῖς ἐνοῦσιν* unice veram esse scripturam tum auctoritas Codd. (K. LB. Urb.) tum loci natura suadet. Sed ex locis a Bergmanno allatis simul patet, Isocratem Infinitivum aliquem addere solere, ut materiam quae adest, accuratius describat. Quod si est, hic quoque Infinitivus addi debebit, eumque praebet Urbin., secundum quem Bekkerus locum sic scripsit: *ἐπακολουθῶ τοῖς ἐνοῦσιν ἐπιτιμῆσαι καὶ κατηγορῆσαι* pro vulgato: *ἐπακολουθῶν, τοῖς αἰνοῦσιν ἐπιτιμήσω καὶ κατηγορήσω*. (*B.*)

τῶν ἐνεστώτων πραγμάτων] *Res praesentes*. Non quidem incommode etiam hoc legi potest, sed re-

ctius videtur *καθεστώτων*, *hunc rerum statum.* (*Wolf.*) Pro *ἐνεστώτων*, i. e. *quae durant adhuc et vigent*, (vid. ad Phil. I. c. 2.) Auger. praeter necessitatem e conjectura in textu posuit *καθεστώτων* (*quae constituta seu recepta sunt*). In *ἐνεστώτων* consentit quoque Bav. (et LB.) (*Lang.*) Cum hic de rebus sermo sit, quae non solum *praesentes* sed etiam *imminentes* et Atheniensibus periculosae noxiaeque dicendae erant, *καθεστώτων* multo minus quadrat, quam *ἐνεστώτων*. v. Phil. 100. (*B.*)

ἀποπλανηθῶ] Passivum dedit Bekkerus ex Urbin. pro vulgato: *ἀποπλανῶ*, quod jam Wolfium offendit, qui haec habet: *ἀποπλανῶ*, *in errorem inducam*, ab instituto ducam. Nam τὸ *ἀποπλανᾶν* activum est. Sententia postulat *ἀποπλανηθῶ*. Quod fit ἀπὸ τοῦ *ἀποπλανᾶσθαι*, ut sit *aberrare*, abduci *ab instituto*. Hinc *ἀποπλάνησις*, calliditas sophistica et oratoria, quando locus suspectus et malus, ad quem respondendum erat, silentio praeteritur, et plausibilis aliquis substituitur: ut si quis violatarum legum reus, nihil aut parum de eo crimine dicat, sed sua in rempub. merita commemoret, quo fucus fiat judicibus." At Langius qui *ἀποπλανῶ* retinuit contra haec sic disputat: „*ἀποπλανῶ* vett. cum Bav. (et Cod. Coll. N. et LB.) uno ore; quod quidem in significatione τοῦ *aberrare*, quae h. l. requiritur, non occurrit; sed subaudiri aut incuria librariorum deesse etiam potest ὑμᾶς vel τὸν λόγον, quod et apud alios cum *πλανᾶν* invenitur, aut denique novo prorsus modo pro *ἀποπλανηθῶ* accipiendum erit, uti Steph. in Thes. III, p. 343. recte observat. Wolf: *ἀποπλανηθῶ*, quem reliqui secuti sunt. Annotat Auger., *ἀποπλανῶ* servari potuisse." Rectius Coraës, qui *ἀποπλανηθῶ* dedit: *ἀποπλανῶ καλῶς ἂν εἶχεν, εἰ προσέκειτο ἡ δευτεροπρόσωπος ἀντωνυμία, καθὰ φέρεται δὶς „ἵνα δὲ μὴ ἀποπλανῶ ὑμᾶς ἀπὸ τῆς ὑποθέσεως" ἐν τῷ κατὰ Κτεσιφῶντος* (*σελ.* 566 *καὶ* 579) *Αἰσχίνου λόγῳ.*" Quibus probatis Bergmannus aliam etiam addit rationem monens: „Hoc loco autem passivum postulant quae supra jam dixerat cap. XXVI. init. cum de triginta tyrannis narrare inciperet: *βούλομαι δ' εἰ καί τί με φήσουσιν ἔξω τῆς ὑποθέσεως λέγειν.*" (*B.*)

CAP. XXXIV.

§. 77. *Πείσωμεν*] Omnes vett. praeter Hag. quae habet *πείσω μὲν*, quod Wolf. in *πείσωμεν* mutandum esse recte judicavit. Idem offert: „Quid vero si legas: *ἢν μὴ πείσω νῦν ὑμᾶς*, ut *πάλιν* et *νῦν* opponantur.“ Non male. (*Lang.*) Minime tamen necessarium; cum illi *πάλιν* jam sit oppositum *πρότερον* et Pluralis propter praeced. *ἐρσῦμεν* et *εἰρήκαμεν* praeferendus. (*B.*)

τοιαῦτ' ἐξαμαρτάνοντας] Sic scripsi pro cett. *τοιαῦτα ἐξαμ.* (*B.*)

περὶ δ' ὧν] Cett. praeter Bekk. *περὶ δὲ ὧν.* (*B.*)

ἀρχῆς] Ald. vitiose *ἐρχῆς.* (*B.*)

παραχωρῶ] *Cedam, locum concedam.* Dicitur de oratore qui, dicendi fine facto, de suggestu descendens alii dicendi locum praebet. Sic Andocides Or. I. p. 184: *ἐάν τις ἐλέγξῃ με, ὅτι ψεύδομαι, χρήσασθέ μοι ὅ, τι βούλεσθε· καὶ σιωπῶ, καὶ παραχωρῶ, εἴτις ἀναβαίνειν βούληται.* Cf. de hoc verbo not. ad Thom. Mag. p. 133. (*Bergmann.*) Ex his simul patet, *παραχωρῶ*, quod Bekkerus ex Urbin. dedit, vulgato *παραχωρήσομαι* praeferendum esse. (*B.*)

CAP. XXXV.

§. 78. *Ἡμεῖς γὰρ ἦν μὲν οὕτως*] Epilogus *ἀνακεφαλαιώσει* constans et hoc axiomate: Consimilium causarum consimiles sunt effectus. Item: Sublatis causis, una tolluntur etiam effectus. (*Wolf.*) Vid. Prolegg. p. 31. (*B.*)

ὥσπερ νῦν] Vulgo addunt *οἰκοῦμεν*, quod nunc jure a Bekkero Urbinat. auctoritate deletum est. Cur ferri non possit, ex iis, quae supra p. 178. disputavimus, elucebit. (*B.*)

οὐ καὶ] Sic cum Bekkero Urbin. auctoritate edidi pro vulgato: *οὐκ ἄν.* Disputavit de hoc aliisque Isocratis locis *Hermannus* de Particula *ἄν* p. 30 et sqq. quem vide coll. Werfero in Act. Monac. 1, 2, 255. (*B.*)

βιωσόμεθα] Annon potius legendum *βιασόμεθα*, *si injurias alii aliis inferamus?* (*Batt.*) Recte improbat Coraës. (*Bergmann.*)

ἅπαντα καὶ] Sic pro *ἅπαντα κακὰ* cum Bekkero

Urbin. secutus dedi. κακά ex καὶ ortum esse videtur; nisi mavis, a librariis explicandi gratia additum esse. (*B.*)

πειϲόμεϑα] Verbi hujus prima syllaba non liquet in Urbin. (*Bekker.*)

καιρῷ] Addidi acceptum ab Urbin. (*Bekker.*) Ego uncis inclusi causamque attuli supra p. 224. conf. loc. simil. de Pace 183. d. χρὴ μὴ προςέχειν τὸν νοῦν τοῖς ἐν τῷ παρόντι μὲν χαριζομένοις, τοῦ δὲ μέλλοντος χρόνου μηδεμίαν ἐπιμέλειαν ποιουμένοις. (*B.*)

δῆλον ὅτι] Cett. praeter Bekkerum δηλονότι. (*B.*)

κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον] *Secundum eandem rationem*, *eadem ratione*, sive ut barbare dicas, *proportione*, scil. qua, si servaverimus malam reipublicae administrationem, omnia cum ea conjuncta mala patiemur, *eadem*, inquam, *ratione*, si eam immutaverimus, aeque prosperas res geremus. Eodem sensu legitur in Nicocl. p. 29. d. αἱ δὲ μοναρχίαι πλεῖστον μὲν νέμουσι τῷ βελτίστῳ, δεύτερον δὲ τῷ μετ' ἐκεῖνον, τρίτον δὲ καὶ τέταρτον τοῖς ἄλλοις κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον, *eadem ratione*, h. e. ut quo quis sit inferior eo minus ipsi tribuatur. τὸ κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον Med. Ald. (Hagan.) Isingr. Cod. Coll. N. ap. Batt. item LB. (*Bergmann.*)

τοιαῦτ'] Sic Bekk., cett. τοιαῦτα. (*B.*)

ἀνάγκη γὰρ — ἀποβαίνειν] Nam ut ait Aristoteles Rhet. I, 4, 17: ἀπὸ γὰρ τῶν ὁμοίων τὰ ὅμοια γίγνεσϑαι πέφυκε. (*Bergmann.*)

CAP. XXXVI.

§. 79. Δεῖ δὲ τὰς μεγίστας αὐτῶν κ. τ. λ.] De peroratione, quae hic incipit, constatque comparatione pristini et praesentis reip. status, cff. supra dicta in Prolegg. (p. 28.) (*Bergmann.*) Prius ad πράξεις in antecedentibus, posterius ad πολιτευμάτων referendum est. (*Lang.*) Quid Langius his verbis sibi velit, non video, comparatur prior reipubl. status cum praesenti. Peroratio autem quo in loco incipiat, indicavi in Prolegg. 31. d. (*B.*)

παρ' ἀλλήλας] Διήρηκα τὸ παρ' ἅπασι σύνϑετον παραλλήλας. (*Cor.*)

ϑέντας] Hoc dedi cum Bekkero ex Urbin. pro

vulgato τιθέντας. Priusquam enim consultabant, eas comparare debebant. (*B.*)

ποτέρας ἡμῖν αἱρετέον ἐστὶν] Proprius et Graecus usus Gerundii, quem et Latini subinde sequuntur, magna exemplorum copia probatus a Cl. Wyttenbachio Philom. T. II. p. 15. notatus etiam Willeto ad Galeni Protr. p. 137. Addantur sequentia: Isocrates in Paneg. p. 42. d. φευκτέον ταῦτ' ἐστί. Ep. VI, p. 419. e. τὰς πράξεις τὰς καθ' ἑκάστην τὴν ἡμέραν σκεπτέον. Andocides Or. III, p. 27: ταύτην οὐκ ἀκτέον φασὶ τὴν εἰρήνην τινὲς εἶναι. Lysias Or. IV, p. 61. (?) τοὺς νόμους ἐξαλειπτέον. Lycurgus adv. Leocr. c. 16. κολαστέον ἐστι τοῦτον. Demosth. Olynth. II, 21, 10: πολλὴν δὴ τὴν μετάστασιν καὶ μεγάλην δεικτέον τὴν μεταβολήν. Casus personae, monente jam Wyttenbachio, vel, ut h. l. Dativus est, vel Accusativus. Archid. p. 133. e. δεινοτέρας συμφορὰς ὑπομενετέον ἡμῖν. Ep. VIII. ad Timoth. p. 422. d. ἑτέρους σοι συμβούλους παρακλητέον. Accusativi rarius exemplum hoc est e Xenoph. Mem. III, 11, 2. ταύτην ἡμῖν χάριν ἑκτέον, *haec nobis gratias agere debet.* De usu Gerundii pluralis in έα pro singulari in έον Atticis proprio, notavit Gregorius de Dial. §. 63. Sic Thucyd. I, 86. οὓς οὐ παραδοτέα ταῖς Ἀθηναίοις ἐστίν. (*Bergmann.*) Vid. Matth. Gr. Gr. §. 447. et de plurali in έα §. 443. In Bav. deest ἡμῖν. Pro ἐστίν cett. exhibent praeter Bekkerum ἐστί, v. supra p. 185. et sqq. (*B.*)

πρῶτον μὲν] Particulam μὲν Bekker. ex Urbin. recepit respondit enim in seqq. ἔτι. v. 145. b. 154. b. ad Demon. 4. d. ad Nicocl. 16. d. Nicocl. 29. b. Paneg. 46. a. c. 58. 61. e. 69. d. Phil. 91. d. de Pace 162. d. Helen. 214. e. et saep., ita ut non dubitem, quin Phil. 94. πρῶτον μὲν legendum sit. (*B.*)

σκεψώμεθα] Cod. LB. in Indicativo σκέψομεθα. (*Bergmann.*) Vid. de Pace 162. d. et Phil. 91. d. ubi Urb. male σκεψαίμεθα exhibet. (*B.*)

τοὺς Ἕλληνας καὶ τοὺς βαρβάρους] Prima pars τῆς ἀνακεφαλαιώσεως curandum esse, ut et Graeci et Barbari bene sentiant de rep., id est, Atheniensibus bene velint. (*Wolf.*)

οὐ γὰρ ἐλάχιστον μέρος] Causa haec afferri potest, quod Athenienses suo agro non contenti, principatum Graeciae affectabant, et Barbaros undique finitimos

habebant. Intelligendi autem sunt hic ii potissimum, qui regi Persarum parebant. Ad haec nulla civitas est paulo amplior atque frequentior, cui non expediat, exteras nationes habere amicas, propter commercia et negotiationes. (*Wolf.*)

συμβάλλεται] Scilicet ἡμῖν τοῖς Ἀθηναίοις, ἢ τῇ πόλει ἡμῶν. (*Wolf.*)

ὅταν ἔχῃ κατὰ τρόπον ἡμῖν] *Quando nobis bene valuerint.* Auger. perperam: *prout de nobis senserint.* (*Lang.*) Τὸ πλῆρες κατὰ τὸν δέοντα ἢ πρέποντα τρόπον· ὅπερ ἡ παρ' ἡμῖν συνήθεια ἑρμηνεύσειεν ἂν ὅταν προςφέρωνται, καθὼς πρέπει, εἰς ἡμᾶς. (*Cor.*) *Quando, ut oportet, decet, erga nos sese habeant, gerant.* Eodem sensu legitur κατὰ τρόπον cap. IV et Philipp. p. 91. c. Adverbii locum tenens recte ponitur cum ἔχειν et Dativo personae, uti similia complura sunt satis nota, εὐνοϊκῶς ἔχειν τινὶ, δυςκόλως ἔχειν τινὶ, caet. Itaque non est, quod quis suspicatur, scriptum olim fuisse ὅντιν' ἂν ἔχῃ κατὰ τρόπον ἡμῖν, quod et verborum collocationi minus conveniat. Coraës conjunxit ὅταν pro cett. ὅτ' ἄν. (*Bergmann.*) Ὅταν Bekkerus quoque, non tamen Bergmannus, scripsit. De locutione κατὰ τρόπον vide me p. 145. (*B.*)

CAP. XXXVII.

§. 80. *Οἱ μὲν τοίνυν Ἕλληνες*] Quomodo Graeci olim animati erga Athenienses fuerint. (*Wolf.*) Latius hoc cap. exponitur, quod supra cap. XX breviter dixerat: παρεῖχον γὰρ σφᾶς αὐτοὺς τοῖς μὲν Ἕλλησι πιστοὺς, ταῖς δὲ βαρβάροις φοβεροὺς. (*Bergmann.*)

ἑκόντας ἐγχειρίσαι τῇ πόλει] Consulatur secundus liber de officiis, quibus de causis homines aliis bene velint et fidem habeant. (*Wolf.*) Conferatur locus de Pace p. 174. c. Eleganter in laudem Timothei dixit de Permut. p. 74. ed. Orell. §. 134. τοιγάρτοι διὰ τὴν δόξαν τὴν ἐκ τούτων γιγνομένην πολλαὶ τῶν πόλεων τῶν πρὸς ὑμᾶς δυσκόλως ἐχουσῶν ἀναπεπταμέναις αὐτὸν ἐδέχοντο ταῖς πύλαις. (*Bergmann.*) Ald. vitiose ἑκόντας. (*B.*)

οἱ δὲ βάρβαροι] In Panegyrico audivimus, quae regi Persarum fuerit apud Graecos auctoritas illa aetate. Hic autem ait, Barbaros non formidolosos fuisse Graecis,

sed Graecos Barbaris! Nam quod supra dixit, (τὸ) κατὰ τρόπον ἔχειν ἡμῖν, sic intelligendum est, ut Athenienses a Graecis diligantur, a Barbaris autem potius formidentur. Nam alibi negat, firmam pacem esse posse inter Graecos et Barbaros, quod naturale sit inter eos dissidium, ideoque immutabile. (*Wolf.*)

ὥστ' οὔτε] Scripsi pro cett. ὥστε οὔτε. (*B.*)

μακροῖς πλοίοις] Id est: πολεμικοῖς ἢ τριήρεσι. Nam τὰ στρογγύλα πλοῖα sunt φορτηγοὶ ναῦς ἢ ἐμπορικαί. Sed et haec supra declarata sunt. (*Wolf.*)

ἐπὶ τάδε] Sic edidi cum Bekkero ex Urbin. pro vulgato: ἔγγιστα, pro quo Wolfius et Batt. ἔγγυστα habent, v. Dindorf. Praefat. ad Isocr. p. VII. quem hic locus fugit. (*B.*)

φασήλιδος — Ἅλυος] De Phaselide et Haly fluvio, terminis ditionis regiae, agitur etiam in Panath. p. 244. e. Phaselidis solius mentio fit in Paneg. p. 65. b. sive cap. XXXIII. Victis Persarum copiis ad Eurymedontem fluvium a Cimone, Athenienses cum Artaxerxe foedus fecerunt, quo istis finibus ejus regnum circumscriberetur; qua de re egregius est Lycurgi locus adv. Leocr. c. XVII, Moro quoque ad locum Paneg. laudatus: καὶ τὸ κεφάλαιον τῆς νίκης, οὐ τὸ ἐν Σαλαμῖνι τρόπαιον ἀγαπήσαντες ἔστησαν, ἀλλ' ὅρους τοῖς βαρβάροις πήξαντες τοὺς εἰς τὴν ἐλευθερίαν τῆς Ἑλλάδος, καὶ τούτους κωλύσαντες ὑπερβαίνειν, συνθήκας ἐποιήσαντο, μακρῷ μὲν πλοίῳ μὴ πλεῖν ἐντὸς Κυανέων καὶ Φάσιδος (leg. Φασήλιδος, uti recte docet Taylorus), τοὺς δ' Ἕλληνας αὐτονόμους εἶναι, μὴ μόνον τοὺς τὴν Εὐρώπην, ἀλλὰ καὶ τοὺς τὴν Ἀσίαν κατοικοῦντας. Non diserte quidem eo loco Halys memoratur, sed eius mentio intelligitur ex iis, quae de Graecis in Asia habitantibus dicuntur. Quare autem *Halys* fluvius terminus statueretur, ratio petenda videtur cum ex eo quod Croesi ditio eo terminata fuerat, tum ex ea Asiae divisione, qua in *Asiam cis Taurum* et *ultra Taurum* distinguebatur, illaque etiam dicebatur *Asia intra Halyn.* Vid. Cellarii Orbis Antiq. L. III. c. I. inprimis §. 6. et 13. ibique laudata Herodoti et Strabonis loca; et de Haly amni c. VIII. §. 57. Et hic quidem in continente terra terminus erat; mari *Phaselis*, Lyciae in Pamphiliae finibus urbs, de qua vid. Cell. ibid. c. III, §. 164 et c. VI, §. 4.

Lycurgus meminit etiam *Κυανέων*, quod quomodo intelligendum sit, patet ex Aristide Panath. p. 37. e. qui distincte refert Regem Persarum convenisse δυοῖν ὅροιν εἴσω μηκέτι πλεύσεῖσθαι, πρὸς μεσημβρίαν μὲν Χελιδονέας, πρὸς δὲ ἄρκτον Κυανέας. Scilicet cum mari ab utraque Asiae parte, vel Ponto Euxino a septemtrione, vel mari Interno a meridie navigari poterat, utroque loco terminus erat statuendus. Itaque a septemtrione termini loco constitutae sunt *Insulae Cyaneae*, sitae prope ostium Ponti Euxini ad Bosporum: a meridie vero *Chelidoneae insulae* sive, uti Isocrates et Lycurgus habent, urbs *Phaselis*, ad quam illae insulae jacent. Easdem memorat Aristides p. 72. a. et Or. in Romam p. 100. d. Non semper eosdem fuisse terminos docet ibid. p. 102. e. οὐ τοίνυν οὐδὲ μέχρι τούτων τῶν ὅρων ἐκεῖνός γε (Rex Persarum) κυρίως ἀεὶ βασιλεὺς, ἀλλ' ὅπως ἢ Ἀθηναῖοι δυνάμεως, ἢ Λακεδαιμόνιοι ἔχοιεν τύχης· νῦν μὲν ἕως Ἰώνων καὶ Αἰολέων καὶ θαλάττης βασιλεύς· πάλιν δὲ οὐκέτι Ἰώνων, οὐδὲ ἕως θαλάττης. ἀλλ' ἄχρι Λυδῶν· οὐχ ὁρῶν θάλατταν ἐκ τῶν πρὸς ἑσπέραν Κυανέων; ἀτεχνῶς ὥσπερ ἐν παίδων παιδιᾷ βασιλεὺς, ἄνω μένων, πάλιν κατιὼν, τῶν συγχωρησάντων βασιλεύειν δεόμενος. Pace Antalcidea contra, uti notissimum est, sancitum est, ut omnes Graecae in Asia civitates Regi subjectae essent. (*Bergmann.*) Termini illi usu magis et consuetudine, quam celebrata Cimonis pace constituti sunt. Vid. Wachsmuth. Antiqu. Gr. T. I, P. II, p. 116, et quos ibi laudavit. Ex Isocrate cf. Panath. 244. e. (*B.*)

§. 81. Νῦν δ' εἰς τοῦτο τὰ πράγματα] Ἀντίθεσις, seu ἀντεξέτασις horum temporum cum superioribus. Sententia est et Graecis et Barbaris invisos esse Athenienses. (*Wolf.*)

περιέστηκεν] Hoc cum Bekkero ex Urbin. pro vulgato καθέστηκεν edidi. v. loc. simil. Phil. 93. c. Antid. §. 128. (*B.*)

ὥσθ' οἱ] Cett. praeter Bekkerum ὥστε οἱ. (*B.*)

ἔχει πρὸς ἡμᾶς] Articulum, quem vulgo ante πρὸς addunt, cum Bekkero ex Urbin. delevi, v. supra p. 138. (*B.*)

ἐκ τῶν ἐπιστολῶν] Utrumque dicitur et ἐκ τῶν ἐπιστολῶν et ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς, Coraës suspicatur respici ejusmodi epistolam, qualis fuit ea, cujus mentio-

nem facit Aeschines c. Ctesiph. p. 632. his verbis: ὁ γὰρ τῶν Περσῶν βασιλεὺς, οὐ πολλῷ πρότερον χρόνῳ πρὸ τῆς Ἀλεξάνδρου διαβάσεως εἰς τὴν Ἀσίαν, κατέπεμψε τῷ δήμῳ καὶ μάλα ὑβριστικὴν καὶ βάρβαρον ἐπιστολὴν, ἐν ᾗ τά τε δὴ ἄλλα καὶ μάλ' ἀπαιδεύτως διελέχθη, καὶ ἐπὶ τελευτῆς ἐνέγραψεν ἐν τῇ ἐπιστολῇ. Ἐγὼ, φησὶν, ὑμῖν χρυσίον οὐ δώσω μή με αἰτεῖτε, οὐ γάρ λήψεσθε. Num vero ipsae illae epistolae, quas Isocrates in animo habuit, alicubi extent, equidem dicere nequeo. (*Bergmann.*) Non extant. (*B.*)

CAP. XXXVIII.

§. 82. Ἔτι δὲ πρὸς τούτοις] Alterum membrum de disciplina civium, tractatum et ipsum collatione seu contentione. (*Wolf.*) Bekkerus Urbinatem secutus particulam δὲ delevit, ego tamen eam retinui, quia ubique in Isocrate addi solet v. Archid. 136. Evag. 189. 202. d. quibus addas Nicocl. 31. d. Paneg. 64. d. Phil. 85. b. 98. b. 101. b. 109. Archid. 131. e. 132. b. 133. c. Areop. 141. e. de Pace 182. b. 184. d. Evag. 195. Helen. 214. c. Busir. 225. Panath. 235. c. 245. 248. e. (Phil. 87. d. et Archid. 123. alii καὶ habent.) Idemque fit si πρῶτον μὲν praecedit (quod hic factum esse vides) ubi ἔπειτα quidem sine particula sequitur, sed ad ἔτι additur. Phil. 86. b. 97. b. (ubi non πρῶτον μὲν, sed μάλιστα μὲν praecedit) Archid. 122. e. 129. Panath. 240. c. 246. d. unde simul patet, eandem particulam Panath. 234. b. et 239. b. non recte a Bekkero Urbinatis auctoritate esse deletam. Pro particula δὲ interdum sequitur τοίνυν, v. Phil. 93. 95. c. Archid. 121. d. Antid. §. 127. et γάρ, si ἔτι ad adverbium quoddam (νῦν) referendum est. v. Helen. 218. e. Busir. 237. b. Panath. 244. e. unde videbis, δὲ quod Urbin. supra cap. XV pro γὰρ exhibet, jure non esse receptum. (*B.*)

ὑπὸ μὲν ἐκείνης τῆς εὐταξίας] Hoc est *tempore illius boni ordinis*, i. e. eo tempore cum bono ordini conservando tantum operae dabat Areopagus: ὑπὸ hic idem fere valet ac ἐπὶ, tempus designans, qua de re cf. Sluiterus Lect. And. p. 265. (*Bergmann.*) V. supra p. 331. (*B.*)

ὥστε σφᾶς μὲν αὐτοὺς μὴ κινεῖν] Μὴ στα-

στιάζειν πρὸς ἀλλήλους, τὴν ἡσυχίαν ἐν ἀλλήλοις ἄγειν. (*Wolf.*) Bekkerus pro κινεῖν ex Urbin. recepit λυπεῖν, quod tamen ea de causa minus probandum esse censui, quia verisimilius esse videbatur, librarios in κινεῖν quam in λυπεῖν offendisse, uti supra 145. d. cap. XI. in eadem voce offenderunt. Sensum loci bene explicuit Wolfius. Langius κινεῖν explicuit per *turbare.* (*B.*)

δ' εἰς] Cett. praeter Bekkerum δὲ εἰς. (*B.*)

ἅπαντες] Nominativum nescio unde dedit Bekkerus, nihil de ceterorum ἅπαντας monens. Secutus sum Bekkerum, quia mihi μαχόμενοι prorsus otiosum et superfluum esse videbatur non addito ἅπαντες, idque vel si ita explicaveris, ut sit *acie* vincere, addita autem h. v. optime se habet, quia Isocratis temporibus minime cuncti cives pro patria pugnabant, sed major militum pars ex mercenariis constabat. (*B.*)

μαχόμενοι νικᾶν] Observetur ἀντίπτωσις, amphiboliae vitandae causa, ut arbitror usurpata. Ex regula enim dicendum erat ὥστε μαχομένους νικᾶν τοὺς εἰσβάλλοντας. Sed tum fuisset ambiguum (quod ad constructionem quidem attinet. Nam sententia vel sic plana atque perspicua esset) utrum τὸ μαχομένους ad Athenienses pertineret, an vero ad hostes? Accipiatur item τὸ μαχόμενοι ἀντὶ τοῦ, τῷ μάχεσθαι, pugnando. (*Wolf.*) Cum his, et nonnullis ex antecedentibus, uti et sequentibus inprimis conferenda sunt quae scripsit de Pace p. 174. l. et sq. (*Bergmann.*) De structura hac v. Matth. Gr. Gr. §. 536. (*B.*)

κακὰ παρέχοντες] Recte Wolfius ad h. l. „Athenae" inquit, „plenae fuerunt sycophantis adeo ut litibus perstreperent omnia. Ad eam rixandi et calumniandi libidinem haec verba referenda sunt." Multa verba fiunt in Orationibus de Pace et de Permutatione: v. c. p. 185. c. 315. a. alibi. „Referri etiam huc potest aemulatio τοῦ δήμου et τῶν ὀλιγάρχων," quae duae partes semper valuerunt Athenis. Cf. Casaubonus ad Theophrastum p. 360. (*Bergmann.*) Cum Bekkero ex Urbin. recepi pro vulgato παρέχειν. Quid praeferendum sit docebunt te loci Paneg. 73. b. Phil. 92. a. d. Panath. 233. d. ubi διαλείπειν eodem modo cum participio passivi est conjunctum. (*B.*)

διαλείπομεν] Hoc Bekkerus ex Urbin. edidit pro

vulgato παραλείπομεν, nam hoc ipsum verbum διαλείπειν de tempore quod transigimus, ab Isocrate solet adhiberi, v. ad Nicocl. 25. d. Phil. 84. b. Areop. 142. b. de Pace 164. c. 170. Panath. 251. e. Antid. 314. b. Aegin. 389. e. 390. d. quibus accedant loci supra allati. (*B.*)

τῶν δὲ περὶ τὸν πόλεμον] Cf. locus ex Or. de Pace modo laudatus et alius p. 168. b. ἡμεῖς δ' οὐδ' ὑπὲρ τῆς ἡμετέρας αὐτῶν πλεονεξίας κινδυνεύειν ἀξιοῦμεν· ἀλλ' ἄρχειν μὲν ἁπάντων ζητοῦμεν, στρατεύεσθαι δ' οὐκ ἐθέλομεν· καὶ πόλεμον μὲν μικροῦ δεῖν πρὸς ἅπαντας ἀνθρώπους ἀναιρούμεθα, πρὸς δὲ τοῦτον οὐχ ἡμᾶς ἀσκοῦμεν. (*Bergmann.*)

κατημελήκαμεν] Perfectum cum Bekkero ex Urbinate recepi pro vulgato: κατημελήσαμεν, melius enim praecedenti διαλείπομεν respondet. (*B.*)

ὥστ' οὐδ'] Cett. praeter Bekkerum ὥστε οὐδ'. (*B.*)

εἰς ἐξετάσεις ἰέναι] Nomina dare militiae, auf den Musterplatz treten. (*Wolf.*) Recte, ut videtur, Coraës explicat: πορεύεσθαι εἰς τὸ ἐγγραφῆναι τῷ στρατιωτικῷ καταλόγῳ, εἰς τὸ μετὰ τῶν στρατευσομένων ἐξετασθῆναι. Addit: εἴη δ' ἂν ἐξέτασις τῶν στρατιωτῶν καὶ ἣν οἱ Γάλλοι revue καλοῦσι. Illud praefero, ut sensus sit: *adeo negligimus belli studia, ut ne nomen quidem dare militiae velimus, nisi accepta pecunia.* (*Bergmann.*) At quid sibi tum verba sequentia: ἢν μὴ λαμβάνωμεν ἀργύριον volunt? Equidem potius alteram Coraïs explicationem praefero, deque millibus et ducentis equitum intelligo qui Athenis pacis tempore mercedem accipiebant, v. Tittmanni Graec. Polit. p. 35 et 658. (*B.*)

τολμῶμεν] Quasi vero pecunia faciat audaciorem. Sed de industria odioso verbo usus est. Majus enim probrum habebatur ignavia et timiditas, quam avaritia. (*Wolf.*) Τολμᾶν h. l. non adeo *audere* significat, sed potius *in animum inducere, velle*, uti etiam Paneg. c. XV. p. 34. explicat Morus in Indice. Cf. de hoc usu verbi τολμᾶν Cl. Wyttenb. ad Plat. Phaed. p. 273. (*Bergmann.*) Valde frequens est talis hujus verbi usus in Isocrate, propria tamen significatio aliquo modo in omnibus his locis potest perspici. In nostro loco eam recte explicuit Wolfius. (*B.*)

§. 83. Τὸ δὲ μέγιστον] De eleganti formula Attica τὸ δὲ μέγιστον monuerunt Hoogev. ad Vig. p. 11.

et Wyttenb. 1. c. p. 160. (Bergmann.) V. supra p. 175. (B.)

οὐδεὶς ἦν τῶν πολιτῶν ἐνδεὴς τῶν ἀναγκαίων] Laudat Meursius de Fortuna Athen. c. IV. in f. factum esse docens [illegible] omnium rerum ad victum necessariarum vili pretio. Addi debet cura divitum, qua pauperum inopiae subveniebant, hisque ad quaevis honesta opificia pecuniarum auxilia suppeditabant; tum etiam lex *περὶ ἀργίας*, qua cavebant, ne quis otio languesceret, atque in inopiam incideret. De quibus supra dixit Isocrates cap. XII et XVII. Qui hic *ἐνδεὴς τῶν ἀναγκαίων*, alias dicitur *βίου χρῄζων*, *βίου ἐνδεής*, docente Valcken. ad Theocr. Adoniaz. p. 243. b. (*Bergmann.*)

οὐδὲ προσαιτῶν τοὺς ἐντυγχάνοντας] Mendicos probra esse civitatum significat, et quidem non sine causa. Nam et luxus tollendus est, quem inopia sequitur, et curandum, ne quis integro corpore ignavum otium agat, et *avaritia monopoliorum prohibenda*, ne opifices caritate materiae et annonae ad egestatem redigantur. Senibus autem et infirmis vel e publico vel collata stipe prospiciendum est. Quod etsi legibus imperatoriis sancitum est, tamen paucis in locis observatur. (*Wolf.*)

νῦν δὲ πλείους εἰσὶν κ. τ. λ.] *Nunc vero major est pauperum quam divitum numerus.* Conff. quae supra dixit cap. XX. initio et fine, ibique notata. (*Bergmann.*)

οἱ σπανίζοντες] Activum cum Bekkero ex Urbin. edidi pro vulgato *οἱ σπανιζόμενοι*. Isocrates enim etiam ceteris in locis Antid. §. 239, et de Pace 185. B. hoc verbo active est usus. (*B.*)

τῶν ἐχόντων] Scil. *χρήματα*. Conf. Bos. Ellips. p. 307. (*Lang.*). V. supra 314. (*B.*)

εἰ μηδὲν τῶν κοινῶν φροντίζουσι] Nam tunica, quod ajunt, pallio proprior est. Sua quemque et commoda et incommoda plus afficiunt, quam publica: *τὸ μὲν οἰκεῖον πιέζει, τῶν δ᾽ ἀλλοτρίων μέλει.* (*Wolf.*)

τὴν ἀεὶ παροῦσαν] Ita Bekkerus ex Urbin. verba collocavit, vulgo *ἀεὶ* ante articulum ponunt. „Sic millies *ἀεὶ* post articulum ponitur, sequente voce, ad quam articulus referendus est." Haec sunt verba Schaeferi ad Dionys. de Compos. Verbor. p. 326. Ex Isocrate

cf. ad Nicocl. 18. Nicocl. 30. c. Phil. 89. Panath. 239. bis. Antid. §. 128. 139. (*B.*)

διαπράξουσιν] Sic edidi cum Bekkero Urbinatis auctoritate pro vulgato: *διανύσονται διαπράττειν*, quod interpretis esse videtur, qui futurum explicavit. (*B.*)

CAP. XXXIX.

§. 84. *Ἐγὼ μὲν οὖν ἡγούμενος*] Exposita sententia sua, qui sit consilii sui fructus futurus exponit. Publica nimirum totius Graeciae et privata Atheniensium felicitas. Nam Graeci rhetores suasionum fidem statuunt *τὸ συμφέρον*, Cicero autem dignitatem ejus loco ponit. In fine additur modesta *ἐπιτροπή*, ne suae prudentiae nimium tribuere videatur. (*Wolf.*) Verborum collocationem vulgatam: *ἡγούμενος μὲν οὖν ἐγὼ* cum Bekkero ex Urbinate mutavi. (*B.*)

τήν τε πρόσοδον ἐποιησάμην καὶ τοὺς λόγους εἴρηκα τούτους]. *Huc accessi, in hunc locum adscendi, et hanc orationem habui.* Vid. annot. ad cap. I. (*Bergmann.*)

πάντα λογισάμενοι ταῦτα] Secutus sum cum Bekkero Urbinatem. Vulgo exhibent: *ταῦτα πάντα λογισάμενοι.* (*B.*)

χειροτονεῖτ'] *Διὰ τῆς τῶν χειρῶν ἀνατάσεως ψηφίσασθε. τοῦτο γὰρ ἦν παρὰ τοῖς ἀρχαίοις ἡ χειροτονία (ἔπιθι τὰς εἰς τὸν Ἡλιόδωρ. σημ. σελ. 167.) παρ' ἡμῖν δὲ ἕτερόν τι σημαίνει τοὔνομα.* (*Cor.*) *Manibus sublatis, extensis, decernite*, uti mos erat Atheniensibus, satis cognitus. Sed ad hunc morem respiciens eleganter dixit Andocides Or. III, p. 28, 41.: *ὁ γὰρ τὴν χεῖρα μέλλων ὑμῶν αἴρειν, οὗτος ὁ πρεσβεύων ἐστὶν, ὁπότερ' ἂν αὐτῷ δοκῇ, καὶ τὴν εἰρήνην καὶ τὸν πόλεμον ποιῶν.* Forte etiam respexit Lycurgus adv. Leocr. c. XXXI. *διομωμόκατε δ' ἐν τῷ ψηφίσματι τῷ Δημοφάντου, κτείνειν τὸν τὴν πατρίδα προδιδόντα, καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ καὶ χειρὶ καὶ ψήφῳ.* (*Bergmann.*) Apostrophum primus admisit Bekkerus. (*B.*)

EXCURSUS DE HIATU.

Sint nugae: non repugno, sed hae nugae, si quis iis callide utatur, haud raro ad seria ducunt.

Schaefer in App. ad Demosth.
T. I. p. 182.

DE HIATU.

Si de hiatu in oratoribus Atticis quaeritur, tria orationum genera bene sunt distinguenda, quorum *primum* (genus *demonstrativum*) nullos admisit hiatus, nisi quos omnino lingua Graeca in poëtis tragicis quoque ferebat; *alterum* (genus *deliberativum*) hiatus quidem saepius admisit, sed iis tantum in locis, in quibus facilem habent excusationem; *tertium* denique genus (*judiciale*) hiatus non fugit, certe minus diligenter scriptum est, si cum secundo confers genere. Nec mirum est, quod hoc ab oratoribus Atticis observatum esse videmus. Nam in primo genere cum omnia ad ingenium artemque oratoris demonstrandam spectent (unde nomen *demonstrativum*), in hac ipsa re summa cum diligentia versari debebat orator, ne Atticas aures satis teretes offenderet. Huc accedit, quod *Isocrates* princeps hujus generis extitit, quem constat multum temporis *) in elaborandis et expoliendis orationibus consumsisse. Qui igitur

*) Sic multi veterum scriptorum (quos vide in not. ad Paneg. ed. Spohn p. 1.) narrant, eum decem vel duodecim annos in Panegyrico scribendo versatum esse, vide tamen me in Introd. ad Paneg. German. p. 100.

post eum hoc genere excellere volebant, hunc ipsum cum in ceteris, tum hac in re debebant imitari. Et revera secuti sunt Isocratem in hiatu vitando ex oratoribus, quos Bekkerus edidit (nam ceteros nunc non possum spectare, quia non ad manus sunt) *Lesbonax* in prima oratione, cui nomen est: de bello Corinthiorum, non tamen, in ceteris (unde simul patet, qui primam scripserit, secundam et tertiam non scripsisse) Herodes in oratione de Civitate, et Alcidamas in oratione de Sophistis, quam orationem Spengelius in libro saepius citato p. 173. Alcidamanti, veteri sophistae vindicare studuit. Gorgiae (?) Helenam huc pertinere, affirmare non audeo, hoc tamen quisque facile videbit, plurimos hiatus posse ex ea Codicum auctoritate removeri. Idem de Pseudo-Demosthenis Erotico statuendum esse videtur.

Secundi generis princeps extitit *Demosthenes*, quem plerumque in orationibus publicis hiatum vitasse et Cic. Orat. c. 44.*) et orationes ipsae fidem faciunt. Nec mirum est. Cum enim hae orationes coram toto populo haberentur,

*) Locum hic describam, quia ad rem nostram egregie facit. Verba sunt haec: Nam ut in legendo oculus, sic animus in dicendo prospiciet, quid sequatur, ne extremorum verborum cum insequentibus primis concursus, aut hiulcas voces efficiat aut asperas. — Quod quidem Latina lingua sic observat, nemo ut tam rusticus sit, qui vocales nolit conjungere. In quo quidam etiam Theopompum reprehendunt, quod eas literas tanto opere fugerit: etsi idem magister ejus

accuratius erant compositae, sed tamen ita, ut magis auditores, quam lectores spectarent. Hinc iis in locis: ubi pausa in loquendo fit, aut ubi particulae quaedam prorsus necessariae hiatum faciunt, eum non videbis vitatum. In orationibus tamen falso Demostheni adscriptis, veluti in oratione de Haloneso, saepissime hiatum esse admissum non miraberis, hoc tamen mirum, quod nemo eorum, qui de hujus orationis fide scripserunt, hoc animadvertit; quamquam luculentissime inde patet, eam non esse a Demosthene profectam. Idem autem, quod de Demosthenis orationibus publicis, statuendum esse videtur de *Aeschinis* oratione de male gesta legatione et de *Demade.*

Multo difficilius est judicium de orationibus *forensibus.* Nam cum hae orationes simpliciter sint scriptae (v. Isocr. Panath. p. 232.), patet oratoribus forensibus hiatum non anxie vitandum fuisse. Hinc eum admissum videbis in Isocratis oratione in Euthynum, non item in ceteris (de qua re infra plura dabo). Idem de *Andocidis* orationibus potest ostendi. Nam in

---

Isocrates. At non Thucydides: ne ille quidem, haud paullo major scriptor, Plato: nec solum in his sermonibus, qui dialogi dicuntur, ubi etiam de industria id faciendum fuit, sed in populari oratione, qua mos est Athenis laudari in concione eos, qui sint in praeliis interfecti: quae sic probata est, ut eam quotannis, ut scis, illo die recitari necesse sit. In ea est *crebra ista vocum concursio, quam magna ex parte, u vitiosam, fugit Demosthenes.*

his quoque prima et secunda multo plures habet hiatus, quam quarta illa in Alcibiadem, ita ut vel hac de causa verisimillimum sit, Andocidem eam non scripsisse. Nec minus in *Lysiae* orationibus hoc observatur, ex quibus nonnullae, (afferam e. g. secundam et octavam, quae hac in re mirum in modum recedunt a ceteris) aliter sunt scriptae, quam ceterae, quae aperte a Lysia sunt profectae. In *Antiphontis* contra *Isaei, Dinarchi* et Demosthenis orationibus forensibus hiatum ubique admissum esse videmus.

Nunc ea, quae hic in universum disputavi, suis argumentis probanda esse video; quod ita faciam, ut primum de Isocratis orationibus loquar ostendamque, in iis omnino nullos admissos esse hiatus. Sex potissimum sunt loci, in quibus a veteribus traditum est, Isocratem prae ceteris vocalium concursationem fugisse. Quorum primus in Dionysii Iudicio de Isocrate cap. II. legitur et ita se habet: *τῶν τε γὰρ φωνηέντων τὰς παραλλήλους θέσεις, ὡς λυούσας τὰς ἁρμονίας τῶν ἤχων καὶ τὴν λειότητα τῶν φθόγγων λυμαινομένας παραιτεῖται.* Alter ex ejusdem Dionysii libro de Compos. Verbor. c. XXIII. petendus est: *φωνηέντων μὲν γὰρ ἀντιτυπίαν οὐκ ἄν τις οὐδεμίαν εὕροι, ἐν γοῦν οἷς παρεθέμην ἀριθμοῖς, οἴομαι δ' οὐδ' ἐν ὅλῳ τῷ λόγῳ, (τῷ Ἀρεοπαγιτικῷ), πλὴν εἴ τί με διαλέληθεν.* Quibus accedunt tum locus Cicer. Orat. c. 44. supra allatus, tum ii, quos Dindorfius ad

Paneg. p. 1. attulit ex Dionys. Halic. de Demosthenis vi c. IV. δι' εὐλαβείας μὲν λαμβάνει (Ἰσοκράτης) τὸ συγκροῦσαι τὰ φωνήεντα τῶν γραμμάτων, δι' εὐλαβείας δὲ ποιεῖται τὸ χρήσασθαί τινι τῶν τραχυνόντων, Plutarch. Moral. p. 350. e. Ἰσοκράτης ὁ φοβούμενος φωνῆεν φωνήεντι συγκροῦσαι et Demetr. περὶ ἑρμ. sect. 68. περὶ δὲ συγκρούσεως φωνηέντων ὑπέλαβον ἄλλοι ἄλλως. Ἰσοκράτης μὲν γὰρ ἐφυλάττετο συμπλήσσειν αὐτὰ καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ.

Quae cum veteres tradidissent, inter primos qui referendus est Isocratis editores, Wolfius ille Oetingensis revera textum Isocratis ad sententiam illorum aptare voluit, et hac de causa saepius quam in edd. illis Mediol. et Aldin. legitur, adhibuit apostrophum. Sed quod non putaveris, hoc ipsum ei vitio vertitur ab editore ejus ipsius orationis, in qua nullum se reperisse hiatum testatus est Dionysius. V. Bergmanni Praefat. Quam recte autem Wolfius versatus sit in hiatibus tollendis, ipsa nuper ostendit Bekkeri editio, in qua plurima horum vitiorum ex auctoritate Cod. Urbinatis nunc vides remota. Non opus enim est conjectura Pinzgeri ad Paneg. p. 38., Bekkerum non pro arbitrio egisse, sed codicis Urbinatis scripturam repraesentasse, licet ipse nihil de elisionibus in varietate lectionis monuerit; monuit ipse Bekkerus de hac re ad Nicocl. p. 15. e. luculentis his verbis: „ubicunque apostrophum posui, posui auctore

G. (Urbin.)." Quaestio tamen nunc exoritur, utrum sit in hac Bekkeriana ratione, ex qua satis magna hiatuum copia Isocrati tribuitur, acquiescendum, an ulterius etiam progrediendum. Illud mavult Pinzgerus monens: se quidem ex boni codicis manuscripti auctoritate pendere malle, quam arbitrio se dare recentiorum editorum, quorum quam varium de rebus orthographicis vario tempore fuerit judicium, nemo sit quin sciat. Isocratem hac quidem in re non certam quandam legem, sed aurium judicium secutum esse videri. Rarissimam apud eum esse vocalium concursationem, quamvis ea non abstinuerit, quod vel ex Dionysii Halicarnassensis verbis, ab aliis in contrariam partem adhibitis patere de Comp. Verb. l. l. — Quis enim haec ita scripsisse putet rhetorem, si nulli omnino apud Isocratem reperiantur hiatus? At haec Pinzgeri ratio multa habet, quibus laborat. Primum enim videat, ne, dum respuit rationes editorum, se tradat temeritati librariorum, quos non credibile est tam anxie secutos esse manum auctoris, ut non hiatum saepius quam par ex negligentia quadam admiserint. Hinc recte Schaeferus ad Demosth. T. I. p. 186. monuit, nullam in talibus librorum esse auctoritatem. Deinde hoc Pinzgero concedo, Isocratem aurium judicium esse secutum, sed quid? si habuit tam teretes aures, quae hiatum omnino respuebant? Loco Dionysii autem ne ii quidem refelli pos-

sunt, qui opinantur, nullos prorsus reperiri in Isocratis scriptis hiatus; quod tamen, quantum scio, nemo adhuc contendit. Dindorfius enim, qui ne particulam *καὶ* quidem ante vocalem sine crasi in Isocrate ferre volebat, eos tamen tulit hiatus, qui in tragicis quoque poëtis reperiuntur. Baiterus autem, qui Excursum XI. ad Bremii Edit. Isocrat. scripsit, plures etiam ab eo commissos esse hiatus, ostendere conatus est; inter quos tamen nequaquam tales retulit, quales apud Bekkerum nostra in oratione p. 151. b. *γε ᾤοντο*, et 156. c. *ὥστε οὔτε* exhibentur. Hos enim si legisset Dionysius, num putas eum scripsisse, in Areopagitica oratione nullos omnino reperiri hiatus? His igitur missis, dicam, quibus in locis hiatus mihi tolerandi et quibus tollendi videantur.

Tolerandos autem censeo hiatus, idem Baitero contra Dindorfium statuente, in orationibus forensibus, primum quia earum fides omnino incerta est. Nam non solum ipse negat Isocrates, se talia scripsisse, de Permut. p. 310. c. *προῄρημαι καὶ λέγειν καὶ γράφειν οὐ περὶ τῶν ἰδίων συμβολαίων, ἀλλ' ὑπὲρ τηλικούτων τὸ μέγεθος* coll. ibid. 315. c. *διὰ τὴν ἀπειρίαν τῶν τοιούτων ἀγώνων* et Panath. p. 233., sed etiam Aphareus privignus et adoptivus Isocratis filius hoc in oratione de Permutatione contra Megaclidem scripta contenderat, teste Dionysio in Judic. de Isocr. cap. XVIII.: *μηδεὶς δ' ἀγνοεῖν*

ὑπολάβῃ μηδ' ὅτι Ἀφαρεὺς, ὁ πρόγονός τε καὶ εἰςποίητος Ἰσοκράτει γενόμενος, ἐν τῷ πρὸς Μεγακλείδην περὶ τῆς Ἀντιδόσεως λόγῳ διορίζεται, μηδεμίαν ὑπὸ τοῦ πατρὸς ὑπόθεσιν εἰς δικαστήριον γεγράφθαι· μηδ' ὅτι δέσμας πάνυ πολλὰς δικανικῶν λόγων Ἰσοκρατείων περιφέρεσθαί φησιν ὑπὸ τῶν βιβλιοπωλῶν Ἀριστοτέλης. ἐπίσταμαι γὰρ ταῦτα ὑπὸ τῶν ἀνδρῶν ἐκείνων λεγόμενα· καὶ οὔτ' Ἀριστοτέλει πείθομαι ῥυπαίνειν τὸν ἄνδρα βουλομένῳ, οὔτ' Ἀφαρεῖ τούτου γ' ἕνεκα λόγον εὐπρεπῆ πλαττομένῳ συντίθεμαι· ἱκανὸν δὲ ἡγησάμενος εἶναι τῆς ἀληθείας βεβαιωτὴν τὸν Ἀθηναῖον Κηφισόδωρον, ὃς καὶ συνεβίωσεν Ἰσοκράτει, καὶ γνησιώτατος ἀκουστὴς ἐγένετο, καὶ τὴν ἀπολογίαν τὴν πάνυ θαυμαστὴν, ἐν ταῖς πρὸς Ἀριστοτέλη ἀντιγραφαῖς ἐποιήσατο, πιστεύω, γεγράφθαι λόγους τινὰς ὑπὸ τοῦ ἀνδρὸς εἰς δικαστήρια, οὐ μέντοι πολλούς." Longum est, nec aptum hoc in loco plura de his tam diversis sententiis afferre, hoc tamen quisque facile videbit, eas, quas nunc habemus, orationes forenses ut ab Isocrate scriptas, non ab uno eodemque auctore profectas esse, quia si dicendi genus spectamus, orationes de Bigis, adv. Callimachum, Trapezitica, Aeginetica et in Lochitem ab or. in Euthynum multum recedunt. Illae enim magis ad secundum orationum genus, quod supra statuimus, haec ad tertium, illae minus conveniunt cum judiciali genere, haec prorsus convenit.

Idque jam Dionysius animadvertit, qui cap. XX. de Trapezitico haec habet: ἥ τε γὰρ περίοδος ἐκμηκύνεται καὶ περὰ τοῦ δικανικοῦ τρόπου καὶ ἡ σύνθεσις ἔχει τι τοῦ ποιητικοῦ, τό τε σχῆμα τῆς λέξεως ἐκ τῶν ἐπιδεικτικῶν εἴληπται παρισώσεων καὶ παρομοιώσεων. Vel igitur statuendum erit, ceteras orationes praeter illam in Euthynum scriptas esse ab Isocrate, ut auditores in hoc loquendi genere exerceret, eáque ipsa de causa paulo accuratius, quamquam mori judiciorum minus convenienter compositas esse (orationumque indoles huc re fere ducit) vel orationem in Euthynum, quam Aristoteles Rhetor. II, 19. laudat, non esse ab Isocrate profectam, id quod mihi verisimillimum esse videtur. Sic enim Isocrates jure negare poterat, se unquam causidici partes suscepisse, et Cephisodorus affirmare, Isocratem ejusmodi orationes scripsisse. Quidquid est, hoc certe patet, has orationes alio modo esse dijudicandas in hac de hiatu disputatione quam ceteras.

Deinde non offendes in hiatu, quem semivocales ι et υ faciunt. Sic saepissime πολὺ ἄν est scriptum v. supra p. 297. Idem magis etiam cadit in ι, ita ut non debeas offendere si Nicocl. 32. d. 34. et 36. d. περὶ ἐμαυτοῦ et 38. c. περὶ ἐμὲ legitur, quamquam librarii interdum offendisse videntur, dederunt enim Antid. §. 176 in Vatic. περὶ μὲ (Urb. περί με exhibet, ibid. p. 316. d. Bekkerus minus recte περὶ 'μοῦ pro

cett. περὶ ἐμοῦ recepit, quod nec hic nec §. 209. facere debebat, jureque Dindorfius his in locis περὶ ἐμοῦ scripsit. Sic etiam περὶ ἐκείνους, quod ad Demon. 7. legitur, in Isocratea oratione ferendum esse censeo, non tamen παντὶ ἐλαττουμένους (ibid. 12. d.) et σώματι εἶναι (ibid. 11. ubi vulgo σῶμα exhibent), quae corrigenda esse censerem, nisi cum Baitero statuerem, hanc orationem non esse ab Isocrate ita, uti eam nunc habemus, profectam. Ad ea quae non tentanda sunt, Baiterus recte etiam retulit τί ἂν et ὅτι ἂν, nec minus Panath. 268. τί οὖν, Paneg. 49. e. εἴ τι ἐν et Antid. 313. d. ὅτι οὐδεν. Erravit tamen Vir Doctus, opinatus, „in universum quae in ῑ finiantur vocabula" facilius videri vocalem tulisse sequentem, eaque de causa defendit primum καὶ vocalem praecedens, qua in re non cum eo facio. Non nego quidem, καὶ iis in locis, ubi nec abesse nec cum alia poterat mutari particula, ferendum esse, veluti de Pace 176. b. in verbis πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν, Panath. 244. b. πέντε καὶ ἑξήκοντα. Antid. 312. δύο καὶ ὀγδοήκοντα. Ibid. §. 120. τεττάρων καὶ εἴκοσι. Quo etiam de Pace 159. b. περὶ πολέμου καὶ εἰρήνης referendum esse duco, quia hiatus his in locis facilem habet excusationem, cum hae voces, quae unam faciunt notionem, non facile discerni possent. Eo magis tamen de aliis locis dubito, veluti Nicocl. 31. b. ubi Isocrates in eo est, ut laudet imperium

unius. Enarrat igitur commoda horum imperiorum his verbis: *καὶ γὰρ παρασκευάσασθαι δυνάμεις καὶ χρήσασθαι ταύταις, ὥστε καὶ λαθεῖν καὶ ὀφθῆναι, καὶ τοὺς μὲν πεῖσαι, τοὺς δὲ βιάσασθαι, παρὰ δὲ τῶν ἐκπρίασθαι, τοὺς δὲ ταῖς ἄλλαις θεραπείαις προσαγαγέσθαι μᾶλλον αἱ τυραννίδες τῶν ἄλλων πολιτειῶν οἷαί τ' εἰσίν.* Hic ingenue fateor me latere, quomodo imperia unius possint eo praestare rebus publicis, quod facilius possunt *ὀφθῆναι*. Loquitur enim orator de commodis quae habeant haec imperia in comparanda magna potestate; „Facilius, inquit," latent", quod verum esse quisque statim videt, nam regis consiliorum perpauci tantum conscii sunt. Sed quid hoc? „facilius aspiciuntur." Recte igitur conjecit jam Coraës, cui calculum adjecit Bekkerus, *φθῆναι*. Hoc enim ipsum est, quo ceteris praestant imperia unius, quod facilius alios possunt praevenire. Saepius autem *φθῆναι* et *ὀφθῆναι* inter se confundi disces ex Paneg. 56. d. et 58. d. ubi vulgo pro *φθήσονται* et *φθῆναι* exhibent *ὀφθήσονται* et *ὀφθῆναι*. Jure igitur Dindorfius in loco Nicocl. *φθῆναι* recepit. Ad Phil. 98. d. nunc quidem haec leguntur *περὶ μὲν οὖν τῶν ἐμῶν καὶ ὧν σοὶ πρακτέον ἐστὶ πρὸς τοὺς Ἕλληνας σχεδὸν ἀκήκοας*, sed vulgo pro Cod. Urbin. *ὧν σοι πρακτέον ἐστί*, legitur: *περὶ ὧν ἡγοῦμαί σοι πρακτέον εἶναι*. In his *ἡγοῦμαι* apertam prae se fert glossematis speciem, non

ita tamen περί. Nam ex hac praepositione interpretatio illa per ἡγοῦμαι exorta esse videtur; cum, si quis legit ὧν σοι πρακτέον ἐστι quisque hoc accipiet pro attractione, si non, scribet ἅ. Illud περὶ ὧν autem facilem ansam praebuit addendae vocis ἡγοῦμαι. Conferas simillimum locum Panath. 248. d. Οὐ μόνον δ' ἐπὶ τούτοις ἄν τις ἐπαινέσειεν, ἀλλὰ καὶ ἐφ' οἷς περὶ τὸν αὐτὸν χρόνον ἔπραξεν, ubi καὶ fortasse a librariis inserta est. Posse enim abesse loci apud Bremium Exc. IX. te docebunt, ex quibus patet, καὶ omitti ab Isocrate, „ubicunque verborum constructio mutetur." Ibid. 259. d. in verbis: οἵτινες ἄπειροι πολιτειῶν ὄντες οὐ διήμαρτον αἱρούμενοι τῆς ὑπὸ πάντων ἂν ὁμολογηθείσης οὐ μόνον εἶναι κοινοτάτης καὶ δικαιοτάτης ἀλλὰ καὶ συμφερωτάτης ἅπασι τοῖς χρωμένοις καὶ ἡδίστης. Hic Cod. Urbinas lectionem unice veram „καὶ τοῖς χρωμένοις pro τ. χρ. καὶ praebet. Saepe enim fit, ut civitatis forma quaedam ejusque instituta sint aequissima et justissima omnibusque utilissima, et tamen iis, qui his institutis utuntur, non jucundissima et gratissima. Hoc autem videtur Isocrates ad Lacedaemoniorum instituta alludens, hic de Thesei institutis praedicare velle. Superfluum etiam addi τοῖς χρωμένοις ad ἅπασι, cum per se pateat, talia instituta modo civibus, qui iis utantur, maxima posse afferre commoda. Similis est locus Areopag. 154, b.

cap. XXIX. ubi vid. annot. Corrigendi etiam sunt loci Paneg. 50. c. ubi c. Urbin. et Ambros. καὶ διότι scribendum est v. Dindorf. ad h. l. et me infra. Archid. 117. e. ubi c. Laurent. καὶ ante ὑμᾶς delendum, Panath. 283. e. ubi pro καὶ ἅπαντας vulgata καὶ πάντας praeferenda esse videtur. Magis dubito quid de verbis καὶ Ἰταλίαν Archid. 131. b. quae a multis Codd. et vett. Edd. absunt et melius absunt quam adsunt, statuendum sit. Quid enim Lacedaemoniis tum temporis cum Italis? Tuetur tamen hanc vocem Dionysius, ex quo jam Wolfius recepit. Num forte εἰς Ἰταλίαν καὶ Σικελίαν scribendum est? Alii loci, in quibus particulam καὶ vocalis excipit, sunt primum ii, in quibus negatio sequitur de Pace 175. e. καὶ οὐκ ᾐσχύνοντο coll. simill. Panath. 254. e. et 271. d. καὶ οὐκ αἰσθάνονται. Quibus accedant Paneg. 60. e. καὶ οὐδὲ, ubi Dionysius καὶ μηδὲ exhibet, Phil. 85. b. καὶ οὐδὲν ἐξὸν, ubi καὶ delendum esse videtur, et Antid. §. 108. καὶ οὐκ ᾐσχύνθη ubi Vatic. et Ambros. καὶ omittunt. Num igitur fortasse κ' οὐκ ibi scriptum erat, id quod Dindorfius in Paneg. l. l. scribendum esse censuit improbante Baitero? Mirum certe est, quod duo optimi Codd. particulam prorsus necessariam illo in loco omittunt. Huc addantur ii loci, in quibus articulus ὁ particulam excipit Nicocl. 39. c. ubi καὶ delendum esse dixerim et Ep. 1, 1. ubi articulum cum Urbin.

omiserim. Deinde ii, in quibus aliae particulae eam excipiunt, veluti Phil. 89. d. ubi non dubitaverim ὡς delere, et Archid. 121. c. ubi καὶ fortasse aut omnino delendum aut cum καίπερ permutandum est. Quibus emendatis duo restant loci Panath. 283. b. ubi καὶ ante ἐπαιχῶν delendum et Ep. IV, 414, καὶ εἰπεῖν, quae epistola tamen ob plures hiatus ibi commissos omnino valde suspecta est.

Idem Baiterus deinde pergit „uti in particula καὶ, sic etiam in prima persona indicativi et in infinitivis terminationem αι interdum a vocali excipi.“ Quod in Isocrate minime ferendum esse duco. Primum affert Panath. 233. e. βούλομαι οὖν Antid. 313. c. δέομαι οὖν, et ibid. §. 137. οἶμαι οὖν, ubi tamen Vatic. Ambros. et Urbin. correctus δ' exhibent, quod praeferendum esse videtur. Respondet enim adversariis, qui ipsi aliquid possint objicere, desideramus igitur particulam adversativam, quam in ambobus alteris locis etiam ante οὖν inserendam esse censemus, nisi βούλομ' et δέομ' οὖν scribere mavis, quod mihi minus probatur. Corrigenda etiam sunt quae Archid. 133. b. leguntur: ὥστε τὰ προστάγματα τούτων ὑπομεῖναι, ὧν ἄρχοντες ἅπαντα τὸν χρόνον διετελέσαμεν, ubi Urbin. ὑπομείναιμεν praebet. Raro quidem videmus post ὥστε Optativum scriptum, non tamen omnino a consuetudine Graecorum abhorrere demonstrari potest aliis locis veluti Xenoph. Me-

morab. III, 1, 9. Ἀλλὰ μὰ Δί' ἔφη, οὐκ ἐδίδαξεν, ὥστε αὐτοὺς ἂν ἡμᾶς δέοι τούς τε ἀγαθοὺς καὶ τοὺς κακοὺς κρίνειν, ubi ἂν additum est, quia conditio quaedam latet coll. Herod. I, 86. Videas autem, quaeso, quam aptus nostro in loco sit Optativus. Orator enim sperat, fore ut id oratione sua effecerit, ut dubium sit, quid facturi sint Lacedaemonii. Hinc dubitanter dicit: si nos essemus tam abjecti animi, ut mandata Thebanorum facesseremus, quam ridiculum hoc foret, praesertim cum ne Phocaenses quidem hoc voluerint facere erga regem Persarum. De loco Areopag. 148. b. et Ep. IV, 414. c. vid. quae supra p. 263. et p. 215. disputata sunt, altero in loco vulgatum διαμένειν praeferendum esse docet sequens σώζειν. Quod ad Demon. 10. c. legitur: παρασκεύαζε σεαυτὸν πλεονεκτεῖν μὲν δύνασθαι, ἀνέχου δὲ τὸ ἴσον ἔχων, poterit ex libris ita corrigi, ut δυνάμενον scribatur. Παρασκεύαζε σεαυτὸν (scr. σαυτὸν) enim hic nihil aliud est, quam para te i. e. ostende, praebe te, ita ut participium, quod edd. Med. et Ald. tuentur aptius etiam esse videatur, quam infinitivus, quocum strui solet hoc verbum. Quia tamen haec oratio valde suspecta est, non magis haec urgeam, quam quod Epist. IV, 414. nunc συμβιῶναι ἁπάντων legitur, cum olim σύμβιον exhiberent et ibid. βουλεύσασθαι οὐδενός. Aliis in locis collocatio verborum est mutanda, veluti de Pace 166. c. in verbis τοὺς ἀκούοντας

πεῖσαι δοκεῖν, scribendum erit, quod vulgo habent: πεῖσαι τοὺς ἀκούοντας δοκεῖν. Nicocl. 15. b. in verbis: τὸ μὴ τρυφᾶν ἀλλ' ἀναγκάζεσθαι περὶ τοῦ βίου καθ' ἑκάστην τὴν ἡμέραν βουλεύεσθαι, ἔπειθ', vulgo pro τὴν ἡμ. βουλ. legebatur ἀγωνίζεσθαι τὴν ἡμέραν· Quid verius sit ἀγωνίζεσθαι an βουλεύεσθαι non facile dixerim, quamquam ἀγωνίζεσθαι magis congruit cum τρυφᾶν, cui oppositum est, iterumque legitur ejusd. orat. p. 17., hoc tamen confirmaverim, vulgatam verborum collocationem veriorem esse, id quod etiam de Areopag. 147. d. statuo, v. supra p. 250., et Busir. 226. b. ubi aut cum vulgato: εἶναι δοκεῖν scribendum erit aut, quod nolim, cum Urbin. μείζους pro ἀκριβεστέρας τῶν συμβαινόντων. Plataic. 305. b. autem scribas εἶναι νομιοῦσιν ὑμᾶς, quod vulgo habent, et Panath. 236. e. librorum omnium lectionem με, pro quo Bekkerus ἐμὲ dedit, tolerandam esse jam vidit Baiterus. Restat igitur unus tantum locus Paneg. 55. d. μικρὰ δέ τινα παραλελεῖφθαι. ὅμως, ubi Codices quidem in eo variant, ut pro τινα vel τι exhibeant, uti Urbin., vel pronomen omnino omittant, uti libri in Antidosi, et ut pro περιλελεῖφθαι in Antid. Laur. καταλελεῖφθαι exhibeat; quod Orellius recepit, hiatum tamen minime tollunt, ita ut hoc in loco ferendus et pausa, quae hic in loquendo fit, excusandus esse videatur.

Quae si vere a me disputata sunt, non dubitabis locos corrigere, in quibus diphthongos οι et ει vocalis sequitur, veluti Paneg. 63. ubi οἱ ἄλλοι, quod Urbin. non habet, Ambr. autem articulo omisso ante σύμπαντες collocat non tam cum Baitero uncis secludendum, quam omnino excludendum esse censeo, et Antid. §. 176. in verbis εἰ οἱ μὲν, fortasse εἰ μὲν οἱ legendum est. Saepe enim μὲν ad totam cum pertineret sententiam, ad verba est adscriptum, quibus minus convenire videtur. Sic Panath. 260. c. in verbis: ἡγοῦμαι δὲ ταῦτα ἑτέροις μὲν πολὺ πλείους λόγους παρέξειν τῶν νῦν εἰρημένων, ἐμοὶ δ' οὐκ ἔτι περὶ ἁπασῶν αὐτῶν εἶναι διαλεκτέον, vulgo μὲν sedem suam ante ἑτέροις habet, quam elegantiarum studiosus librarius mutasse videtur, ut vox ἑτέροις magis sequenti ἐμοὶ δὲ respondeat. Sedem etiam mutavit haec particula Archid. 117. ubi vulgo ἐν οἷς κατορθώσαντες μὲν legitur, Cod. Laur. autem ἐν οἷς μὲν κατορθ. praebet. Ad Demon. 10. d. in verbis: τοσούτῳ γὰρ κρείττων δικαιοσύνη χρημάτων, ὅσῳ τὰ μὲν ζῶντας μόνον ὠφελεῖ, ἡ δὲ καὶ τελευτήσασι δόξαν παρασκευάζει, κἀκείνων μὲν τοῖς φαύλοις μέτεστι, ταύτης δὲ τοῖς μοχθηροῖς ἀδύνατον μεταλαβεῖν, cum Urbin. et Dindorfio pro ἡ δὲ scribas τὸ δὲ et pro ταύτης, τούτου. In Ep. VIII, 424. non οἱ Ἀφαρέως sed οἱ μὲν Ἀφαρέως scribendum esse conjeci supra p. 185. Me tamen non offendere in loco

Panath. 243. c. ubi ὁπότεροι ἂν legitur, inde explicabis, quod ante ἂν omnino hiatus tolerandus esse videtur, cujus rei supra in πολὺ ἂν exempla dedi et infra dabo. Pausa quae in loquendo fit, excusare poteris ad Nicocl. 22. c. ἐπιτέλει. Ὧν κ. τ. λ.

Haud magis, pergit Baiterus, *aures Isocratis inique patiebantur, ubi vocalem υ et ex ea ortas diphthongos ου et ευ vocalis sequitur.* Quod equidem iterum in Isocrate minime ferendum esse censeo, nisi ἂν sequente, ita ut Panath. 258. d. sane non offendam in verbis: πρὸ πολλοῦ ἂν ἐποιησάμην. Emendandum tamen esse censeo locum de Pace 168. c. οἷς ὁπόταν τις διδῷ πλείω μισθὸν, μετ' ἐκείνου ἐφ' ἡμᾶς ἀκολουθήσουσιν, ubi recte Jacobsius monuit, pronomen τὶς collectivorum rationem sequi et cum Urbinate μετ' ἐκείνων scribendum esse, quod Baiterus quoque probasse videtur. Miror tamen quod Paneg. 52. c. in verbis: τίς γὰρ ἂν ἱκετεύειν τολμήσειεν ἢ τοὺς ἥττους αὑτοῦ ἢ τοὺς ὑφ' ἑτέροις ὄντας, ubi Ambros. αὑτῶν exhibet, vulgo autem τίνες τολμήσαιεν — αὑτῶν — παραλίποντες, (v. supra p. 233.) legunt, non idem statuit, ego certe non dubito, quin αὑτῶν legendum sit, v. Matth. Gr. Gr. 434. Corrigendum etiam esse duco locum de Pace 169. c. οὕτως ὀλίγου αὑτῶν φροντίζομεν, ubi prorsus nescio, unde illud ὀλίγου profectum sit, cum edd. et hic et in Antid. con-

stanter ὀλίγον exhibeant, ita ut vitium typothetae in Bekkeriana editione esse videatur. Ep. IV, 416. autem in verbis: ἑνὸς μόνου ἐφρόντισα, scriberem μόνον, nisi de auctore hujus epistolae dubitarem. Sed in Panath. 236. c. pro μου ἐλυμαίνοντο cum vulgata scribas ἡμῶν et Areopag. 153. c. pro τοῦ δήμου dedi jam vulgatum τῆς δημοκρατίας. Restant igitur hi tantum loci Panath. 240. d. ὥσπερ χορὸς πρὸ τοῦ ἀγῶνος, ubi articulum deleas, idemque Antid. §. 117. in verbis διὰ τοῦ Ἰσθμοῦ facias. Recte tamen legi poterit εὖ οἶδ' in loco Soph. 295. ubi εὖ nunc ex Urbin. ante οἶδ' est receptum, v. Buttmann Gr. Gr. maj. T. II. p. 391.

Non magis offenderis, si Plataic. 296. ὦ ἄνδρες leges, id quod nunc etiam 297. d. ex Urbin. est receptum, aut Epist. IX, §. 1. ὦ Ἀρχίδαμε, v. Buttm. l. l. Nec si Antid. §. 299. ᾧ ἂν et 297. ὅσῳ ἂν legis, quod eadem de causa defendo, qua πολὺ ἂν et ὁπότεροι ἂν defendendum esse censui, ita ut non cum Baitero faciam, qui dicit: in his locis hiatum facile tolli posse interposita syllaba περ. Corrigendum tamen est quod Antid. §. 302. legitur, ubi ἐν τῇ διαλέκτῳ e. Urbin. pr. delendum erit, et ibid. §. 130. in verbis: τῷ δ' ἤθει τῷ ἑαυτοῦ, non tam cum Baitero statuo αὑτοῦ pro ἑαυτοῦ legendum esse, quam omnino de lectione dubitandum esse. Num forte τῶν αὑτοῦ id est, militum suorum, legendum est? v. §. 132.

Eodem autem modo etiam illos perlustremus locos, in quibus η vocali praepositum est. Veluti Nicocl. 39. c. in verbis τὴν εὔνοιαν τὴν πρὸς ἡμᾶς ἐν τοῖς ἔργοις ἐνδείκνυσθε μᾶλλον ἢ ἐν τοῖς λόγοις, ubi vulgo ἢ τοῖς λόγοις legebatur. Vid. Brem. qui ad Dem. Olynth. I. (ap. Schaefer. T. I. p. 189.) haec habet. „Post ἀλλά, ἤ, ὡς praepositio frequenter non repetitur, quod interdum viris doctis (nec minus librariis) corrigendi libidinem movit.“ Patet inde simul, quo modo locus Plataic. 299. b. ὑφ' ὧν οὐ μόνον ἂν θᾶττον ἢ ὑπὸ Θηβαίων διεφθάρημεν corrigendus sit, deleas enim alterum ὑπό. Alio modo sanandus est locus Phil. 105. d. ubi pro ἢ ἐξ, scribas quod vulgo habent ἤπερ ἐξ, idemque legi posset Helen. 209. d. pro ἢ ὁ, nisi potius ibi articulum delere vis, quod in simillimo loco Ep. VI, 420. b. in Ald. factum esse vides. Articulum ante αὐτοῦ delendum esse in Ep. VII, 423. a. jam vidit Baiterus, vulgo minus recte abest etiam ante τέχνη, πολλάκις tamen jure a Bekkero ex Urbin. ante αὐτοῦ est receptum. Evag. 190. b. in verbis: ἥδιον ἂν εὐλογουμένων ἀκούοιεν οὓς οὐκ ἴσασιν εἰ γεγόνασιν, ἢ [τούτους] ὑφ' ὧν κ.τ.λ., Bekkerus cur vocem uncis incluserit, non video. Codices certe nihil praebent subsidii. Urb. enim habet τούτους, Vatic. τούτων, vulgo τὰ τούτων. Τούτους tamen genuina nobis lectio esse videtur, quam cum quis aptiorem vellet reddere praecedenti Geni-

tivo εὐλογουμένων, mutavit in τούτων et inde est ortum quod vulgo legitur. Nicocl. 28. c. ἔδη delendum esse, supra jam dixi p. 226. Panath. 253. c. nunc quidem haec leguntur: τὴν δ' ἡμετέραν πόλιν οὐδεὶς ἂν οὐδ' εἰπεῖν τολμήσειε πρὸ τῆς ἀτυχίας — ὡς τοιοῦτον ἐν τοῖς συμμάχοις τι διαπραξαμένη ἦν. Sed Codices una cum editoribus valde fluctuant. Aldina habet διαπεπραγμένη, Wolfius ex duobus libris quibus Coraïs Cod. accedit, una cum ceteris, qui eum sunt secuti praeter Coraëm et Bekkerum, dedit διαπεπραγμένην, conjecit tamen ὡς εἴη τοιοῦτον ἐν τοῖς συμμάχοις τι διαπεπραγμένη. Coraës ex ant. edd. edidit διαπεπραγμένη ἦν, conjecit tamen particula ὡς deleta scribendum esse διαπεπραγμένην. Bekkerus cur potius Coraëm, quam Codicem Urbinatem, qui διαπραξαμένην habet, secutus sit, miror; nam haec ipsa Urbin. lectio mihi unice vera esse videtur. V. de structura Isocr. Paneg. 52. b. τὰς μὲν ἄλλας πόλεις ὑπερορῶντες ὡς οὐκ ἂν δυναμένας βοηθῆσαι ταῖς ἑαυτῶν συμφοραῖς, coll. Baitero in Praef. ad Paneg. p. XVIII. et Matth. Gr. Gr. §. 569. In aliis tamen locis hiatus non offendit, veluti Helen. 217. b. μὴ οὐ et Ep. II, 408. δύνῃ. Ἴδοις, quod *pausa* excusatur. Crasis autem est adhibenda Phil. 102. c. ubi nunc ἢ ἐκείνας legitur, quod Coraës ex Cod. suo recepit, cum ceteri rectius ἢ κείνας (Dindorf. ἢ 'κείνας) exhibeant, v. Paneg. 44. c. ubi Bekkerus κείνων post ἢ scripsit,

monens Urbinatem post vocalem sic scribere solere coll. Phil. 89. d. 93. e. de Pace 182. d. Helen. 216. Busir. 228. c. Panath. 241. b. quibus in locis vulgo ἢ ἐκ. exhibent. Phil. 109. Panath. 235. b. 261. c. 264. b. 272. e. Antid. §. 277. Aegin. 390. c. autem jam ante Bekkerum verum restitutum erat. Quibus addas Panath. 248. c. ubi Bekkerus ἃ 'κεῖνος. Cod. Cor. et al. Codd. ἃ κεῖνος, in Ald. ἃ ἐκεῖνος legitur. Quaeritur autem primum quid statuendum sit de loco Phil. 95. c. πρὸ ἐκείνου, quod equidem non tentaverim, deinde de locis Trapez. 359. c. πάθοι ἐκεῖνος (quae tamen verba soli Dionysio debentur indeque sunt recepta) ibid. 369. b. ἃ ἐκεῖνος, Callim. 379. e. μὴ ἐκείνων, et Aegin. 385. d. ἃ ἐκεῖνος, ubi κεῖνος scribendum esse ex loco Aegin. 390. c. patere videtur. Utrum autem 'κεῖνος scribendum sit cum coronide, uti Bekkerus plerisque in locis et Dindorfius scripserunt, an κεῖνος, in dubio relinquam. Coronidem certe adhibendam esse de Pace 180. et Antid. §. 268. et 317. ubi pro ἢ ἐγὼ scribendum esse ἠγὼ jam vidit Baiterus coll. Philipp. 87. ubi vulgo εἰς τὸ et Panath. 263. d. ubi vulgo ἃ ἐγὼ exhibent. Ep. II, 409. b. ubi μὴ ἐγὼ legitur, num μὴ delendum est?

Ex his quae nunc sunt disputata, si non tota aberravi via, haec patebunt. Primum Isocratem summo cum studio in eo laborasse, ut vitaret vocalium concursationem, id quod non

solum per se ex ipsa Isocrateae eloquentiae natura et indole verisimillimum est, sed nobis etiam a veteribus traditur. Deinde in nostris editionibus plures reperiri hiatus, quam quos Isocrates admisisse verisimile sit, hos ipsos locos tamen ita esse comparatos, ut vel Codices vel natura et indoles eorum mutationem aliquam suadeant; denique: hoc si fieri possit iis in locis, in quibus apostropho non locus esse videatur, id multo magis fieri debere in iis locis, in quibus facilem apostrophi medelam possis adhibere, praesertim cum haec jam in multo plurimis locis optimo Codice auctore sit adhibita et cum praeter hunc, in quo licet optimo librarii tamen in his minutis facile errare potuerint, nullus alius adhuc tam accurate sit collatus. Notabo igitur jam locos, in quibus hiatus a Bekkero est relictus.

In oratione ad Demonicum corrigas igitur 2. c. *δὲ εὐγενείας* 4. b. *δεῖ ζῆν σε ὥσπερ*, ubi Harlej. rectius *δεῖ σε ζῆν, ὥσπ.* 6. c. *τῇ δὲ ὀργῇ*, 7. b. *μήτε ἄπειρος*, 9. a. *ὑπὸ οἴνου*. 9. d. *δὲ ἡμῶν*. 10. *τὰ ἐκείνων* scr. *τἀκείνων*. 12. c. *ἐνθυμοῦ δὲ ὅτι*, ubi omnes ante Coraëm collati Codd. (Harlej. Med. Ald.) *διότι* exhibent, quod praeferendum est, v. de Big. 355. e. et Lochit. 397. ubi Bekkerus minus recte *ὅτι* pro vulgato *διότι* recepit. In aliis tamen hujus orationis locis hiatus removeri non poterit, quod qui indolem hujus orationis perspectam habet,

non mirabitur, v. 2. e. (3. e.) ἠγάπα, ἀλλ'. 4. καταριθμησαίμεθα. ἀλλὰ 9. c. τὰ δόξαντα. Ἡγοῦ. 9. d. autem haec leguntur: Ὅταν ὑπὲρ σεαυτοῦ (scr. σαυτοῦ) μέλλῃς τινὶ συμβούλῳ χρῆσθαι, σκόπει πρῶτον πῶς τὰ ἑαυτοῦ διῴκησεν. Sic certe Coraës et Bekkerus locum e Codd. suis exhibuerunt, sed Cod. Palat. (cujus lectiones Frommelius dedit in Progr. ann. 1820) Edd. Med. Ald. et Hagan. atque cum iis Wolfius et Stephanus habent πῶς ὑπὲρ τῶν αὑτοῦ, quod praeferendum esse videtur. Auctor hujus orationis enim miro flagrat studio minus usitatorum verborum et structurarum, cujus rei exempla in quaque fere pagina deprehendes. Sed non minus studium librarii in emendandis his locis posuerunt, ita ut nunc omnia fere illa singularia, quae jam Stephanus in Diatr. I^ma^ ex hac oratione collegit, in Bekkeriana editione e textu sint remota. Mirum tamen esset, si librarii et Grammatici solennes illas structuras cum insolentioribus, quas alii praebent libri, mutavissent, sin autem contrarium esset factum, nemo miraretur. Jam hac de causa igitur illa altera lectio mihi hic probatur. Neque tamen omnino abhorret haec dicendi ratio ab hujus verbi usu. Struitur enim plurimis quidem in locis cum Accusativo, leges tamen in Paneg. 48. b. περὶ τῶν ἄλλων καλῶς διοικήσειν, et *absolute* ad Nicocl. 16. e. Areop. 145. Panath. 261. c. Latini eadem ratione *administrare* usur-

parunt, v. Caes. de bell. Gall. IV, 29. Fortasse autem orator non alia de causa hic nostram vocem paulo insolentiori modo struxit, quam ut respondeat priori ὑπὲρ σεαυτοῦ. Vix enim dici potest, quantum in hac oratione studium sit παρισώσεων.

Ad Nicocl. 15. d. δὲ ἐνθυμηθῶσι, 16. c. γε ἐπιχείρημα, 17. ὥστε οὐδενὶ, ibid. ἀγωνίζεσθε, ὧν, ubi collocatio verborum est mutanda, v. supra p. 402., 19. δὲ ἀληθείαις, 21. b. τε ἀλλ', 21. c. δὲ ὡς, 21. e. δὲ ἐπὶ, 22. b. φρόντιζε, ὅπως, scr. φρόντιζ' ὅπως, 22. e. θαύμαζε, εἰ, num forte θαυμάσῃς εἰ scribendum est, quod legitur in simillimo loco ad Demon. 11. d.? 25. c. ἃ ὑμεῖς vitium typothetae est in Bekkeri editione, unde in Dindorfianam irrepsit.

Nicocl. 26. b. κἀκεῖνο ἄτοπον, scr. κἀκεῖν' ἄτ. v. quae attulit hujus elisionis exempla Baiterus Archid. 121. de Pace 187. c. 218. c. Trapez. 364. d. ubi pro vulgato ἐκεῖνο Bekkerus ἐκεῖν' restituit, et Ep. II, 410. ubi Coraës ἐκεῖνο γ' ἔχω conjecit, ceteri autem praeter Bekkerum ἐκεῖνο ἔχω tenent. 28. τε ἀνοήτους, 29. d. τούτῳ εὐδοκιμεῖ, 29. e. πρὸ αὐτῶν, scr. πρὸ αὑτῶν, πρὸ autem non offendit ante vocalem positum, 37. e. κατασιωπᾶτε, ἐὰν.

Paneg. 41. b. δὲ ἀνδρὸς, 48. e. δὲ ἀσφαλεστάτην, 53. δὲ εἰς, 54. d. δὲ ἅμα, 55. c. με ἀγνοεῖν, 57. c. τὴν σύμπασαν Ἑλλάδα ἠλευθέρωσαν, melius vulgo: τὴν Ἑλλάδα σύμπα-

σαν ἠλ. 59. e. τῶν δὲ ἄλλων, melius vulgo in Antid. τῶν δ' ἄλλων, legitur, Urbin. minus recte δὲ omittit. Ibid. nunc μικρότητα ἠμελήθη legitur, melius vulgo μικρ. παρημελήθη. 67. c. δὲ οὐχ, 68. c. τε οἰκείως, 70. d. δὲ Ἀταρνέα, 70. d. δὲ ὀλίγῳ, 71. b. φαυλότητα ἐν, scr. φαυλότητ' ἐν, 73. b. ἐπηράσαντο τι, 73. c. τοιαῦτα εἰς, 78. b. δὲ ἄρτι, 80. d. μεγάλα ὑπισχνουμένοις, vulgatam μεγάλας τὰς ὑποσχέσεις ποιουμένοις praefero, quia Isocrates ad amplificandam orationem id duabus vocibus nomine et verbo auxiliari exprimere solet, quod uno poterat. Saepissime autem vides hanc ipsam formulam μεγάλας τὰς ὑποσχέσεις ποιεῖσθαι in nostro obviam, v. Paneg. 43. d. Antid. §. 206. 208. et 293. — 80. e. τε ἀπαλλαγήσονται.

Ad Philipp. 92. δὲ οὐδὲν, 93. a. δὲ ὁμόροις (Med. δὲ μόνοις), 93. c. εἰς τοῦτο δ' αὐτῶν περιέστηκε τὰ πράγματα, ὥστε κ. τ. λ. Sic a Bekk. ex Urb. est scriptum, vulgo legitur: εἰς τοῦτο δὲ τὰ πράγματα αὐτῶν περιέστηκεν, ὥστε, quod commendatur loco Areop. 156. c. et de Pace 171. b. ubi Bekkerus ipse Urbinate auctore verba ita collocavit. Fortasse etiam αὐτῶν, quod hic incertam sedem habet, et in ceteris similibus locis non legitur, interpretibus debetur. Dici enim vix potest, quam saepe hoc pronomen a librariis tum additum, tum omissum sit cf. ad Demon. 7. c. 9. d. 12. c. ad Nicocl. 19. 22. 23. b. 25. d. Nicocl. 35. b. 38. b. 38. d.

Paneg. 42. 45. b. 52. e. 53. b. 53. d. 55. c. 58. c. 59. e. ad Phil. 84. 86. c. 92. b. d. 93. b. bis. 98. e. 100. c. 103. d. 108. c. 112. Archid. 119. c. d. 122. 127. d. 129. c. 130. e. 135. e. 136. c. 138. c. Areop. 142. b. de Pace 169. c. 180. c. 181. e. 185. c. 186. et sic per ceteras demonstrari potest orationes. 94. *πρὸ αὑτοῦ* (rectius *αὐτοῦ*). Ibid. 95. e. *πρὸ ἐκείνου*, 107. b. *πρὸ ἁπάντων* (Urbin. *πρὸς ἁπάντων*), 112. c. *σε οὐκ*.

Archid. 119. b. *ἐπίστασθε, ὅτι*, vulgo rectius *διότι*, v. ejusd. orat. p. 120. d. Eadem vox (*διότι*) post *φανερὸν εἶναι* legitur in Urbin. Plat. 301. et post *συνειδυῖα*, Paneg. 50. c. — Ibid. *ἀφίκοντο εἰς*, 123. b. *δὲ, ἀγνοουμένου*, 124. d. *ὥστε ὀλίγας*, 131. c. *ὅσα ἂν*, quod fortasse *ἂν* sequente ferri potest, Urbin. tamen quid primum habuerit, non liquet, *ὅσα* a correctore est.

Areopag. 150. *πρὸ ἡμῶν*, 151. b. *γε ᾤοντο*, 155. d. *τοιαῦτα ἐξαμαρτάνοντας*, 156. c. *ὥστε οὔτε*.

De Pace 164. b. *πολλὰ ἂν* (quod fortasse defendi poterit), 168. b. *ἀλλὰ ἀνθρώπους* (jam Ald. in Antid. habet *ἀλλ'*), 178. e. *ὥστε οὐδέ*.

Evag. 192. b. *δὲ Ἀχιλλεὺς*, 192. d. *δὲ ὕστερον*, 194. d. *σῶμα ἐν*, 195. b. *τε ἀρετὴν*, 199. d. *πλεῖστα ἀγαθὰ*, 199. e. *δὲ αὐτοῖς*, 200. c. *δὲ αὐτόν τε* (Urb. pr. minus recte *δὲ τοῦτο*, tu scribe *δ' αὐτόν τε*). Ibid. *δὲ οὐ*, 201. b. *ὥστε εἰς*, 201. c. *δὲ ἠναγκάσθη*, 202. c. *δὲ ὀνομάστους*, 203. d. *δὲ ἄνακτας — δὲ ἀνάσσας*.

Hel. Laud. 216. b. ὥστε οὐδέ.

Busir. 227. b. τε ἄλλην, 227. c. τε ἀπιστεῖν, 229. δὲ ὁ, 231. πλεῖστα εἰδότων.

Panath. 234. τε ἀλύπως, 234. e. ἐν συλλόγῳ πολλῶν [παῤῥησίᾳ] ἀνθρώπων. Hic jure Wolfius vocem παῤῥησίᾳ delevit, Coraës autem et Augerus post εἰπεῖν, Cod. Cor. vett. edd. post πολλῶν, uti hic, Codd. Angli et Auger. post συλλόγῳ collocant. 235. d. τε, εἰ, 238. τοῦτο ἤδη, 240. d. ταῦτά ἐστιν, 247. b. τε αὐτὰς (vulgo τε omittitur), 248. b. δὲ, εἶθ', 250. δὲ ἀναγιγνωσκομένων, 257. b. τε ὑπεθέμην, 265. c. τοὺς τὰ ἡμέτερα ἅμα τε θαυμάζοντας καὶ βασκαίνοντας καὶ μιμεῖσθαι γλιχομένους. Hic in uno legitur Urbinate pronomen τὰ ἡμέτερα, ceteri omittunt. Miror, quod Bekkerus interpretis manum non vidit, cui illud τὰ ἡμέτερα, ni me omnia fallunt, debetur. Desideratur quidem pronomen aliquod ad illa θαυμάζοντας καὶ βασκαίνοντας etc., at mihi multo verisimilius esse videtur, Isocratem scripsisse τοὺς τάμά τε θαυμάζοντας κ. τ. λ. Hoc enim ipsum est, quod Isocrates in talibus usurpare solet cf. locos simillimos ad Phil. 101. b. et Paneg. 43. b. ubi ineptus interpres ad ἐμοῖς addidit λόγοις. 266. τε αὐτὰς (vulgo τὲ minus recte omittitur) 268. e. κἀκεῖνο ὑποδείξοντας (v. supra ad orat. ad Demon.), 269. a. ὧν ἀκούσαντες οἱ κύριοι τότε ὄντες Θηβῶν (vulgo: ἀκούσαντες δ' οἱ τότε κύριοι Θηβαίων ὄντες legunt). Ibid. με ἀγνοεῖν,

269. c. ὥστε ἑλέσθαι, 273. e. ὥστε ἡττηθείς, 281. e. οἶσθα ἀκριβῶς (coll. Soph. 295.), 286. c. ὥστε ὄντας.

Soph. 295. πρὸ ἡμῶν.

Plataic. 297. d. μάλιστα ἀγανακτοῦμεν, 304. d. ἐνδείξησθε ὡς, ibid. haec leguntur: τίνες εἰς τοῦτ' ἀνοίας ἥξουσιν ὥστε βούλεσθαι μετὰ τῶν καταδουλουμένων τὴν Ἑλλάδα εἶναι μᾶλλον ἢ μεθ' ὑμῶν τῶν ὑπὲρ τῆς αὐτῶν ἐλευθερίας ἀγωνιζομένων. Hic Cod. Urbinas τὴν Ἑλλάδα omittit idque quam maxime probo. Vult enim insaniam eorum describere, qui si Athenienses pacta tuerentur, tamen a parte Thebanorum mallent stare. Primum autem non accurate locutus esset orator, qui alioquin accuratissime solet loqui. Quid enim impedit, quominus tum sub τίνες intelligamus gentes non Graecas? Hoc si est, quomodo illae essent insanae dicendae? Deinde etiam ipsorum Graecorum insania, qui Thebanos sequerentur ad Graeciam subigendam non tanta esset; poterant enim ex hac ipsa re pro Thebanorum benevolentia commoda percipere. Quanto gravior est sententia veriorque, si orator dicit: nemo eos sequetur, qui in eo sunt, ut ipsum in servitutem redigant (nam haec esset summa insania) ita ut vos respuat, qui pro ipsius libertate pugnatis. Sententia enim est communis, ita ut de quoque intelligi debeat, qui mallet cum iis facere, qui ipsum in servitutem redigant, quam cum iis, qui pro ejus libertate pugnent.

Antid. 313. b. ὥστε αὐτὸς, §. 91. τε εὐδαιμονήσουσι, §. 177. πρὸ ἡμῶν, ibid. ἐγγένοιτο ἐπιβιῶναι (Orellius ex Laur. edidit καταβιῶναι), §. 190. ποίας τινὰς ποιούμεθα ἡμεῖς τὰς ὑποσχέσεις, Laur. ποίας τινὰς ἡμεῖς τὰς ὑποσχέσεις ποιοῦμεθα· minus recte, §. 200. ὃ ἄν, quod defendi poterit, nisi ὅπερ ἂν scribere mavis, 345. e. ὥστε εἰ.

Ep. I, 404. δὲ οὐ.

Ep. II, 408. e. μηδὲ ἐξ 44. δὲ ἀνάγκη, Aldina rectius δ' ἀνάγκη.

Ep. IV, 415. e. τε ἤ (Urbin. minus recte ἤ omittit).

Ep. V, 417. τε οὐκ.

Ep. VI, in. ἐρωτήσαιτε, εἰ, 420. c. με οὐ, 420. e. τὸ ἐμαυτῷ, quod non potest corrigi.

Ep. VII, 422. τε ὡς.

Ep. VIII, 424. ὑπὸ Ἀγήνορος.

Ep. IX, §. 19. δὲ οὕτως.

Quae de Isocratis orationibus forensibus et de Demosthene adjicere statueram, alio tempore edam, ne liber hic nimia mole prematur, qua de causa etiam Excursus de periodis ab Isocrate artificiosius formatis et de Cod. Urbinate his non addidi.

INDICES.

Antid. 313. b. ὥστε αὐτὸς, §. 91. τε εὐδαιμονήσουσι, §. 177. πρὸ ἡμῶν, ibid. ἐγγένοιτο ἐπιβιῶναι (Orellius ex Laur. edidit καταβιῶναι), §. 190. ποίας τινὰς ποιούμεθα ἡμεῖς τὰς ὑποσχέσεις, Laur. ποίας τινὰς ἡμεῖς τὰς ὑποσχέσεις ποιοῦμεθα· minus recte, §. 200. ὃ ἂν, quod defendi poterit, nisi ὅπερ ἂν scribere mavis, 345. e. ὥστε εἰ.

Ep. I, 404. δὲ οὐ.

Ep. II, 408. e. μηδὲ ἐξ 44. δὲ ἀνάγκη, Aldina rectius δ' ἀνάγκη.

Ep. IV, 415. e. τε ἢ (Urbin. minus recte ἢ omittit).

Ep. V, 417. τε οὐκ,

Ep. VI, in. ἐρωτήσαιτε, εἰ, 420. c. με οὐ, 420. e. τὸ ἐμαυτῷ, quod non potest corrigi.

Ep. VII, 422. τε ὡς.

Ep. VIII, 424. ὑπὸ Ἀγήνορος.

Ep. IX, §. 19. δὲ οὕτως.

Quae de Isocratis orationibus forensibus et de Demosthene adjicere statueram, alio tempore edam, ne liber hic nimia mole prematur, qua de causa etiam Excursus de periodis ab Isocrate artificiosius formatis et de Cod. Urbinate his non addidi.

INDICES.

INDEX GRAECUS.

INDEX LATINUS.

INDEX SCRIPTORUM.

Isocratis			Isocratis		
Panegyr.	47. a.	147	Panegyr.	63. d.	158
	48. e.	160		—	159
	—	226		63. e.	87
	—	411		64. c.	249
	49. a.	99		65. e.	122
	49. c.	159		66. b.	167
	49. e.	193		67. a.	186
	50. c.	399		—	354
	51. b.	167		67. c.	412
	52. a.	127		68. c.	159
	52. b.	233		—	225
	—	249		—	412
	52. c.	404		69. a.	244
	52. e.	186		69. e.	122
	53. a.	167		70. a.	159
	—	411		—	194
	53. b.	98		70. b.	202
	—	413		70. d.	412
	53. c.	227		70. e.	125
	53. d.	164		—	244
	—	186		71. a.	125
	53. e.	366		71. b.	160
	54. a.	179		—	226
	54. c.	188		—	412
	54. d.	411		72. a.	222
	55. b.	158		73. b.	412
	—	337		73. c.	226
	55. c.	288		—	412
	—	411		74. e.	146
	55. d.	402		75. b.	100
	56. b.	194		75. c.	147
	56. c.	256		75. e.	186
	56. d.	252		—	224
	—	397		—	239
	57. c.	411		76. b.	150
	57. e.	113		76. d.	88
	58. d.	270		—	214
	—	397		77. a.	194
	59. b.	100		77. e.	276
	—	226		78. a.	249
	59. e.	233		78. b.	168
	—	412 (bis)		—	412
				78. c.	126
	60. d.	167		78. d.	214
	—	223		79. a.	99
	60. e.	399		79. b.	174
	61. b.	276		80. a.	146
	62. b.	166		80. c.	229
	62. e.	129		80. d.	412
	63. a.	403		80. e.	—
	63. c.	159			

Isocratis		
Or. de Pace	170. b.	186
—	171. b.	412
—	171. e.	114
—	—	293
—	—	363
—	172. b.	122
—	172. c.	194
—	173. a.	88
—	—	99
—	173. d.	177
—	—	294
—	174. d.	127
—	175. a.	234
—	175. c.	303
—	175. e.	88
—	—	158
—	—	399
—	176. a.	224
—	176. d.	237
—	176. e.	107
—	177. a.	150
—	—	224
—	177. e.	186
—	178. a.	244
—	—	249
—	178. e.	413
—	179. a.	169
—	—	194
—	179. b.	125
—	179. c.	194
—	179. d.	167
—	179. e.	168
—	—	169
—	180. a.	157
—	—	159
—	—	283
—	180. d.	176
—	181. a.	194
—	181. b.	—
—	—	356
—	181. d.	87
—	—	251
—	181. e.	294
—	182. a.	101
—	182. b.	225
—	182. c.	148
—	182. d.	408
—	182. e.	306
—	183. b.	177
—	—	186
—	183. c.	111

Isocratis		
Or. de Pace	183. e.	150
—	—	193
—	184. a.	172
—	184. b.	194
—	—	331
—	184. c.	121
—	184. d.	—
—	—	194
—	184. e.	162
—	—	177
—	185. a.	225
—	—	293
—	185. c.	413
—	185. d.	186
—	185. e.	226
—	186. a.	413
—	186. c.	92
—	—	160
—	—	167
—	—	186
—	—	293
—	—	310
—	186. d.	147
—	186. e.	205
—	187. c.	107
—	188	96
—	—	169
—	—	220
—	—	
Panath.	233. a.	257
—	233. c.	351
—	233. e.	400
—	234. a.	159
—	—	414
—	234. b.	325
—	—	380
—	234. d.	167
—	—	226
—	234. e.	414
—	235. a.	306
—	235. b.	78
—	—	408
—	235. d.	166
—	—	414
—	236. c.	249
—	—	405
—	236. e.	402
—	237. e.	180
—	238. a.	194
—	—	414
—	238. d.	364


Isocratis		
Panath.	268. e.	414
—	269. a.	166
—	—	414
—	—	(bis)
—	269. c.	158
—	—	415
—	270. a.	293
—	271. a.	146
—	—	150
—	—	155
—	—	226
—	271. d.	159
—	—	399
—	271. e.	249
—	272. a.	158
—	—	184
—	—	194
—	—	297
—	272. e.	408
—	273. a.	180
—	—	329
—	273. b.	167
—	273. e.	415
—	274. c.	121
—	—	365
—	274. d.	194
—	—	218
—	—	290
—	274. e.	159
—	—	249
—	275. a.	148
—	275. c.	169
—	275. d.	195
—	276. e.	249
—	277. a.	186
—	—	194
—	277. c.	88
—	—	193
—	278. b.	88
—	278. c.	411
—	279. a.	93
—	—	148
—	279. c.	233
—	280. a.	293
—	280. b.	186
—	281. d.	248
—	—	349
—	281. e.	415
—	282. c.	146
—	282. d.	160
—	282. e.	87

Isocratis		
Panath.	282. e.	248
—	283. b.	186
—	—	400
—	283. d.	291
—	283. e.	111
—	—	399
—	284. b.	94
—	284. d.	193
—	285. a.	248
—	285. b.	78
—	285. c.	195
—	—	249
—	286. a.	194
—	—	249
—	286. c.	415
—	286. d.	170
—	—	184
—	—	223
—	286. e.	130
—	287. a.	162
—	—	364
—	287. c.	100
—	287. d.	161
—	—	223
—	287. e.	167
—	288. a.	305
—	288. b.	238
—	289. a.	291
—	289. c.	178
—	289. d.	78
—	290.	186
—	—	249
Panegyr.	41. a.	157
—	—	249
—	41. b.	411
—	42. a.	413
—	42. e.	167
—	43. b.	225
—	—	255
—	—	257
—	—	414
—	44. a.	187
—	44. b.	220
—	44. c.	407
—	45. b.	238
—	—	413
—	45. c.	148
—	46. a.	127
—	46. c.	129
—	—	314

Addenda et Corrigenda

P. 3 lin. 4 pro II, 2. scr. I, 22.
P. 8 l. 19 pro Ἀμάζονος scr. Ἀμαζόνος.
P. 9 l. 8 pro θῦρα scr. θύρα.
P. 77 l. 12 pro 350 l. 330.
P. 80 l. 5 pro Ol. l. Phil.
P. 87 l. 23 pro 430 l. 420.
P. – l. 38 pro 3 l. 17.
P. 89 l. 16 pro 96 l. 90.
P. – l. 34 pro 15 l. 13.
P. 95 l. ult. pro 1 l. 7.
P. 119 l. 17 pro 107 l. 207.
Ibid. l. 20 pro Evagoras l. Nicocles.
P. 129 l. 22 pro 5 l. c.
Ib. l. 30 post ubi adde scriptor.
P. 136 l. 24 post l. c. adde ἀνήλωκεν.
Ib. lin. ult. pro 265 scr. 264 et pro τἀνελωμένα τἀνηλωμένα.
P. 137 l. 30 pro Phorm. l. Phaen.
P. 143 l. 38 pro Bremius l. Orellius.
P. 147 l. 30 pro de Pace l. Evagor.
P. – l. ult. pro Aegin. l. Lochit.
P. 149 l. 29 pro 21 l. 13.
P. 159 l. 34 pro c. l. e. id. p. 160 l. 28 et P. 162 l. 33. faciendum.
P. 167 l. 5 — 6 dele verba ubi — ἀρχῆς.
Ibid. l. 15 pro χρόνον scr. βίον.
P. 178 l. 12 pro Ibid. scr. Panath.
P. 186 l. 24 add. ubi p. 18. b.
Ibid. l. 26 pro c scr. e.
P. 189 l. 1 pro 391 scr. 396.
P. 193 l. 39 pro 286 scr. 296.
P. 197 l. 5 pro cetteri scr. ceteri. id. p. 258 l. 15 faciendum.
P. 219 l. 9 pro 9. a. scr. 96.
P. 222 l. 17 dele uncos num.
P. 228 l. 5. scr. 395 pro 393.
Ibid. l. 21 scr. 103 pro 109.
P. 241 l. 22 pro πλεῖον scr. πλέον.
P. 242 l. 21 pro 528 scr. 538.
P. 257 l. 17 εἰρῆσθαι scr. pro εὑρῆσθαι.

P. 260 l. 20 pr. 1349 scr. 1340.
Ibid. l. 21 pro 57 scr. 51.
Ibid. l. 30 pro 924 scr. 974.
P. 277 l. 23 ante 374. c. adde Callim.
P. 282 l. 21 pro I, 1. scr. I, 4.
P. 284 l. 35 pro *ἐπωμᾶν* scr. *ἐπιτιμᾶν*.
P. 288 l. 18 pro cett. scr. vett.
Ibid. l. 23 pro *γὰρ* scr. *δὲ*.
P. 291 l. 8 del. §.
P. 303 l. 16 pro 154 scr. 174.
P. 307 l. 17 dele sign. interpung.
P. 323 l. 33 pro dixisse scr. dixisset.
P. 324 l. 23 l. *εἰσηγεῖσθαι* et 32 *εἰσηγοῦμαι*.
P. 329 l. 13 l. apponitur pro opponitur.
P. 330 l. 8 l. *οἷς* pro *σἷς*.
P. 344 l. 27 est § 67 delenda et ad l. 33 ponenda.
P. 348 l. 9 del. est.
P. 351 l. 28 pro 195 scr. 395.
P. 352 l. 9 scr. G. pro Θ.
P. 363 l. 29 scr. uti pro ubi.
Ibid. l. 33 scr. a *σωφροσύνη*.
P. 364 l. 9 l. Panath. pro Permut.
P. 368 l. 36 scr. *εὐγένεια* pro *εὐγενεία*.
P. 395 l. 12 del. re.
P. 396 l. 13 scr. *οὐδὲν* pro *οὐδεν*.
P. 398 l. 18 del. Hic.
P. 408 l. 15 l. 378 pr. 379.
P. 409 l. 20 scr. 3. pro 2.
P. 411 l. 19 ins. Evag. ante 218.
Ibid. l. 24 l. 30 pro 29.



Isocratis			Isocratis		
Panegyr.	47. a.	147	Panegyr.	63. d.	158
—	48. e.	160	—	—	159
—	—	226	—	63. e.	87
—	—	411	—	64. c.	249
—	49. a.	99	—	65. e.	122
—	49. c.	159	—	66. b.	167
—	49. e.	193	—	67. a.	186
—	50. c.	399	—	—	354
—	51. b.	167	—	67. c.	412
—	52. a.	127	—	68. c.	159
—	52. b.	233	—	—	225
—	—	249	—	—	412
—	52. c.	404	—	69. a.	244
—	52. e.	186	—	69. e.	122
—	53. a.	167	—	70. a.	159
—	—	411	—	—	194
—	53. b.	98	—	70. b.	202
—	—	413	—	70. d.	412
—	53. c.	227	—	70. e.	125
—	53. d.	164	—	—	244
—	—	186	—	71. a.	125
—	53. e.	366	—	71. b.	160
—	54. a.	179	—	—	226
—	54. c.	188	—	—	412
—	54. d.	411	—	72. a.	222
—	55. b.	158	—	73. b.	412
—	—	337	—	73. c.	226
—	55. c.	288	—	—	412
—	—	411	—	74. e.	146
—	55. d.	402	—	75. b.	100
—	56. b.	194	—	75. c.	147
—	56. c.	256	—	75. e.	186
—	56. d.	252	—	—	224
—	—	397	—	—	239
—	57. c.	411	—	76. b.	150
—	57. e.	113	—	76. d.	88
—	58. d.	270	—	—	214
—	—	397	—	77. a.	194
—	59. b.	100	—	77. e.	276
—	—	226	—	78. a.	249
—	59. e.	233	—	78. b.	168
—	—	412	—	—	412
—	—	(bis)	—	78. c.	126
—	60. d.	167	—	78. d.	214
—	—	223	—	79. a.	99
—	60. e.	399	—	79. b.	174
—	61. b.	276	—	80. a.	146
—	62. b.	166	—	80. c.	229
—	62. e.	129	—	80. d.	412
—	63. a.	403	—	80. e.	—
—	63. c.	159			